Digitized by Google

7
1-A
25

10
8 M
23

7-1-A-25

Questa editione contiene soli 13 libri. un'altra fatta
in Venetia l'a. 1576. presso Lodovico Avantio ne ha 16.
e il fine di questa qui si trova ivi a carte 402. li. 15.
più in là della metà del libro 14.

78-6-4
78
A
4

PETRI IVSTINIANI PATRITII VENETI ALOYSII F.

RERVM VENETARVM AB VRBE CONDITA HISTORIA.

Bibliothecæ Secr. Coll. Rom. Soc. Jesu



CVM GRATIA ET PRIVILEGIO
ILLVSTRISSIMI SENATVS VENETI.

VENETIIS
Apud Cominum de Tridino Montisferrati
M D LX.

PETRI IVSTINIANI IN TREDECIM SVOS RERVM VENETARVM LIBROS EPITOMA.

Ex Primo Libro.

VENETAE Gentis origo exponitur, vrbis ſitus, Cōſularis, Tribunitia. Et Magiſtrorum militum poteſtas. Ducaria poſtea adminiſtratio, & Principis veſtitus deſcribuntur. Bellum Gallicū à Pipino in Venetos geſtū. Ducalis ſedes in Riualtū trāſlata. Palatij deſcriptio, & Reip. Regimē. De Decēuiratu. De Senatu, & comitijs breuis narratio, & familiarum nobilitas. Translatio corporis beati Marci, ex Alexandria. Diui oraculum. Saracenorum, Maurorum, & Normanorum in Adriaticum mare incurſus. Nobilium quorundam diſſidia. Primi Aduocatores. Hunni à Venetis in ſtagnis victi, virginum raptus ab Hiſtris, & earum receptio. Ludorum Mariarum inſtitutio, claſsis in Normanos inſtructa. Petri Candiani Ducis Tyrannica adminiſtratio, & cędes. Pet. Vrſeoli Principis Sanctimonia. Dalmatiæ, & Hiſtriæ deſcriptio, & earum prouinciarum partum Imperium à Venetis, & Narentanorum euerſio. Populi ingratitudo. In Vrſeolam familiam. Bellum cum Normanis, & eorum origo. Diui Marci miraculum in apparitione. Prima expeditio maritima Venetorum in Saracenos, cum Chriſtianis Principibus, & clara Venetę claſsis geſta in Syria. Bellum cum Patauinis ſuſceptum, & Henrici Imperatoris authoritate ſopitum.

Ex Secundo Libro.

PAnnonū clades ad Iaderam, atq; vrbis quæ à Venetis defecerat. Receptio. Croatia ſubacta ab ordelapho Faletro Principe, atque honorifica Tituli præfatio memoratur. Ordelaphi item cędes, & claſsis ſub Dom. Michaele. P. In Syriam miſſa contra Sarracenos. Hoſtium clades ad Iopē. Tyri deſcriptio, pulchrum Michaelis. P. in probanda fide factum. Chriſtianorum aſtus per colūbam. Tyri deditio. Priuilegia Venetorum in Syria. Inclyta Michaelis. P. Geſta. Bellū cum Patauinis. & in Normanos, & Siculos pro Hemanuele. Byzantij Imperatore. Guiſcardi pyratæ ſupplicium à Veneto victore datum. Diui Marci turris erecta. Vlricus Patriarcha Aquileienſis, cum duodecim canonicis ad gradum captus. hinc ludi inſtituti, in bellus ſub carniſpriuij dies confodiendis. Hemanuelis motus in Venetos,

& eiuſdem perfidia ingens Venetorum claſsis in Hemanuelem. Aquę veneno infectæ, claſsis Veneta pęnę deleta. Iuſtinianę familiæ clades, & reparatio. Vitalis Michaelis. P. cædes. Decemuirũ inſtitutio. Columnę medio foro erectę. Carmẽ fatidicum de Conſtãtinopolitano Imperio, & eius expoſitio. Sciſma in Eccleſia. Federici Imperatoris impietas, in inſectatione Alexandri tertij Pontificis Romani, Ducales literę plurabo obſignatæ. Ingens Federici Imperatoris claſsis, præclara Venetorum victoria. Deſponſandi maris inſtitutum. Federici ad Venetam vrbem pacificus acceſſus. Sellæ. Tubarum. Vmbellæ. Vexillorumque verſicolorium vſus. Diui Marci Templi deſcriptio. Principum Chriſtianorum fędus cum Venetis in reſtituendo Iſacho, ſiue Alexio in Imperium Conſtantinopolitanum. Byzantij deſcriptio. Myrtilli Græculi ſcelus. In Alexium. Byzantij receptio. Balduinus Græciæ Imperator declaratus. Creta à Veneto ſubacta. Inſularum diſtributio. Colonia in Corcyrã à Venetis deducta. Creta Colonia facta. Taruiſij voluptuoſum ſpectaculum, & rixa inter Venetos, & Patauinos.

Ex Tertio Libro.

Diuturnum bellum cum Grecis. Cretæ Inſulæ deſcriptio. Ageoſtaphanitarum rebellio. Venetorum clades in Creta. Nouę Inſulæ defectiones. Ingens Cretenſium motus. Alexij Calergi improbitas, & eiuſdem ſingularis in Venetum nomen fides, & obſeruantia. Alia defectio. Fœdus graiorum Principum, ad expellendum è Conſtãtinopoli, & tota Thracia Gallos, & Venetos. Eccellini tyranni in Italia potentia. Venetæ claſsis ſucceſſus in Appulia. Iacobi Theopuli Ducis memoria, cautiſsima eligendi Principis ratio. Fœdus Venetorum cum Gregorio Põtifice in Eccellinum. bellum cum Genuenſibus. Duodecim millia Patauinorum ab Eccellino interfecta. Venetorum victoria. Paleologi armis Galli. Venetique è Conſtantinopoli eiecti. Euboea Inſula à Venetis occupata. Claſsis in Genuenſes emiſſa. Victoria Venetorum de Lygure ad Drepanum. Tumultus Veneti populi ob nouum tributum. Zenus Princeps pene violatus. Fames ingens. Vicinorum Principum ingratitudo, in abneganda frumentatione. Lex a Venetis lata de portorijs. Bononienſe bellum. Iuſtinopolitanum, & Anconitanum, & Pax. Rerum Venetarum cum Romanis comparatio, clades Venetorum ad Curzulam. Bochoniana coniuratio. Claſsis in Paleologum inſtructa. Ferrarienſis motus. Venetorum clades ex Pontificis anathemate. Atrox Baiamontis Theupoli cõiuratio. Ciuium inter ſe fœdum certamen. Optimatum factio ſuperior, coniurati victi. Literæ Pontificis, Senatus reſponſum. Iadrenſium defectio ad Pannonas.

Ex Libro Quarto.

DAlmatiæ populi in fidem reuerſi.Fran.Danduli pietas in patriam.in impetrãda interdicti abrogatione.Nauale mire excultũ.Procuratorũ numerus auctus.Expeditio prima in Turcas.Bellum in Scallanos. Superbum Maſtini reſponſum ad Legatos Venetos. Petri Maranenſis prudens conſilium.Marſilij Carrarij opera Patauium captum, Vrbis eiuſdem Imperium à Venetis Marſilio traditum. Pax cum Scallanis ſancita. Taruiſiũ Venetis cædit.Miraculum in fœda tempeſtate ſedanda.Auxilia maritima ab Odoardo Britanniæ Rege à Venetis per Legatum petita. Venetorum reſponſum.Nauigatio in Aegyptum,& in Syriam inſtituta.Iadrenſiũ defectio:ingens Venetorũ victoria in Dalmatia aduerſus Pannones. Auditorum veterum creatio.Motus terræ ingens.Fœdiſsima peſtilentia. Lex lata ad replendam ciuitatem.Claſsis Venetæ victoria,ad Cariſtiũ ex Genuenſibus.Chalcis à Lygure occupata,& incenſa.Fœdus cum Arragonum Rege,& Byzantij Imperatore aduerſus Genuenſes. Venetorum clades in Helleſponto.Lyguſtica claſsis deleta à Veneto,& Arragonẽſi ad Calarim, Genuenſium deditio,in Archiepiſcopi Mediolani fidem.Veneti claſſe ad ſapientiam in Peloponeſſo ferè tota à Genuenſibus exuti. Marinus Faletrus P. in patriam coniurat.Reorum ſupplicium. Falerius Princeps obtrũcatur.Beltrandi Indicis præmia, & exilium. Ducalis Faletri imago in comitijs nigro velo operta.Bellum cum Ludouico Pannoniæ Rege in Dalmatia.Defectio vrbium ad Pannonas. Veneti per pacis conditiones Dalmatiam amittunt.Bellum Creticum,in Colonos.

Ex Libro Quinto.

LEgatio in Cretam à Senatu miſſa.Conſultatio de bello gerendo. Luchinus Vermius exercitus Imperator, in Græciam cum claſſe mittitur,Colonorum ſcelus,& perfidia.Topographia.Venetorum victoria,voluntaria rebellium deditio.Creta recipitur.Militaris ſeditio,Luchini virtute compreſſa. Rebellium Colonorum ſupplicium. Haſtiludia Veneta in vrbe publice ædita.Noua in Creta defectio,a Calergis nobilibus mota.Legati a Senatu in Græciam miſsi.Fame rebelles domiti, atq; vltimo ſupplicio affecti.Nouorum Legatorum in inſula paccanda geſta. Mira in And. Contareno.P.modeſtia,in ſupremæ dignitatis contemptu. Tergeſtinorũ defectio,vrbs poſt Auſtrium Ducem fugatum recipitur.Bellum cum Carrario,eiuſdem impijconatus in Venetos.Raynerius Vaſco Veneti exercitus Imperator.Rixa inter Raynerium,& Legatos. Thadei Iuſtiniani clades ad Anaxum fluuium. Venetorum victoria Duce Alberto Corregienſi.

ſi iniquam pacem Carrarius a Veneto accepit.Bellum cum Liopoldo Auſtriæ Duce.Pax cum eo.Grauiſsimum cum Genuenſibus.Ludouico Pannoniæ Rege.Aquileienſi,Antiſtite,& Carrario Principe in Venetos bellũ. Tenedum Veneti occupant.Claſsis ſub Victoris Piſani ductu in Genuenſes inſtructa.Genuenſes a Piſano ad Antium profligantur: Catharum Piſanus expugnat.Carrarius a Meſtra oppido cum cæde repellitur.Siccũ præter arcem a Piſano captum.Tragurium fruſtra oppugnatur.Ingens clades Venetorum ad Polam.Piſanus in Vincula coniectus, Clodia a Genuenſibus vi capta.De ſumma rerum Veneta in vrbe metus.Piſanus populo petente è cuſtodia liberatur:Portus munitio.Superbum Carrarij Reſpõſum. Legati apud Carolum Ludouici filium pacem tentant.Iniquiſsima hoſtiũ poſtulata.Legati domum reuocantur.Populi Veneti indignatio, & querellæ. Senatuſconſultum de inſtruenda claſſe.Præfectorum nomina. Contarenus Princeps claſſem aſcendit,publicum edictum. Ciuium Venetorũ charitas in patriam.Clodia a Venetis obſidetur.Labores, & pericula,circa Clodiam.Caroli Zeni cum claſſe aduentus. copiæ a Venetis cõtrahuntur, ſub Ioanne Aucuto.Carolo Zeno exercitus Imperium demandatur. Zeni oratio ad milites.Genuenſium clades.pontis ruina. hoſtium triremes captæ,& incenſæ ad Brundulum.ingens fames in Clodia:Legati Genuenſiũ ad Principem,& miſerabilis eorũ oratio. breue Principis reſponſum. Clodia recipitur.captiuorum, & triremium ex hoſte interceptarum numerus. Tergeſti defectio.Iuſtinopolis a Lygure capta. eadem a Veneto recepta. Piſani mors.Carolus Zenus claſsis Imperator declaratus. Venetorum geſta in Lyburnia.Maranũ fruſtra oppugnatur. Oppida in Taruiſino a Carrario capta.Veneti Taruiſium Liopoldo Auſtriæ Duci ſponte tradunt.

Ex Libro Sexto.

Mittuntur legati ad Liopoldum.cui Taruiſij principatum publico nomine gratularentur.Zenus Lyguriæ oram depopulatur.vana Genuẽſium lætitia de oppreſſa Veneta claſſe.pax inter Venetum, & Lygurem cõponitur.æqualis vtriuſque populi in bello fortuna.pacis conditiones.ceſorum toto belli tempore numerus. Venetarum Matronarum in captiuos Lygures pietas.Triginta ciues,qui patriam medio belli ardore iuuerãt, ad patritium ordinem redacti. Ioannis Mutatij in Tenedo retinendo auſteritas.Tenedenſes armis petiti in fidem redeunt.Taruiſium Carrarius occupat.Lex lata de Siccarijs.Bellum inter Scallanum, & Carrarium.Galeatius Mediolani Dux Scallanum Veronæ principatu eijcit.fœdus Venetorum, cum Galeatio.in Carrarium ſeniorem.Carrarius principatum amittit.Veneti Taruiſium recipiunt. fœdus Principum Italorum in Galeatiũ eiuſdem clades apud Gouernolum. Nouellus Carrarius Patauium Venetorũ fauore

fauore recepit. Venerij Principis iuſtitia, in filij damnatione. Carolus Zenus Buciccaldum maritimo prælio ſuperat. bellum cum Nouello Carrario. Vincentia in Venetorum fidem ſponte venit. Carrarius Caduceatorem a Veneto miſſum impudenter violat. eiuſdem ſuperbiſſimum reſponſum. fœdus cum Fran. Gonzaga in Carrarienſem. Oppida Veneto ſponte dedita. Venetorum florentiſſimæ ſub Carolo Malateſta copiæ, poſtea ſub Paulo Sabello. Claſsis in Pado aduerſus Albertum Ferrariæ Ducem. Veneti per pacis conditiones Vicedominum Ferrariam mittunt, & Polesinus recipitur. Verona Veneti potiuntur. eius ſitus, & deſcriptiò. primi illius vrbis præſides. Atrox proditorum ſupplicium. pacis conditiones Carrario a Venetis oblatæ, & reiectæ. Iterum de pace agitur. Patauium Veneti occupant, & Carrarius cum filijs in Venetorum poteſtatem venit: Paduæ deſcriptio, primiq́ue vrbis Rectores. Carrarij Patrum iuſſu in carcere necati. vrbes, & oppida capta. Aurum ingens bello expenſum. quadraginta Veronenſium Legati Venetias accedunt. Nobiliſsimus apparatus ad excipiendos Legatos medio foro inſtructus. Alexandri Aleardi ad Principem, & Patres oratio in congratulatione, & obſequio præſtando. reſpõſum Principis. Patauinorum Legatio, & oratio. Iadera cum tota Dalmatia a Venetis empta. Pipus cum Pannonico equitatu, in Italiam venit. Forumiulium, & Patria omnis Veneto cedit Imperio. Ducanj inſtauratio. bellum cum Philippo Mediolani Duce. Fr. Carmaniola clariſsimus belli Dux ad Venetos tranſijt. ſocia arma cum Florentinis iunguntur, in Philippum. Brixiã Veneti occupãt. munitiones validiſsimę erectę a Venetis circa arcẽ Brixiæ. vana arcis oppugnatio. Carmaniolæ virtute Brixiæ arce Veneti potiuntur. pax, quæ ſecuta erat, ab hoſte violatur. Venetorum victoria in Pado. prælium atrox ad ſummam, neutro fortuna inclinante direptum. Caſale a Veneto recipitur. Philippenſium clades ad Maclodium. captiui a Carmaniola liberantur.

Ex Libro Septimo.

PAx Martini Pontificis authoritate inter Venetos, & Philippum firmatur. Qua Bergomum in fidem Venetorum conceſsit. Foſcarus Princeps a furioſo Patritio violatus. Veneti Senatus denunciatio Philippo facta. bellum in Vicecomitem reparatur. Eugenij Quarti ciuis Veneti Pontificis Maximi creatio. Octo Oratores ad eum miſsi. Theſſalonicam Turcæ expugnant. Veneta claſsis. Nicolao Triuiſano Duce in Pado a Philippenſibus profligata. Carmaniolæ excandeſcentia in Triuiſanum præfectum. noua claſsis a Venetis in Genuenſes emittitur. Petri Lauredani in conſerendo nauali prælio virtus. profligatur Lyguſtica claſsis, & Spinula hoſtium Imperator capitur. cõſultatio in Senatu de Carmaniola obtruncando.

cando. Admirabile Senatus ſilentium. Carmaniola ob perfidiam ſecuri percutitur. Philippi clades a Thuſco illata. Pax cum Vicecomite. Pontificis Eugenij fuga ob tumultum Romæ ortum. Marſilij Carrarij Veneta in vrbe ſupplicium. clara Genuenſium victoria ex Alphonſo Arragonum Rege. Philippi Mediolani Ducis magnanimitas in liberandis captiuis. Genua ſe in libertatem vendicat. Ioannes Paleologus Byzantij Imperator Venetias accedit. Ferrariæ concilium indicitur. Sforciæ a Venetis defectio. Gonzagæ Mantuani Principis perfidia. Franciſci Barbari virtus. Benaci deſcriptio. Philippenſium ſucceſſus. Pugna inter Mellitam, & Piccininum ad Rhoadum. Dalmatarum Veneta in vrbe tumultus. populorum defectio ad Philippum. Mellita difficillimum per montes iter. Brixia obſeſſa,& liberata. naues in Benacum per montium iuga traductæ. Sforcia a Philippo alienatus ad Venetos trāſijt. hoſtium in Venetos fines incurſus. Sforciæ ex Picenno aduentus in Veneta caſtra. ſingularis. Fr. Barbari in ſeruāda Brixia ſolertia. Venetorum clades ad Salodium. noua claſſis a Veneto in Benacum miſſa. duplex Sforcię victoria aduerſus Piccininum ad Ripam,& ad Thenium. Verona furtim ab hoſte capta. Sforcię virtute,& celeritate recepta.

Ex Libro Octauo.

Sforcia Venetias ad Senatum accedit. Borſij Eſtenſis ad Philippum defectio. Venetorum victoria in Benaco. Salodium, Ripa, Garda oppida in Venetorum fidem redeūnt. Carrauagium a Sforcia recipitur. inde Aſulam, Lunatum, Canedum, & Marcheriam Veneti expugnant. Piſcheria quoque terra, & aquis expugnata. Gonzagæ adimitur. & Rauenna Oſtaſio Pollentano dedente: Veneto ceſsit Imperio: Gratitudo Senatus in Brixienſes ex Tributorum remiſsione: Piccinini ſucceſſus aduerſus Venetos abſente Sforcia. Venetorum ingentes copiæ circa Martinengum, florentiſsimus quoque Philippi exercitus. Pacem Sforcia componit. Sforciæ acceſſus ad Venetam vrbem. Pax a Patribus probatur: Principum Legati ad Sforciam in Caprianam veniunt. Sforciæ declaratio circa pacis conditiones. Mellitæ interitus. & ſtatua ei equeſtris Paduæ erecta. Tres Procuratores additi. Antibaris Epyrrhi vrbs in Venetorum fidem conceſsit: Antonius Diedus claſſem in Cathelanos prædones. In Frentanorum ora agit. Venetus naufragio totam penè claſſem amiſit. Diedus tempeſtatis iniuria captus ab Alphonſo Rege liberatur. prælium atrox ad Danubij ripam inter Turcas, & Pollonos. Bellum Sforciæ cauſa cum Philippo renouatum. Venetorum victoria ad Caſalemaius. Iacobi Foſcari. P. filij, & And. Donati damnatio. Attendulus cum Veneto exercitu ad Mediolani vſque portas adequitat. Peſtilentia ingens

ingens Venetijs. Ancona in Venetorum fidem conceſsit. Philippi Ducis interitus, Lauda,& Placentia vrbes Venetum ſponte accipiũt Imperium, Mediolanenſium Legatio ad Venetos. Sforcia Mediolanenſis exercitus Imperator. Placẽtia ab hoſte recipitur. claſsis Veneta in Pado diſiecta. Veneti exercitus clades ad Carrauagium. Sforcia fœdus cum Veneto init. Allobroges à Collione, & Marcello Venetarum copiarum Ducibus ad Sicidiam flumen vincuntur: Theſauri a Græculo furati, & recepti, & furis ſupplicium. Veneti a Sforciæ ſocietate alienantur,& Mediolanenſibus iunguntur. Crema in Venetorum fidem venit, Aloyſij Lauredani præclara geſta maritima. Sforciæ virtus, & Conſtantia in Mediolanenſi re armis domanda. fame adacti Mediolanenſes deditionem faciunt, & Sforcia Dux ſalutatur. Pax cum Alphonſo Rege. Federici Imperatoris,& Leonoræ coniugis Venetias acceſſus. Bellum cum Sforcia,& Florentinis, Renatus Rex aduerſus Venetos,& Alphonſum in Italiam venit. Ingens Turcorum belli apparatus, in Paleologum Imperatorem, Conſtantinopolis a Turcis capitur,& Paleologus pugnando cadit. Pax cum Sforcia,& ſocijs, bellum cum Othomano. Peloponeſsi Regulorum diſcordia, copię, & claſsis in Peloponeſſum miſſa a Venetis. Iſthmi validiſsima munitio. Corynthi vana obſidio. ingentes Turcorum copiæ. bellum Tergeſtinum,& pax. Lemnum in Græcia Veneti occupant. Venetorum clades ad Mantineam. Vrſatus Iuſtinianus Mythilenem àcerrime oppugnat. Turcæ Vrbem ſtrennue tuentur,& Venetus cum cęde repellitur. Iuſtinianus cladis dolore,& mœrore animi interijt. fœdus cum Pio Pontifice, & Chriſtianis Principibus in Turcas. Chriſtophorus Maurus. P. claſſem aſcendit. Pij Pont. mors. Pauli Secundi Pontificatus: Oratores ad eum miſsi. Venetorum duplex clades. Italiæ motus. Nic. Canalis maritimum Imperium. Eubœæ deſcriptio. Othomanus Chalcidem ingenti armorum apparatu, terra, mariq́; obſidet. Chalcis à Turcis vi expugnatur. Canalis exilium, Pet. Mocenicus nouus Imperator, claſsis creatus. Arragonum Regis ſocia claſsis. Niceni Cardinalis librorum munus.

Ex Libro Nono.

FOedus cum Vſſoncaſſano Perſarum Rege, Petri Mocenici geſta in Aſiæ maritima ora, Siculi Adoleſcentis audax facinus ad comburendam Othomani claſſem. Caramani Reguli Petri Mocenici virtute in Regnum reſtituuntur. Cypri Regis mors, Carlotæ Legatio ad Mocenicũ. prudens Mocenici reſponſum, duplex Perſarum cum Turcis conflictus. Noua Numiſmata ſignata, Cypri motus, Inſulæ deſcriptio, Mocenicus in ſedandis Cypri rebus ſolertia. Scodræ deſcriptio. Turcæ oppidũ maximis copijs obſident, Ant. Lauredani virtus, & Scodrenſiũ ſtrennuitas, Turcorũ cædes

circa Scodram,oppidum obſidione liberatur,fœdus cum Pannoniæ Rege aduerſus Othomanum, Naupacti oppugnatio. clades Venetorũ ad Croiã. alia clades in Foroiulio. Vendramini Principis iuſtitia, in filio puniendo, Scodrenſis recens obſidio. Dryuaſtinorum cędes. Scodra per pacis cõditiones Othomano tradita. Scodrenſium fides in Venetum Imperium, & premia,beneficiaq́; publica data,bellum Pontificis cum Florentinis. Hydruntum à Turcis occupatum. Vegia Veneto Imperio cædit. bellum Ferrarienſe. Patrum conſultatio. duo Ruberti Veneti exercitus Imperatores,duplex claſsis in Appuliam, & in Padum a Senatu miſſa, Galliæ Ciſalpinæ deſcriptio. Mellaria,atq́ne Adria oppida a Veneto capta. Venetorum clades circa Ficarolum, Rodigium, Lendenaria, Abbatia in Venetorum poteſtatem veniunt. Ficaroli expugnatio. Alphonſum Malateſta Veneti exercitus Imperator ſuperat. Maleteſtæ poſt victoriã interitus, Eſtenſium clades ad Argentam. publica ſigna Ferrariam admota. Ferrarienſium metus. Sixti Pont. ſubita defectio. Renatus Lothoringię Dux à Veneto in Italiam euocatus. Arragonia claſsis. Veneta claſsis. hoſtes Curzolã fruſtra oppugnant. Geor. Viarij virtus. Aſulæ amiſsio. Herculis Ducis querellæ. Seuerinatis celeritas ad turbanda hoſtium conſilia. Legati a Senatu miſsi ad Principes Chriſtianos. de Sixti Pontificis iniuria. Gallipolis a Marcello claſsis Venetæ Imperatore expugnata, atq́, eiuſdem interitus. Ferdinandi ob Gallipolim ſubactam metus. Pax, & eius conditiones. Aurigationes, & ludi Veneta in vrbe publice æditi. clades a Columbo Pyrata mari accepta, Legatio in Luſitaniam. Triumuiri creati ad leuandam pęſtilentiam. Her. Barbari pręclara literarum ſtudia.

Ex Libro Decimo.

BEllum Germanicum ob finium contentionem, Roboretum ab hoſte captum. Duellum inter Germanum, & Italum. Roboreti receptio, Venetus exercitus in Tridentinum agrum ſuperato Atheſi, irrumpit, & Ibanium, & Nomum oppida expugnata. Venetorum fuga, & cædes. Seuerinas Atheſi fluuio merſus interijt. pax cum Sigiſmundo, & Germanis, Cyprum Veneti, Cornelia Regina in vrbem reuocata, Imperio ſuo adiungunt. Marcus Cornelius Georgij filius Cardinalis creatus. Legati ad Principes Chriſtianos: Bellum Gallicum, & Neapolitanum. Caroli Francorum Regis Legatio ad Venetos, & poſtulata: Senatus prudens reſponſio, Ferdinandi Neapolitani Regis mors, Gallorum exercitus in Italiam deſcendit. Ferdinandus Calabriæ Dux apud Ceſenam a Gallis profligatur. Carolus Rex Romam cum exercitu venit, inde digreſſus. Duodecim dierum ſpacio vniuerſo Neapolitano Regno potitur, ſucceſſus Caroli Chriſtianis Principibus ſuſpecti. Fœdus aduerſus Carolum.

Fr.Gonzaga

Fr.Gonzaga Veneti exercitus Imperator,Galli Romam petunt,Alexander Pontifex Peruſiam fuga ſe contulit, pugna ad Tarrum fluuium cum Gallis. Carolus ad montium radices male habitus ſe recepit, poſtea in Galliam tranſijt, Monopolis,Mola, & Pulignanum in Appulia oppida a Veneto capta. Arragonius Rex fœdere cum Republ. Veneta inito. Neapolitanum Regnum recuperat. Tranum,Hydruntum, Brunduſium Veneti ex fœdere accipiunt.bellum pro Piſanorum libertate.fœdus inter Ludouicum Gallorum Regem,& Venetos aduerſus Mediolani Ducem. Rex Mediolano potitur.Veneti Cremonam, totamque Abduanam Glaream ſuo Imperio adiungunt,Othomanus claſſem ex Helleſponto emittit, Veneti & ipſi ingentem claſſem contrahunt,ſub Ant.Grimani Imperio. Nauium concurſus,Andr.Lauredani, & Albani Armerij glorioſus interitus. Naupacti amiſsio.Grimano Senatus Imperium abrogat.Methonem Turcæ inuadunt,& capiunt,Coronoque inde,ac Iunco potiuntur. Cephallenia a Melchiore Triuiſano fruſtra oppugnatur,Triuiſanus moritur. Benedicto Peſareo Imperium claſsis Veneti demandant.viginti Turcorum biremibus interceptis Iuncus recipitur.Cephallenia iunctis cum Ferdinando Hiſpaniæ Rege armis a Peſareo expugnatur.Duodecim Turcorum triremes in Ambracio ſinu Venetus capit. Camalius Pyrata Iuncum recuperat; clades Venetorum ad Eantem fluuium. Borgiæ Alexandri Pontificis filij metus in Italia.Leucada Peſareus claſſe adortus in ſuam redigit poteſtatem,pax cum Bayſetho,bellum inter Gallos, & Hiſpanos: Iulius ſecundus natione Lygur Pontifex creatur. Borgiæ fortuna collabente. Ariminum, & Fauentia ſponte in Venetorum fidem conceſſere. Belli Camaracenſis ſemina. Iulius Pontifex Ariminum, & Fauentiam a Venetis repetit. Senatus reſponſum. Maximilianus Cæſar in Italiam ad accipiendam Imperij coronam deſcendit. Venetorum ſocietatem per Oratores ſuos requirit. prudenti reſponſo Veneti Maximiliani reijciunt ſocietatem; Maximilianus bellum Venetis infert. Hoſtium cædes ad Cadubrium, Goritia, & Tergeſtum a Liuiano Veneto Duce expugnantur. Induciæ cum Cæſare. Regum iræ in Venetum nomen. Camaracenſe fœdus. Ingens Venetorum copiæ ſub Pitiliano Duce, Galli Triuilium deditione occupant, Res in Flamminia aduerſæ. Triuilij receptio, & eiuſdem excidium, Venetorum clades ad Abduam. Brixiæ amiſsio. Cremona, Bergomum, Crema, in Gallorum poteſtatem veniunt. Piſcheria vi capta, Patauium, Vincentiam, Veronam, Veneti Maximiliano Cæſari ſponte tradunt, Pontifici Rauennam, Ceruiam, Ariminum, Hiſpaniæ Regi vrbes Appuliæ. Polesinum Alphonſo Duci Ferrariæ, Taruiſij motus. Patauium a Venetis recipitur. Marchio Mantuæ captus, ac ſub cuſtodiam Venetias miſſus, Veneti patritij ad Patauij cuſtodiam profecti. Hoſtium ingentes copiæ. Patauium

obſident. Hiſpanorum cædes, in oppugnatione Caſtelli. ſoluitur Paduæ obſidio.

Ex Libro Vndecimo.

Vincentia recipitur, Veneta claſsis in pado diſiecta, Patauinorum ciuium ſuppliciũ. Pitiliani interitus, & eius equeſtris ſtatua, interdicti abrogatio. Soncinus Benzonus laqueo necatus, claſsis Veneta in Lyguriã miſſa. Marchio Mãtuæ è cuſtodia liberatur. Lactantij Bergomenſis, & Citoli Peruſini circa Veronam cædes. Taruiſij obſidio. Vtinum, & Gradiſca in hoſtium poteſtatem veniunt. Foroiulij receptio, fędus in Gallos, Heluetiorum motus, Brixia a Veneto capta. Foyſenſis celeritas in recipiẽda Brixia. Venetorum clades in ea. And. Gritti captiuitas. Aloyſij Aduogari ſupplicium capitale. induciæ cum Cęſare, pugna cruentiſsima ad Rauennam, inter Hiſpanos, & Gallos, Cremam Veneti recipiunt. Leonis decimi creatio. Oratores ad eum miſsi. fędus cum Rege Gallorum. Liuianus, & Grittus è captiuitate liberati. Gallorum Cædes ad Nouariam. Cremæ obſidio, Laur. Cerites copiarum Venetarum Ductor Bergomum diripit. Hoſtium incurſu Patauinus, Meſtrinuſq; ager deuaſtatus, pugna ad Vincẽtiam, profligatur Venetus exercitus. And. Lauredani Legati, & aliorum Ductorum in acie cædes. Maranum Sacerdotis fraude Veneti amittũt. obſidetur a Veneto oppidum. proditoris Sacerdotis fędum ſupplicium, ingens Riualti incendium. pax a Veneto reiecta. Pordenonum a Liuiano receptum. Bergomum a Cerite captum. Chriſtophorus Frangipanes in Venetorum poteſtatem venit. Ioã. Vetturius ab hoſte capitur. Rodigium, & Forumiulium Liuianus ſubigit. Bergomum a Cerite captum, & amiſſum, Frã. Gallorum Rex declaratus. Veneti cum nouo Rege fędus percutiunt. Rex in Italiã deſcendit. Heluetij copias ingentes cõtrahũt, in Gallos Proſper Colũna a Gallis capitur, prælliũ ad Marignanũ, hoſtium ferocia anceps pugna redditur. Liuianus ad opẽ Gallis ferẽdam cũ Veneto exercitu aduolat. Heluetij Liuiani aduentu profligãtur. Rex mediolani principatu potitus, Max. Sforcia captiuus in Galliã mittitur, Liuiani ad Gaidũ interitus. Gallorũ auxiliares copiæ circa Brixiã, poſt multos labores, Brixia, Bergomũ, & reliqua oppida a Venetis recipiuntur. Verona quoq; in Venetam fidem conceſsit. pax, & belli finis, fortunæ varietas in Antonio Grimano Principe.

Ex Libro Duodecimo.

Tvrcorũ maritimi, & terreſtres motus. Veneta claſsis ſub Dom. Triuiſani ductu, Rhodus a Turcis oppugnaſ, & capitur, Hieroſolymitani

Equites

Equites amiſſa Rhodo. In Melitã Inſulã profugi emigrãt. Adrianus Pont. abſens creatur. Oratores à Senatu Romã miſsi. Clemẽtis vij Pontificatus. Geor. Cornelij interitus, & laudes. Tres procuratores noua lege Additi. Papia à Gallorũ Rege obſeſſa, eius clades, & captiuitas, fędus nouũ in Cęſarẽ. Solymani Turcorum Regis expeditio in Pannoniam. prælium Turcis ſecundum. In quo Ludouicus Rex interijt, & Buda vrbs capitur, vrbis Romæ direptio. Pontifex in capitolium effugit, obſeſſusque ingenti auro ſe redimit. Gallorum Rex à Cæſare liberatur. Lutrechius in Italiam cum exercitu deſcendens Papiam obſidet, & expugnat, ingẽs Hiſpanorum cædes, & internitio, maritimo prælio. And. Doriæ defectio ad Cæſarem. Galli circa Neapolim ex Cœli inclementia magno numero intereunt, claſsis Venetę geſta. In Appulia. Rurſum Galli victi. pax inter Carolum &, Regem componitur. Filij Regis obſides dimiſsi. Solymanus iterum Pannoniam inuadit. Cæſaris Coronatio, in Bononia. Alexander Medices Dux primus Florentiæ. Hier. Canalis naualis victoria in Maurum Pyratam, bellum Turcorum cum Sopheno Perſarum Rege. Ariadenus Barbaroſſa Aphricę Regnum fraude occupat. Pauli Pontificis creatio. Aloyſius Grittus P. filius cũ ingenti Turcorum manu bellum in Trãſyluania gerit, captusque & obtruncatus interijt. Henrici Britanniæ Regis circa vxores, & religionẽ Chriſtianam impietas, noua expeditio Cæſaris in Aphricã. Bellum inter Cæſarem, & Gallorum Regem ob Mediolani Ducatum. ex Sforciæ Ducis interitu. Alex. Medice ceſo. Coſmus eius loco Dux inſtituitur. Turcorum claſſis ex Helleſponto in Adriaticum profecta. claſſem Veneti inſtruunt. duo Imperatores nauales à Senatu electi. Corcyram Turcæ armis inuadunt. Veneti fœdus cum Pontifice & Cæſare aduerſus Turcas ineunt. Solymanus per legatos à Venetis pacem petijt. Reijcitur pax à Senatu. Belli ſucceſſus. Maritimus congreſſus ad preueſam, & leuis pugna. Caſtrumnouum Hyſpani captum ſibi vendicant. Turcę caſtrum nouum magna Hyſpanorum cæde recipiunt. Pax cum Solymano, & eius conditiones. Pannonia Turcorum armis vexata, expeditio Cæſaris in Aphros, & Arabas, fœdiſsima tempeſtate Cęſariana claſsis pene tota deleta. Maranum Veneti recipiunt. Ingens Veneta in vrbe motus. Gallorum Regis fœdus cum Solymano. Bellum in pedemontana Regione. Barbaroſſæ maritimi ſucceſſus. pax inter Gallos, & Hiſpanos. Induciæ inter Solymanum, & Ferdinandũ. Bellũ Cæſaris cum Germanis. Maph. Bernardi caſus. Apparatus Venetijs in aduẽtu Principum Auſtrianorũ. Iulij tertij Pont. creatio, claſsis Veneta ob Turcorum motum Quindecim Cardinales à Põtifice creati, fœdus inter Gallos, & Germanos. Senarum à Cæſare defectio. Solymani patris iuſſu Muſtapha filius necatur. Britaniæ Regnum per filij nuptias in Cæſaris poteſtatem venit. Sena à Cæſare recipitur. Bellum in Sabbaudia. Pauli quarti Pontificatus. Septem Cardinales creati. Bona Regina ex Sarmatia profecta.

Venetias

Venetias accedit. Bellum Columnenſium cauſa inter Pontificem, & Philippum Cæſaris filium, Gallorum ingens clades ab Hiſpanis accepta ad flumen Ararim in Gallia.

Ex Libro Tertiodecimo.

VEneti Imperij fines deſcribuntur. pax inter Paulum Pontificẽ, & Philippum, Magna Venetorũ exiſtimatio, apud Chriſtianos Principes. Ducisſæ apparatus. Calecũ Galli occupant. Claſsis Turcorũ. Gallo auxiliaris. Veneta claſsis, ſub Th. Contareni ductu in altum prodit. Maritimæ vrbes, & Inſulæ à Veneto validis præſidijs muniuntur. Oratores Veneti ad Ferdinandum Imperatorem declaratum miſsi. Petri Stroccij ad Tonuille oppidum in Flandria interitus, Turcorum claſsis in infero mari geſta, & receſſus eiuſdem in Helleſpontum. Tumultus in Brixienſi agro, controuerſia inter oratorem Gallum, at Hiſpanum, & Senatus declaratio. Turcorũ origo, & Othomanorũ Regũ geſta. Caroli Cæſaris mors. Helyſabet Britanniæ Regina, miraculum de pueris, pax inter Henricum, & Philippum Reges. Legati Veneti, Nuptiæ inter Reges, maritimus motus circa Dyrachiũ. Galleoni naufragium. Bellum inter Solymani filios, Henrici Gallorũ Regis in haſtiludio interitus, Pauli Põtificis mors, omnibus odioſa, Ferrariæ Ducis, atque Patriarchę Diedi mors. Legati ad Ducem Ferrariæ, Sforcia Pallauicinus Veneti exercitus gubernator. Noui Pontificis creatio: Legationes decretę à Senatu, lex de ſumptibus, lex Agraria, nouarum terrarũ, inuentio, & orbis breuis deſcriptio. Sforcię Pallauicinus Imperatoria ſigna a Veneto Duce tradita: Gerbi Inſula ab Hiſpanis capta, Perſarũ legatio, ad Solymanum Turcorum Regem, & munera miſſa pro Baiſetho, claſsis Hiſpana à Turcis fugata, & capta. Pij Pont. benignitas erga Venetũ nomen, & legati equeſtri dignitate decorati, concilium Tridenti à Pontifice inditũ, Ducalis infula gemmis ornata, & duæ aureæ coronæ à procuratoribus confectæ. Aerarij furtum, & latronis, ſupplicium. Federici Baduarij Achademia, Gerbi à Turca magna Hiſpanorum cęde recepta, Aluari egregiũ facinus, hæreſis virus in Galia diſſeminatum, naualis machina ad Galleonũ è mari extrhendum a Bartholameo. cãpi artifice fabricata. Roma legatus Amulius reuocatur, ob Veronenſem epiſcopatum.

PETRO IVSTINIANO DANTES RICCIVS S. D.

SI T. LIVIVS Patauinus ſcriptis ſuis Romanorum facta literis mandauit, ſi horrendás clades, quibus totius ferè orbis populos affecerunt, conſcripſit. ſi inſigneis Familias, ac Illuſtreis viros, qui de Pœnis, de Samnitibus, de Sabinis magna cum victoria triumpharunt, concelebrauit, quam maxima ei laus eſt tribuenda? non minorem tibi præbendam eſſe cenſeo, cum ſcribendæ Venetæ Hiſtoriæ magno tuo cum honore, Nepotumque gloria onus ſuſcepiſti, id quod ex tot Patritijs hucuſque aggredi nemo auſus eſt, nec admiratione affici debemus, ſi tam excellens Hiſtoria eleganti ſtylo contexta, & veritate plena (vt facilè eſt videndum) ad noſtra tempora peruenerit, cum Tu ex Nobiliſsima inter alias Familia Iuſtiniana ortus es, quæ tot literis præclaros, tot inclytos bello, & pace tot glorioſos terra, marique viros, quorum eximia facinora per ſe ſatis nota ſunt, procreauit. Immortaleis igitur Veneta vrbs Deo Opt. Max. gratias agere debet, cum te ſcriptorem ſortita eſt, qui nullum laborem prętermiſiſti, vt eius admirabilis ſitus, Bella terra, & mari conflata, cęterorumque locorum deſcriptiones, nec non celeberrimi viri, & denique omnia, quæ ad veram Hiſtoriam pertinerent, tuo volumine legerentur, quo quantum alijs tenebris offudiſſe videris, quiſquàm diligens lector facilè iudicare potuerit. Sed quam plurimi Iuſtiniane doctiſsime magno affecti ſunt deſiderio, vt genus ſcriptorum tuorum à me vehementer expectatum in lucem proderet, quoniam non ſolum Familiarum ſuarum laudes Annalibus tuis eſſe commendatas, verum etiam teſtimonij tui authoritate, ingenijque ſuauitate perfrui ſperant, & ſi ego non ignorabam, quantis oneribus premere ſuſceptarum rerum, & iam inſtitutarum, tamen maximam lætitiam cępi, cum ad me perlàtum eſt, te Hiſtoriam tuam ad exitum perduxiſſe, & in publicum breui exituram, quis enim (te onus nullum, vt Patriæ tuæ plurimum prodeſſes, depoſuiſſe neſcit? quæ quod non poteſt in te non honorificè eſſe dictum) in clariſsimis ſuis, atque ampliſsimis rebus teſtimonium vocis tuæ habere voluit. Hic enim Principum creationes, hic oppidorum, inſularum, Prouinciarum ſitus, hic oratorum

torum Legationes,hic terra, mariq́ue geſta, hic multorum orationes, hic temporum varietates, hic fortunæ viciſcitudines perlegentur; Quæ & ſi lectoribus optabilia in experiundo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundiſsima,& tibi ſempiternæ gloriæ fore exiſtimamus. Vale.

Eiuſdèm Exaſtichon.

Cecropia affecta eſt quondam Pittheidos æthræ
Lætitia nato, ſanctaq́; Roma Lupæ,
Altera clara nouis quoniam completa colonis;
Altera, ubi Tybris eſt, ædificata fuit,
Sic urbs te Venetum gaudet, dum ſcribere geſta
Nixus es Hiſtoria Iuſtiniane tua.

IOANNES BAROTIVS

VENETVS PATRITIVS

CLARISSIMO VIRO

Ptero Iuſtiniano S.

SVPERIORIBVS Diebus perlegi ſumma cum voluptate Hiſtoriam tuam de rebus Venetis. In qua nō ſolum verborum copiam, ſed etiam ſententiarum grauitatem ſum vſque ad ſtuporem miratus. Proh Dij immortales quanta dicendi copia? quanta ſententiarum grauitas? quantus orationis nitor? quanta vbertas? quanta venuſtas? ſi narras nihil lucidius: ſi diuidis nihil diſtinctius: ſi moues nihil acrius: ſi laudas nihil benignius: ſi vituperas nihil acerbius. Quæ omnia tanta cum diligentia, atque venuſtate exequeris. vt in quo iſtorum magis excellas, iudicatu difficile ſit. Quare liceat mihi liceat inquam mihi veluti de altiſsima quadam ſpecula cōclamare O fœlix terque quaterque fœlix Iuſtiniane: quem Patriæ, maiorumque claritas exornat: vitæ integritas commendat: bonarum artium, atque eloquentiæ ſplendor illuſtrat, atque ita illuſtrat, vt qui te non commendat, potius inuidus, quam qui multum extollit, aſſentator cenſendus ſit. Rogo te igitur, & pro veteri, atque ſingulari mea erga te beniuolentia hortor, ſuadeo, moneo, vt tam diſertum, atque elegans opus quamprimum in lucem prodeat. Dicam, & libere dicā, quod ſentio: ſi ſecus feceris, & ſtudentium fructui, & gloriæ tuæ inuidebis. Vale.

CLAR.^mo VIRO PROCVR. S. M. IVLIO CONTARENO NATALIS DE COMITIBVS S.

MAGNA Quędam,& à viris doctiſsimis,ſæpius pertra ctata eſt diſputatio Procurator Ampliſs. vtri maius beneficium in genus humanum cõferant illi ne,qui rebus publicis aſsiduè præſunt,qui Iuſtitiam inter ci ues exercẽt,quo munere ciuilis ſocietas cõtinetur:& qui res geſtas memoria dignas geſſere; an qui illas li terarũ monumẽtis ſcite cõmittunt.Ego cęteris om- nibus rebus Hiſtoriã deniq; anteferendã cẽſeo cum Rerũp.adminiſtratio,iuſtitiæq; alicuius vires inter præſentis ætatis munus ſuum expleat,futuram non attingat:at rerum ſcriptarũ peritia cum per lõ- giſsimam annorum ſeriẽ res geſtas ante oculos proponat, maiorũq; virtu- tes,aut vitia,prudentiã aut ſimplicitatẽ renouet; in vniuerſas ætates ſuas vi res extẽdit,beneficiumq; quã latiſsimè diffundit. Nã vel prudentiſsimè de fenſa Imperia,& ab iniurijs iniquorũ hominũ Dijs fauentibus protectas ci uitates per Hiſtoriã intuemur,vel meritas pęnas ab improbis exactas,& va rias inde fortunę,regnorũq; mutationes perdiſcimus. Hanc tantã vtilitatẽ cũ ex Petri Iuſtiniani Hiſtoria vberrimè colligere liceat;cũ omniũ Rerũp. ac Principatuũ res Veneta ſit diuturnior,cui dubiũ eſſe poteſt, magis pro- deſſe eius induſtriã vniuerſis hominibus,quã ſtudium eorũ, qui ſunt in gra uioribus magiſtratibus occupati?at qua prudentia Dij boni , qua ſuauitate orationis,qua verborũ copia omnia exequitur?Eſt quod plurimũ tuę Am- plitudini viri boni debeant Procurator Ampl.cuius inſtinctu illa in lucem prodierit,quẽ nõ ſolum ad hoc faciendũ inflãmaſti, ſed cõtra fortunæ etiã impetus ſtudioſiſsimè protexiſti,gratularer plurimũ honorificẽtiſsimę fa- milię Iuſtinianę,ſi nouũ hoc præclarũ germen pullulaſſet: ſed quoniã prior hanc Leonardus vir doctiſsimus, Bernardusq; eius filius ſatis virtutũ ſuarũ ſplẽdore illuſtrarunt,nihil de huiuſce nobiliſsimæ familiæ viris illuſtribus dicã;vnũ tantum ſic habeto,hunc meo quidẽ iudicio,cęteros omnes facile antecellere cũ ſuauitate,calliditateq; orationis,tũ etiã grauitate,& rerũ ge- ſtarum peritia,quicunq; de rebus Venetis cõſcribere ſunt adorti. Hãc meã ſententiam de Petro Iuſtiniano viro doctiſsimo non ſcribere ad Amplit. tuam nõ potui,ea commotus oblectatione,quam ex eius Hiſtoria percepi, cum ſcirem illam tuo optimo conſilio fuiſſe æditam .

CL.^mo VIRO PETRO IVSTINIANO

ANASTASIVS IVSBERTVS MELCHIORIS F.

S. P. D.

BENEFICIORVM Omnium, Iuſtiniane nobiliſsime,
idéq; doctiſsime, quę ſumma Dei benignitas hominũ
generi largita eſt, illud equidem inter maxima ſemper
numeraui veræ, ac ſolidæ glorię cupiditatem quã qui-
dem gloriã, qui excellens quiddã, ac diuinum, & expe-
tẽdum imprimis eſſe nõ putant, ab humana ſocietate
quodãmodo alieni videntur eſſe, omnes enim homi-
nes ad honorẽ, & decus nati ſunt: pauci tamen admo-
dum inueniuntur, qui ad id adipiſcendũ rectam viã inſiſtere videãtur. hoc qui
fiat, ſi de me quæratur, voluntatis, & iudicij noſtri vitio fieri reſpõdebo, cuius
ſententię meę rationẽ, quid tibi prudentiſsimo viro, nunc explicẽ? noſti enim
profecto duo genera hominũ reperiri, quorũ alterum alteri pręſtare, & ad im-
mortalitatis pręmia, nõ eadẽ via, propius accedere cõtendit. hinc varię volun
tates, diuerſęq; ſententię oriũtur, quippe qui maiorũ amplitudine, dominatu,
ſpecie, diuitijs excellunt, ij putant futurũ, vt à poſteris ſumma cũ admiratione
prędicentur. qui vero ſcientiarũ cognitionẽ ſpectãt, & earũ artium ſtudijs, quę
libero homine dignę iudicantur, omnes ſuas cogitationes mentẽ deniq; dica-
runt, ſe cõtra exiſtimãt, laudabilius induſtrię ſuę monimẽtum futuris gẽtibus
eſſe relicturos, atq; ij, eorum ſentẽtia, qui ſapiẽtię laude decorãtur, quorum in
numero & es, & haberis, locum abſolutę laudis occuparunt, qui in rerũ occulta
rũ cognitione inquirẽda ętatẽ cõſumere, & pręclara illa inuenta egregijs inge-
nij monumẽtis cum poſteritate cõmunicare decreuerũt. ij vero, qui, vt affluãt
diuitijs, ac rerum potiantur, ad flagitioſa cõſilia, & mala facinora traducuntur,
animi ſui appetitionẽ nullo modo explere poſſunt. etenim quo lõgius Impe-
rij termini proferuntur, & quo magis opes amplificantur, eo vehemẽtius cupi
ditates in dies incenduntur, atq; augentur. at eorũ, qui in virtute paranda eui-
gilant, atq; ad laudandarum artium cognitionẽ, qua melior pars animi excoli
tur, atq; exornatur, ſe totos cõtulerunt, pręclara cõditio eſt. ſiquidẽ ſtudijs ſuis
habẽt. Deum opt. max. finẽ, & terminum cõſtitutum, vltra quẽ vnum progre
di neq; poſſunt, neq; debẽt. à quo tanquã à perenni fonte omnia effluunt, quę
vere bona, quod vere laudabilia, quę noſtra cõtẽplatione digna ſunt. ij iucun
ditate incredibili in cõtẽplatione ipſa perfunduntur: laborẽq; eum, quẽ ex re
rum difficultate ſuſcipimus, glorię fructus nõ modo leuẽ, ſed iucundum facit.
magnopere igitur laudãdi illi quidem ſunt, quorum induſtriam in rerũ abdita
rũ notitia perſcrutanda verſari videmus; ſed illuſtriori laude mihi celebran-
di videntur, qui in humanioribus, vt appellantur ſtudijs, vitã viuere ſtatuerũt.

ſi enim ſpectetur vtilitas,ſi iucunditas,ſi honos,nullũ ſtũ diorũ genus ad vſum præſtãtius,nec à quoplus emanet emolumẽti,nullum ex qno maiorẽ lętitiã ca pere,à quo ampliori dignitate ornari quis poſsit,inueniemus.quid homine di gnius,quàm ipſa humanitas,à qua ea nõmẽ accepẽrunt?effertur in cęlum poe ſis,hiſtoria,philoſophia,& ipſa ornate bene dicendi facultas,quibus omnibus tanquã membris corpus,litterarum humanarum cognitio pulcherrima cõfici tur.quã ad res publicas,& priuatas vtilem imprimis eſſe conſtat.quæ enim ad cõmune,priuatumq́; cõmodum ſpectãt,ea nulla alia,quã à philoſopiæ fonti- bus ducta ratione dijudicare rectius,neq; facilius,quã hiſtorijs,& eloquẽtię vi perſuadere poſſe videmur.hęc autẽ bona,quę his ſtudijs cõparantur ampliſsi- ma,ſic mẽtem,& voluntatem meam,quadam cupiditate accẽderunt,atq; in- flãmarunt,vt huc mẽ totũ cõtulerim, intelligebã enim ad huiuſmodi ſtudia curas omnes,& maximã diligentiam eſſe cõferendam.ſed angebar interdum animi,quòd neminem habebã,qui hic meæ tantæ ſolicitudini ſubuenire, aut poſſet,aut vellet.tandẽ obtulit Deus mihi ducẽ in cõſilijs capiendis,quẽ vnũ huic deſiderio meo tanto adiumẽto eſſe poſſe intelligerẽ,vt neminẽ mihi prę terea non modo inueniendũ,ſed ne optandũ quidẽ exiſtimarẽ.nã ad Paulum Manutiũ,virũ tum humanitate,& rerũ ſciẽtia excellentẽ,tum in hac ſcribendi facultate,omniũ iudicio ſingularẽ,aditus mihi diu expetenti aliquando pate- factus eſt.Hic me errantẽ,atq; incertum in rectã eloquentię viã vno,atq; alte rõ familiari ſermone deduxit.quẽ ego vnum,ne quãdo aberrem, in vniuerſo vitę meę curſu,diligenter imitandũ propoſui.ſolet autẽ,cum Aldum filiũ,ele- ganti puerũ ingenio,& paternę virtutis acrem imitatorẽ,pręceptis ad optimã doctrinã informat,inter multa,hoc pręcipue vti cõſilio,vt,cum eloquẽtię ſtu dijs defatigatũ animũ relaxare velit,ad hiſtoriarũ lectionẽ diuertat:vt magna cũ ſuauitate parẽ vtilitatẽ colligat, & ex multiplici clarorũ virorum fortuna optimã totius vitę normã ſibi cõparet.cuius ego paternis conſilijs attẽtas au- rẽs prębẽs,idem mihi eſſe faciendũ iudicaui,Ciceronis igitur lectione cũ hiſto ria coniuncta magnũ paulatim fructum,magnamq́; voluptatẽ cępi.nã ex hi- ſtoria,quę belli,& pacis tẽpore,in rebus tum publicis,tum priuatis agẽda ſint, facile intelliguntur.ſunt enim euẽtus varij quaſi quędã regula,qua iudicia no ſtra,actionesq́; metimur:& quoniã vt omnibus ferè perſpectũ eſt,omniũ ho- minũ animi exẽplis maxime cõmouentur,mihi quidẽ tum videtur longe ma gis affici,cum in memoriã proximis temporibus acta reuocãtur. Recte igitur me facturũ exiſtimaui,ſi ſcripta euoluerem,ea,quę excellẽtium virorũ,qui in hac feliciſsima Rep. vel eloquentia domi,vel foris armis floruerunt, gloriam conſeruarent.etenim ſi ex omnibus Rebuſpub. quę vnquam dominatæ ſunt, vna eſſet optanda,quam cum hac ipſa vel diuturnitate,vel æquitate,& felici- tate cõferri oporteret,nullam haberemus.hæc enim magna admiratione om nium,& inuidia multorum finium ſuorum terminos late propagauit.benigni tate,iuſtitia cũ pietate in Deum coniũcta,cuius amore ſemper flagrauit,mul- tas ciuitates,& regna ſibi conciliauit.hęc amplitudinẽ,ditionẽ,maxima cũ po

pulorum

pulorũ ſuorum quiete, optimatum ſanctiſsimis deliberationibus cõſeruauit, ac retinuit. vnde igitur dignitas: decus, laus, vberius, quã ex huius ciuitatis mo nimẽtis ſummi poteſt. Erat ſane memoria quędã litterarum his de rebus, ſed tamẽ ſummopere huius Imperij facta litteris cumulatius, atq; certius mãdari optabãtur. in quo omniũ optatis fortuna reſpõdit. nã ipſe Deus, qui profecto huius ampliſsimi domicilij auctor fuit, qui viros optime de Rep. ſentientes ei præfecit, vt à Senatorũ ſentẽtijs, & cõſilijs ciuitatis, perpetuitas ab Imperatorũ virtute tot inſignes victoriæ naſcerẽtur; ne hæc omnia vetuſtate euaneſcerẽt, te Iuſtiniane mirifice procreãdũ curauit. etenim cũ familia tua meritorum in Rep. magnitudine ampliſsima, hominũ paucitate interiret, ſpeſq; recuperan di iã nulla eſſet, virum ex Iuſtinianis ſumma probitate, ac pietate, à religione, qua ſe obſtrinxerat laxatũ, in matrimoniũ collocauit, quoad genus tuũ prope extinctũ renouaret, à quo præter hominũ expectationẽ, & diuinitus ortus es. vt in patriã nõ ſolũ bene adminiſtrandę Reip. fructũ, ſed mirę pietatis: quã in hiſtoria Venetorum cõſeribenda, nõ rogatus, neq; præmijs adductus, ſed vna animi inductione declaraſti, & vt libere dicam, quod ſentio perfeciſti, vt quã tũ ipſe Reip. tantundẽ ferè ipſa tibi debere videatur. ſi inuictis ducibus, Princi pibus magnanimis effigię ęre, lapideue expreſſæ publice collocantur, qui tibi fructus à Patria debẽtur? qui, illa ipſa trophęa, & ſimulacra Imperatorũ ne col laberẽtur effeciſti. ab eis illa ſalutẽ ſcilicet, à te vero famę pręconiũ accepit, per eos ab inimicorum impetu, per te à vetuſtatis iniuria vindicata eſt. quã multa obſcura, & inortatè tractata tuis ſcriptis illuſtraſti, & ad ſũmã elegãtiã perpo liſti? ex quo vniuerſi ciues, quibus ornamenta patrię cara ſunt; ſi minus refferre tibi gratiã, habere certe poſſunt. vel hanc tui egregiã in patria voluntatẽ, ꝙ tã tũ negocium, nulla vtilitate inuitatus, vltro ſuſceperis; quis nõ ſummo amo- re, ſũmaq; obſeruãtia proſequatur? ſed tu ipſe, vt video, Iuſtiniane, aliud agens cauſſam tamen tuã apud omnes tueberis. atq; ab omnibus, ijs etiã, qui te nun- quã viderint gratiã inibis, quã fore laboris tui premiũ ampliſsimũ ſtatuiſti. Ego vero hanc ſummę pietatis, & obſeruantię ſingularis erga te meę ſignifica tionẽ tibi gratã eſſe percupio. equidẽ, tũ eximia doctrina, ingenijq; præſtãtia, qua & ego, & omnes te vnũ iure admirantur, tũ beneuolentia, quę multis offi- cijs patri meo luce meridiana clarior perſpecta eſt, & humanitate, qua me eius filiũ amantiſsime cõplexus es. Et in gratia, poſuiſti digniſsimi, & eloquentiſsi mi. D. M. Procuratoris Iulij Cõtareni, tibi plurimum debeo. cũ autem tuis in me meritis nulla prorſus re, neq; ipſe poſsim reſpõdere, neq; tua humanitas à me patiatur ſatisfieri, operã dedi, vt ea quanti facerem; quanq; libenter prędi- carem, poſſes intelligere, ideoq; hanc ad te minime dignam, quæ à te tali viro legeretur epiſtolam miſi, vt aliquod apud te mei ſingularis in te ſtudij teſtimo nium extaret. quod ego tuis erga me, patremque meum eximijs beneficijs de- beri à me ſummum confiteor. Vale. Patriæ tuæ decus eximium, & firmiſ- ſimum, quo maxime nititur familia noſtra, præſidium. Venetijs ex ædibus meis. VIII. Cal. Octobris. M. D. LX.

EXCEL.^mis DECEMVIRATVS PRAESIDIBVS

Petrus Iuſtinianus S.

ITA CIVITATIS Veſtrę Maieſtas rerum geſtarum gloria,opum amplitudine,pacis diuturnitate, creuit, auctaque eſt,vt neminem eſſe videam, qui non ſummis Venetam fœlicitatem efferat laudibus, ac plurimum admiretur. Nobiſque hac in vrbe vera Imperij Sede natis gloriari licet.Cuius eximia pacis,Bellique decora, ſi mortales miris laudibus extollentes. frequenter in ore habent. Monumentis etiam literarum commendare decet, vt non ſolum viua hominum voce, ſed perenni quoque Hiſtorię præconio,illius geſta perpetuo celebrentur,quo fit vt publicæ laudis ſtudio ductus, illam in annalibus conficiendis curam ſuſceperim,quibus Veneti nominis ſplendor pro ingenij mei viribus perpetuus apud omnes gentes redderetur.Vobis autem,quorum in Rep.authoritas maxima eſt,dicatam Hiſtoriam trado;quam ab vrbe condita exorſus, ſex annorum ſpacio,magnis laboribus,vigilijſque abſolui:præclaraque, ac memoranda terra,marique facta legentur.Si ſacroſanctę poteſtatis iure ea in publicum exire permiſeritis. nec enim ſine ſuprema Magiſtratus veſtri authoritate temere quicquam in ædendis voluminibus aggredi licet,ſub cuius cenſura quorumlibet ſcripta ſunt poſita:quare ego in conſcribendis Venetis rebus, ſi ſeruata Hiſtorię lege,publicæ dignitati,ac laudi conſului:curate æque vos,vt laborum meorum vigiliæ,quæ diu domi correctionis ſtudio latuere, nunc caſtigatæ,excultæque, veſtro aſſenſu in lucem prodeant.

HIERONYMO PRIOLO VENET. PRINCIPI, ET SENATVI FOELICITATEM

PETRVS IVSTINIANVS.

SAEPE EVENIT, Conditionis humanæ inconſtantia, Princeps Grauiſsimé, ac Patres optimi, vt varijs ſubiecta caſibus Regna, & Imperia poſt aliquem temporis curſum vel intereant, vel collabantur, cæterum ſi in hoc naturæ vis grauis, acerbaque videtur. In eo tamen benigna, ac mitior apparet, quòd quantum illa mortalibus hoc loco, vel illo infeſta, adimit, tantum his alibi fœliciori munere rependit, pariaq́; ac nonnunquam amplius largiendo leuat inuidiam, nam vt exemplis agamus antiquioribus, ex Phœnicia armis eiectus Cadmus Thebas profugus in Boetia condidit, Tyro Deleta, Carthaginem Dido fundauit, Medorum euerſo dominatu, Perſicum, Macedonicum poſt Perſas conſtituitur Imperium. Maſsiliam Phocenſes, Albam Phryges condidere. Hinc Romanorum potentia clara, glorioſaque emergit. Qua euaneſcente, ecce tanquam alter Troianæ ſtirpis partus, ne libertatis, & Imperij nomina Italia vnquàm expungerentur, non ſine diuina prouidentia Venetiæ conduntur, vbi tanta virorum indoles ſemper effulſit, vt ab his Reſpu. noſtra inſtituta per ſimilem hodie Romani Imperij formam repræſentat, & nunc ea in toto terrarum orbe (cæteris collapſis) vnica remanſit, celeberrimoque apud omnes gentes viget nomine. Cui tu Princeps Excellentiſs. Præſides, in iſto enim dignitatis faſtigio conſtitutus, rem Venetam mira ſapientia gubernas, nihilque die, noctuque prætermittis, quod ad Reipu. gloriam, & emolumentũ eſſe poſsit, aſsiduus enim in curia, in Senatu, in comitijs, omnia diuino ingenio moderaris, Qua tua adminiſtratione nulla equidem inſtitui, excogitariue ſanctior potuit, nulla Venetæ vrbi, vniuerſæque Reip. ac ſocijs ciuitatibus ſalubrior. Diuinaque factum eſt id pietate, vt hoc tempore Veneti Principatus habenas teneres, qui bello vndique terras præmente, diuturna tamen pace, qualis ſub Octauiano Cæſare Auguſto fuit, frueretur. Quem æmulatus, vt ille Romanam. Tu Venetam rem pacis beatiſsimo rore foues: quod tibi gloriæ ſempiternæ erit, atque omnibus documento, quàm bene recens hoc Principatus decus in Priola ſit domo collocatum, ex qua duorum Principum nouus ſplendor obortus, gloriæ ſuæ radijs

radijs noſtra tempora illuſtrat, nam duo Veneti Imperij lumina Hieronymus, & Laurentius fratres fœliciſsimo partu æditi. Vnus poſt alium vrbis Principes conſtituuntur. Nouum autem id, & admirabile fuit, vt qui prior in lucem naſcendo venerit, commutata ratione, poſt eum, qui minor natu erat, Principatum obtineret. Ambo itaque ingenio clari, ambo pietate inſignes per omnium ora euagantur. Sed aliud tempus requiritur, vt eximiæ Priolæ gentis, ac vtriuſque Principis laudes opportunius prędicentur. Interim, quæ à me patrij nominis ſtudioſiſsimo ſcripta ſunt, Princeps optime Serena fronte accipe, eritque (ſpero) hæc lectio in vniuerſum non iniucunda, oblectabitque animum maximarum rerum narratio, verum hoc quicquid eſt, tibi Princeps Inclyte, vobiſque Patres optimi fęliciſsime inſcribitur: rogatoſque vos velim, vt quando ab intentiſsima Reip. cura (quę in tanto vos Imperij moderamine ſibi penè totos vendicat) ocij, laxamentique dabitur, aures accommodate, ad cognoſcenda Inuictiſsimæ veſtræ Ciuitatis geſta. In quibus enarrandis, multum laboris, curæque ſuſcepi, vt expolita, cultaque Hiſtoria ſub veſtro altiſsimo nomine in publicum prodiret. ac omnia enarrata eſſent, quę ab vrbe condita vſque ad hęc tempora veluti vna ſpectarentur tabula, conatuſque ſum, præclaros authores imitatus: quanta Venetus terra, marique facinora ædiderit, ſempiternæ literarum memoriæ mandare: his autem nihil præclarius: tranſlata enim ſunt (ſi veſtra pace, belloque geſta rectè perpendimus) in hanc vrbem ſummi Dei benignitate, omnia illa Romanorum antiqua decora, nobilitatis, magnificentiæ, gloriæ, opum, ipſius denique virtutis, vt vetus illa Roma reſurrexiſſe apud vos quodammodo videri poſsit; vna tantum me ea cura premit: quod in cõſpectum veſtrum proditura nullum cultum, nitoremq; Hiſtoria habet: Verum omnem abſterget orationis maculam ampliſsima nominis veſtri authoritas; ac quicquid mendoſum, obſcurumq; in ea eſt, veſtro ſplendore (ſpero) illuſtrabitur.

PETRI IVSTINIANI

PATRITII VENETI ALOYSII. F. AB VRBE CONDITA RERVM VENETARVM HISTORIA.

LIBER PRIMVS.

PRISCAM temporum memoriam repetens, quibus orbis gentium facta ſcriptores celebrarunt. nouum animo ardorem illabi ſenſi. Qui eam mihi curam inijceret, vt Venetæ Ciuitatis ab eius origine res geſtas conſcriberem: quo in labore et ſi alij magna cum laude verſati eadem quæ nos exorſi ſumus, copioſè, eleganterq́ue retulere. multa tamen cognitione digna ab his omiſſa. & belli decora, et pacis ornamenta in lucem prodere operæprecium iudicaui. Nec nos idcirco id agere eo conſilio quiſpiam exiſtimet. vt laudem ſurriperemus his, qui longe, quã nos luculenter hæc prius complexi ſunt (non mihi tantum planè arrogo) quin gratias illis ingentes debemus, quòd eorũ induſtria plurimarum rerum notitia ad poſteros peruenerit. dilucidiorq́ue reddita ſit Hiſtoriæ cognitio. ac minus nobis laboris relictum in indaganda veritate. Sed res olim à Venetis pacis, belliq́ue artibus fęliciſſimè geſtas diu altum aduerſo quodam fato ſilentium ſuppreſsit. cum ſcriptores per aliquot ætates vitio temporum perpauci florerent. Longoq́ue æui ſpacio. Literis incultis, obmuteſcentibuſq́ue, nulla rerum geſtarum memoria relicta eſt. Quæ ad Venetam Hiſtoriam pertinerent. Quidam ſolum commentarij Andr. Danduli Principis ſupra ducentos annos conſcripti reperiuntur. nonnullaq́ue alia authorum fragmenta. Qui de Venetis rebus ieiunè, parceq́ue ſcribunt. exterorum quoque aliqui extant annales. Sed tantis tenebris inuoluti, vt pauca omnino diligens lector, ex his colligere poſsit: ſequuti ſunt poſtea Blondus Flauius, M. Ant. Sabellicus, & Ber. Iuſtinianus Hiſtoriarum ſcriptores celeberrimi: et nouiſsimè noſtra memoria Paulus Iouius Nouocomenſis. Cuius oratio Liuianam ſapit eloquentiam. vereq́ue is vnus ſplendore, copia, elegantia, cum omni antiquitate certare poteſt. Clari quoque alij his noſtris florent temporibus facundiſſimi viri. reuireſcuntq́ue artes, et ſtudia, quæ antea exaruiſſe longo ſqualore videbantur: Debet autem plurimum Veneta Ciuitas. M. Antonij Sabellici cineribus. Qui primus elo-

And. Dandulus. — *Hiſtoriographi.* — *M. Anto. Sabellicus*

quentiæ ſuæ fulgore lumen rebus noſtris infudit. Hiſtoriam enim Venetam mira ſermonis puritate duobus, & triginta clauſit voluminibus. eo autem defuncto res deinceps. quæ pace, & bello Venetis contigere, nemo ſanè in tanta eruditorum hominum luce inuentus eſt. qui mandare literis vellet. iacuitque tandiu ſepulta rerum memoria. donec Petrus Bembus Cardinalis ampliſsimus ad ſcribendum ſe contulit. Qui à Roethico bello exorſus. quo. M.Ant. Sabellici Decades finem habent. quadraginta quattuor annorum vſque ad Leonis Decimi Pontificatũ res geſtas complexus eſt:

Petrus Bembus.

Perlectis autem tot illuſtrium ſcriptorũ monumentis ingens cupiditas continuò animũ inceſsit. condendæ Venetæ Hiſtoriæ. cuius ſeriem (quod à nullo authore vnquam factum eſt) ab vrbis primordio vſque ad hæc tempora ordine enarrarem. idque maximopere cordi mihi ſemper fuit. Sed rem tantam aggredi per id tempus nequaquam auſus ſum. noueram enim ingenij mei imbecillitatem, ad alioſque præſtãtiores eruditione viros. qui in noſtra Ciuitate plurimum excellunt, tacito iudicio delegabam: Cæterum à multis diu ſilentium actum eſt. iacebantque interim res caligine obrutæ ad quas è tenebris eruendas præuia clariſſimorum authorum me monumenta excitarunt. ſine quibus nil ipſe in hoc ſcribendi genere tentare auſus fuiſſem: ex his enim ea collegi, quæ remotiſsima ſunt ab hominum memoria, cætera vel ſeniores nobis tradidere. vel nos ipſi vidimus. omnia itaque Hiſtoria cõtinebit. Quæ et à vetuſtiſsimis ſcriptoribus excerpta, et à maioribus tradita, et à nobiſmetipſis viſa, pertractataque fuere: præcipue autem ea me cura tenet. vt in tanta rerum amplitudine, et varietate (depoſito patriæ affectu) recta, ſinceraque fide omnia explicem. quæ profecto magna ſunt, et memoranda, et cognitione digniſsima. nam belli, paciſque, ac fortunæ varios caſus, vrbiſque medio mari fundatæ Imperium deſcribimus: vbi ſeminarium quoddam Illuſtrium virorum ſemper fuit. Qui mira ſapientia prædití rem Venetam ex parua magnam fecere. Et quod admirabilius eſt. perpetua diu imperitans fęliciſsima vrbs libertate fruitur. quam nulla humana vis labefactare vnquam potuit. multaſque orbis gentes Veneta Reſp. Imperij diuturnitate exuperans. iam mille, centum, quinquaginta, et amplius annos ſtabili inconcuſſaque floret libertate. Idque ex legum admirabili temperamento. æquabili iure, ac optimis inſtitutis fęliciſsimè euenit. Quidquid autem armis, ac bello Partum, quidquid pace, & deditione quæſitum miris mortales laudibus celebrant. Venetumque hodie Imperium vnum habetur. in quod vniuerſi totius orbis Principes (abſit verbo inuidia) veluti in molem quandam oculos conijciunt. Adde Religionis ſtudium, patriæ innatam charitatem, ciuium concordiam, opum magnitudinem, maritimæ rei diſciplinam, quæ omnia fatalem Veneti Imperij fęlicitatem haud obſcurè ſpondere videntur. Variam itaq;, ac memorabilem exordimur Hiſtoriam. In qua veritatem ipſam ſequi, & aſſentationem omnem effugere maximè ſtudui.

Nota Impe. annos.

dui.nam egregia Ciuitatis noſtræ terra.mariq́ue geſta, bellaq́ue cũ regibus, ac populis,in Italia, longinquiſq́ue, ac tranſmarinis regionibus cõmemorabuntur. Extera quoque(ſi qua Illuſtria erunt) pcurram: in quibus enarrandis cuncta ſigillatim referre in animo eſt.ac in primis(vbi res ipſa expoſcet) locorum ſitum deſcribam, vrbium expugnationes, nauales, terreſtreſq́ue pugnas, conciones vrbanas, & militares, legatorum poſtulata, reſponſa principum, onuſq́ue erit graue (quis non videt) in tot rebus explicandis. Sed fructuoſam poſteritati fortaſſe lectionem afferet. dum vetera, ac noua ex hiſtoriæ luce in apertum facta prodeunt. atque vt omnia ordine relata ſint. Deſcribamus primum vrbis originem. Deinde nouum, ac admirabilem ſitum, poſtremò eius terra, mariq́ue clariſſima geſta: Venetam igitur gentem è Paphlagonia Aſiæ Regione trahere originem multi ſcriptores tradunt. Bello enim Pylemene Rege ad Troiam extincto. Heneti Duce Anthenore poſt euerſum Ilyum in Italiam ſunt tranſgreſſi. pulſiſq́ue Euganeis eam primum oram tenuerunt. Quæ eſt inter Alpes. & Adriaticum mare. Patauiumq́ue condidere: omnis poſtea illa ora. Quæ Abdua, Pado, Tymauo, lacu Benaco, Adriatico mari, atq́ue alpibus continetur Venetia dicta eſt: Alij à Gallis Oceani Accolis Venetos oriundos aiunt. Cuius etiam nominis Cæſar meminit. pariter.et Q. Curtius.et T. Liuius in hiſtorijs. recentiumq́ue authorum Blondi, Sabellici, & Iuſtiniani, circa hanc de Venetis originem variæ ſunt opiniones: Sed ab omnibus prior ſententia magis approbatur. Paphlagonum ſtirpem Henetos eſſe. Qui mutata litera poſtea Veneti appellati ſunt. Satis verò conſtat. Nobilem, & perantiquam Venetam eſſe gentem. Quæ clariſſimæ vrbis populo nomen dedit. Idq́ue eo tempore euenit. dum poſt Gothicam tempeſtatem Athila Hũnorum Rex Italiam ferro, igneq́ue popularetur, ac vrbes nobiliſſimas expugnando armis euerteret. Cuius terribilis in Italiam aduentus condendæ Venetæ vrbis pręcipua cauſa fuit: is enim (vt veteres Annales prodidere) Mandulco patre Idolatra natus Hũnorum genti (qui nunc Hungari vocantur) ſedeſq́ue ad Danubium habent, imperauit: Chriſtianumq́ue nomen odio proſequens, Italiæ expeditionem ſuſcepit. ad cuius excidium à primis fere annis barbara feritate anhelaſſe dicitur. contracta igitur ingenti armatorum manu, validiſſimum confecit exercitum: euocatiq́ue ab Athila. Gepidę, Daci, Turcilingi, Guadi, Heruli, gentes efferæ. Inſocialeſq́ue eius ſigna ſequebantur. atque his viribus Dux fatalis, ac flagellum Dei (vt vulgo appellabatur) in Gallias prius deſcendit. Et apud Tholoſſam cum Etio Duce à Valentiniano Romanorum Imperatore cum maximis copijs miſſo, in Cathalaunicis campis cruento prælio conflixit: nam centum, et octuaginta armatorum millia ex vtraq́ue acie cecidere. Superior tamen Etius fuit. victuſq́ue magna clade Athila in Pannonias redijt. irritatuſq́ue effero vir ingenio Cathalaunicam vlciſci cladem, Italiæ

Venetorũ origo.

Venetia.

Athilę aduentus in Italiam.

Nota ingẽtẽ cladem.

liæ excidio meditatus eſt. Sublatoq́ue ab humanis Etio bellicoſiſsimo Duce.nudatoq́ue alijs præſidijs Romano Imperio fęlices armorum ſucceſſus in hac noua expeditione ſibi animo ſpondebat.credo etiam quòd immutabili fatorum ſerie ab æterno ſtatutum fuerat. vt Athilano furore Italiæ populi ſedibus ſuis expulſi ad condendam Venetam vrbem adducerentur. Quæ rerum potita bellis, ac infortunijs mortales agitatos exciperet. & tutum, quietumq́ue omnibus eſſet perfugiū. Ad deſtinatam igitur expeditionem Athila profecturus armatum pene totum ſecum Aquilonem trahens per Carſios Montes in Noricis ad Soncium Amnem peruenit. Inde quum nulla Valentiniani Soccordia obſtaret manus, in Venetiæ oram irrupit. et ad Aquileiam primum caſtra metatus eſt.eaq́ue expugnata,& euerſa Concordia, Ceneta, opitergium, Altinum, Patauium, proximæ Vrbes Athilæ armis excinduntur. belliq́ue terror animos omnium adeò cœpit. vt relicta continentis ora magna mortalium manus in litora,atque inſulas commigrarit.nam ex Aquileiæ excidio Gradus populo impletur, Caprulæ ex Concordiæ ruinis, Altinates profugi vrbe exciſa ſex Inſulas propinquas tenuere. Torcellum,Maiorbium,Amianum, Boreanum,Conſtantiacum, & Muranum, quas tum rarus incolebat piſcator. Patauini quoque quum fumantes vicinas viderent vrbes. In Methamaucum, Riualtumq́ue ſunt tranſgreſsi. ab Euganeis item collibus populi palantes, trepidiq́ue ad paludes, & ſtagna confugiunt. Peleſtrinaq́ue,& Clodia ab his inſidentur. at Athila poſt ſubactam maiorem Italiæ partem in Panoniam victor redijt.vbi in nouis puellæ nuptijs celebrandis dum vinum, cibumq́ue intemperantius haurit.nimio ſanguine è naribus profluente ſubito extinctus eſt. ac de eo fama in vulgus pene fabuloſa manauit. Canis concubitu. quem mater in Venerem prona in delitijs habebat. Athilam conceptum.iſq́ue in huiuſce rei fidem truci,ferinoq́ue ore fuiſſe dicitur. latratuiq́; potius (dum loqueretur) quàm humano ſermoni vocem aſsimilem emittere videbatur. Athila autem defuncto. Venetiæ populi. qui eius metu in hæc ſtagna confugerant.campeſtribus locis aſſueti,conſilia agitarunt, remigrandi in continentem ad patrias ſedes. quas ingenita natalis ſoli dulcedine adamabant. Sed ex his plurimis ante oculos habentibus Barbarorum immanitatem, incendia,fugas. fœdaſq́ue populationes, quibus anteà Rhadagaſus,& Alaricus,Gothorum Reges,& nouiſsimè recentis memoriæ Athila Italiam affecere.perpetuum his locis tutioris vitæ ſtudio figere domicilium placuit. atque à Diuinis orſi primi illi Veneti pietatis cultores naſcentem vrbem templo exornarunt. Quod Diuo Iacobo dicantes medio Riualti foro piè erexere. Iacta autem fęlicibus auſpicijs ciuitatis fundamenta, ac tanti Imperij incunabula fuere. Pontificatu papæ Innocentij primi. Et imperante Honorio cum Theodoſio Archadij filio. Anno Salutis. C C C C. X X I. ad octauum Kalendas Aprilis circa meridiei horam,in qua planetarum diſpo

ſitiones

Nota vrbium excidium.

Athilę interitus.

Venetę vrbis origo.

ſitiones, & cœleſtium corporum figuræ ſub Iouis aſpectu felicia rerum omnium incrementa denunciabant. vt ſignis(quæ hic ponuntur)patet cœleſtibus.nam à Septentrione in Zodiaco Taurus, Aries, & Piſces dominabantur. ab Auſtro Virgo, Libra, & Scorpio, ab Oriente Aquarius Capricornus,& Sagittarius, ab Occaſu Leo, Cancer, & Gemini, & Sol in xxxix. gradibus erat. Luna in xxiiij. Venus in xij.Mars in xiiij.& xxv. Iuppiter directus in xiiij. & xv. Mercurius in ix. Saturnus in xxvij. retrograd. Fuit autem Motus viij. Spheræ. in Tropico Cancri. grad. ij. minut. lviij. Quæ omnia ex antiquiſsima figura. & partitione per paralellos, calculoſque Aſtronomicos collegi. Sub conſulibuſque primum.poſteà ſub Tribunis, ac Magiſtris militũ antiquo Romani populi exemplo per ducẽtos,& amplius vario, intermixtoque regimine annos Veneta Ciuitas publicã Auſpicata eſt adminiſtrationem. Poſtremo ad Ducatum. plæbiſcito, omniumque conſenſu Veneta res traducitur. Quæ regiminis forma vſque in præſens fęlici,ſtabilique principum ſucceſsione poſt traſlatam(vt ſuo loco dicemus) ab Heraclia,& Methamauco in Riualtum Ducalem ſedem, tot ſeculis fortunatiſsimè perdurat. Vrbis autem ſitus admirabilis eſt. Sedent enim Venetiæ medijs aquis in intimo maris Adriatici ſinu, & ne turbatum,ac concitum mare aperto, liberoque aditu in mediam vrbem irrumperet. littora, arenarumque molem, ceu firmiſsimum vallum prouida natura marino furori obiecit: Ad Portus fauces iuxta Diui Nicolai Templũ duæ ab Oriente antiquitus Arces fundatæ erant, Noſtra autem tempeſtate his diiectis nouum Senatuſconſulto caſtellum ſuperbo,inexpugnabilique opere extructum eſt; quod latè in mare pandit proſpectum: vrbis ambitus per ſeptem millia paſſuum extenditur, introrſuſque per inſertos Euripos nauiculæ aguntur, ac lateritij, ſublitijque pontes ciuitatem certis locis iungunt. vbi magnificentiſsimæ ædes. non ſine ſpectantium admiratione ſumptuoſe conditæ exurgunt. pluraque paſsim monaſteria in oppidorum ſpeciem toto ſtagno circumiacent: recedit autem vrbs à continenti, qua Mergariam, et Laccfucinam itur, per ferè tria millia paſſuum: vaſtæque vndique ex flu minum exoneratione, et maris æſtu interiacent paludes, et ſtagna, quæ magno circuitu littora, et continentis oram lambunt: quo fit, vt ex altera parte Veneta vrbs pro mœnibus littora habeat. Et ex altera continentis oram.aquiſq;,et lacunis vndique per Gyrũ ampliſsimo ſpacio alluitur,quas fluxus, refluxuſque ſexta quaque hora quotidie alternando agit: templis ad hæc turribus,ædibus publicis, priuatiſque alijs operibus vrbs mirificè exculta eſt. Sed præcipue inter reliqua præclara ædificia Diui Marci Templũ Principem locum tenet,cui Ducarium iuxta accubat, magnificentia, ſplendoreque inſigne, cum Palatio æque ornatu eximio. Area quoque latiſsima pateſcit, vbi Geminæ firma baſi erectæ ad ripam inuſitatæ magnitudinis columnæ,quarum altera ex aere alatum habet. Epiſtilio Leonem,ſuperbo

ſtatu

Nota ſigna cœleſtia.

Venetę vrbis deſcriptio.

Venetorũ libertas.

Not. Regnorũ mutationes.

Not. inter pretatio-nem.

ſtatu in mare reſpicientem, tacitaque ea admonitio eſſe videtur, vt ciuitas aquis fundata maritima arma exerceat, altera Diui Theodori figuram, qui dextra præpoſtere clypeum manu tenet, læua autem haſtam, quod ſignum pacis innuitur. Sed vrbis Venetæ deſcriptione breuiter relata, eius iam terra, marique geſta ſub vnoquoque Principe ordine proſequamur:

Cōſulum nomina.

In prima vrbis à finitimis Italiæ populis. Patauino, Aquileiano, Altinati, Concordienſi, fundatæ origine conſulatum geſſerant, Gallianus Fontana, Symeon Glanconius, Antonius Caluus, & poſt eos Albertus Falerius, Thomas Candianus, inde Marinus Linius, Huggo Fuſcus, Lucianus Gaulus, nouiſsimè. M. Aurelius, And. Clodius, poſteà Tribunos ciuitas habuit, qui per aliquot annos publicæ adminiſtrationi præfuere, ſed ſublata tandem Conſulari, Tribunitia, ac magiſtrorum militum poteſtate, decretum eſt,

Ducis inſtitutio. & inſignia.

poſt varias patrum, populique altercationes, vt Dux crearetur, qui ſummũ, primumque in ciuitate locum haberet, perpetuaque eius quoad viueret eſſet poteſtas, diffinita tamen, & legibus circumſcripta, tradita ad hęc nouo Duci inſignia ampliſsima, nam venerabilis in eo eſt cultus, purpura ſiquidem, & holoſerico omni tempore Dux veſtitur, aureoque interdũ pallio, ac ſtola candida vſus, in publicum prodit. caputque tenui vitta obtectũ habet, & coccinea infula, quam Limbus Aureus pręcingit, fronte decore aptatur, ac retro in tereti formam cornu attollitur, quod priſcis tamen temporibus ad Phrygię mythrę ſpeciem in conum ibat. albęque Armellinorum pelles circum ſcapulas, ad medium vſque demiſſę, maieſtate plenum conſpectum reddunt: geſtat & picturata Dux Sandalia, fibulaſque aureas, & baltheum gemmatum, Ducalibuſque ijs ornamentis nihil Auguſtius, ac Regalę ſupergreditur tantus cultus faſtigium. Frequens autem Ducem in apertum prodeuntem. Senatus, togatorumque patrum ſummus illę ordo maieſtatis, & ſilẽtij plenus ſubſequitur: præceduntque verſicoloria altè geſtata octo vexilla, Sella curullis quoque, & Vmbella Aurea, circumſonantibuſque tubis, & lituis, ſub ea medius inter regum oratores Princeps Senatu (vt diximus) concomitante procedit: pompaque admirabilis eſt, Ducis, Seniorumque grauiſsimo conſpectu: Miſsique ſunt ſtatim Romam ad

Primi legati ad Pōtificem.

Deodatum Pontificem legati. Petrus Candianus, Michael Partitiatius, & Theodoſius Ipatus, vt inſtituendi, eligendique Ducis Pontifex Apoſtolica authoritate ius Venetis perpetuò confirmaret. Anno igitur Domini Sex-

Paulutius Dux primus. Anno Domini. 697.

centeſimo, Nonageſimo ſeptimo, Paulutius Anafeſtus nobilitate, virtuteque inſignis, Dux primus in Heraclia creatus fuit. Hic paci ſtudens, cum Luithprando Longobardorum rege fędus percuſsit. Et poſt viceſimũ annum vita functus, ſucceſſorem habuit Marcellum virum optimum, cuius

Marcellus D. II. An. 717.

Vrſus D. III. Anno. 726.

quieta adminiſtratio annorum nouẽ curſum eſt amplexa: Huic Vrſus vir acer, & genere clarus ſuffectus. Venetum nomen rebus pręclare geſtis primus illuſtrare cœpit. nam quum bellicis artibus egregie inſtructus eſſet, ad

arma tractãda iuuentutem Venetam exercere maximè ſtuduit. Statimque ciuitas ſpectatorem,laudatoremque virtutis Ducem ſuum nacta, naualis diſciplinæ peritiam magna indole aſſecuta eſt. tuncque Venetæ gẽtis ope Rauenna à Longobardorum iugo erepta. Leoni, & Conſtantino Greciæ Imperatoribus reſtituitur. extat autem Gregorij Pontificis epiſtola. Quæ Venetos admonet, ad arma ſumenda pro recuperatione Rauennæ. cuius exemplum fidei cauſa. viſum eſt hic annotare. Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio Vrſo Duci Venetiarum. Quia peccato fauente Rauennatum ciuitas, quæ multarum caput extat eccleſiarum, à nefanda gẽte Longobardorum capta eſt: & filius noſter eximius dominus Hexarchus apud Venetias (vt cognouimus) moratur. debet nobilitas tua ei adherere, & cum eo noſtra vice pariter decertare, vt ad priſtinum ſtatũ Sanctæ Reip. in Imperiali ſeruitio dominorum, filiorumque noſtrorum Leonis, & Conſtantini magnorum Imperatorum ipſa reuocetur Rauennatum ciuitas, zelo, & amore ſanctę fidei noſtrę: Deus te incolumen cuſtodiat dilectiſſime fili. his Pontificis ad hortationibus Veneti permoti. claſſem pararunt, ad Rauennam oppugnandam: qua non ſine ingenti certamine recepta, Venetum nomen tunc primum clarum, illuſtreque apud finitimos haberi cęptum. Sed quum vndecim ferme annis Vrſus Ducatum egregiè geſſiſſet. orta inter Heraclianos, Equilinoſque de finibus controuerſia, ambo populi mutuis ſe ſe per biennium cladibus affecere. Itaque quaſi omnium author malorum Vrſus orto tumultu interfectus eſt. eo ſublato, ciuitatis quoque adminiſtrandę forma mutatur: creanturque magiſtri militum, qui Ducis loco annuum haberent Imperium: hi autem quinque vnus poſt alium fuere, Dominicus Leo, Fęlix Cornicula, Theodatus Vrſus, Iulianus Cęparius, & Ioannes Fabriciatius, quo occęcato, magiſtrorumque militum poteſtate publicò decreto antiquata, Ducatus iterum adminiſtratio reuocatur: Theodatuſque ſtatim in Methamauco Princeps declaratus eſt, qui cum Aiſtulpho Longobardorum rege Heraclianos fines ad Anaxum fluuium conſtituit. poſtea ad Brundulum profectus, vt locum muniret: in affectatę Tyrannidis ſuſpicionẽ incidit, ob idque Galla authore viro ſeditioſo. tertiodecimo Ducatus anno à feroci populo luminibus, dignitateque priuatur, & poſt varios diſſenſionum fluctus, Galla in Theodati locum Dux eſt ſurrogatus. Qui malis artibus Remp. regens, oculis & ipſe erutis, ſecundo dignitatis ſuę anno vix inito in exilium agitur: Delataque eſt poſt eiectum Gallam ad Dominicũ Monegarũ ſumma Imperij virũ ac rem, & pręferocẽ, cui annui tribuni dati ſunt, ne hominis temeritate. aliquid detrimenti ciuitas pateretur: Hic tamen. quum in omne facinus prorumperet, excęcatus, depulſuſque Ducalem adminiſtrationem amiſit. Mauritius ei ſucceſſit. magni ingenij vir, ac vitę integritate clarus, obtinuitque à populo. ob rectum, ſincerumque in moderanda Rep. ſtudium: vt Ioannem filium ſibi collegam in Ducatu

Pontificis literę ad Venet.

Vrſi Principis cædes.

Magiſtri militum.

Theodatus Dux. iiii. Ann. 742.

Galla D. v. an. 745.

Dom. Moneg. D. vi. An. 756.

Mauritius D. vii. An. 764.

cooptaret.

Ioannes. Dux. cooptaret. Sed Ioannes minimè paternis inſiſtens veſtigijs, poſt parentis obitum. præter multa infanda ſcelera, Fortunatum Gradenſem Antiſtitem virum ſanctiſsimum, quòd is blanda oratione ſępe eum ad ſaniora conſilia retrahere conaretur, ex alta turri præcipitauit. cruoriſque maculę, quæ ſubiectum marmor infecerant, per multa ſæcula intanti ſceleris teſtimoniũ. Not. miraculum. nullatenus abſtergi, aboleriq́ue potuerint. et paulopoſt vir nequam ob infandum parricidium. ex vrbe in Galliam aufugiens. Carolum regem, ſiue Pipinum eius filium patriæ bellum inferre ſuaſiſſe traditur. Quod poſtea Beato Obelingerio Ducante atrociter eſt à Gallis illatum: miror autẽ hoc Not. errorẽ in Ducce. loco omnes ferè ſcriptores, ſuis commentarijs (in quibus hoc bellum Gallicum deſcribitur) pro certo affirmare, Obelerium, & Valentinum Duces ea tempeſtate Reip. præfuiſſe, id ſane prorſus à fide diſcrepare videtur. Nam in comitijs. vbi omnium Principum imagines ab inſtitutæ dignitatis exordio effingi conſueuere, nulla Obelerij, & Valentini fratrum figuratio apparet. Sed Beati Obelingerij ſola legitur in ſuo throno ſubſcriptio. præſtandaq́ue fides eſt veteribus picturis, quæ omnem ambiguitatem tollunt. Quando nulla alia monumenta extant. Satis vero conſtat, atrociſsimum bellum à Pipino Venetis illatum, Ducante (vt diximus) Beato Obelingero, Beatus Obeling. D. viii. An. 804. ea potiſsimum prætenſa cauſa, quòd Veneti cum Nicephoro Gręcię Imperatore ſentire viderentur. quum ex fęderis formula cautum eſſet, ne neutrius partis ſocietatem ſequi liceret. In ciuium præterea Obelerius odium Obelerii fuga i Galliam. incurrit, quòd Gallicis rebus impudenter vbiq́ue fauebat. & quum ſe ob id ipſum ſuſpectum eſſe cerneret, ad Carolum in Germaniam profugit, at Pipinus in Venetos ferociter mouens, omnem littoralem oram. momento temporis occupat, oppidaq́ue Equilium, Heracliam, Albiolam, Peleſtri Pipini bellũ in Ven. nam, & Clodiam capit. In Methamaucũque à Victore Pipino ſigna illata, vbi tunc Ducatus ſedes erat. Veneti autem aduentu irati in ſe hoſtis cognito. Diffiſi immuniti loci natura, omnes cum vxoribus, liberis, & precioſa ſupellectili. In Riualtum tranſmiſere, vbi ob inexpugnabilem ſitum cunctas hoſtium minas in circunfuſo late ſtagno facile eludere poſſe ſperabãt, id quod (vt opinati ſunt) prorſus euenit. nam Galli quum Methamaucum fuga deſertum eſſe cognouiſſent, indignati Venetum inſequi, ac parata ſtatim claſſe Riualtum aggredi ſtatuerunt: alij tradunt, Pipinum vetulæ conſilio. Ponte ratibus conſtrato. copias transfretare tentaſſe, ſed vt cunq́ue res Pipini clades. ſe ſe habet, pugna atrox medijs aquis vtrinque commiſſa eſt, Galliſque ad internitionẽ cæſis profligatur Regia claſsis. Veneti enim pro libertate tuẽda acerrimè dimicantes adeò ingentem Gallorum cædem ediderunt, vt canale in quo prælium commiſſum eſt, orphanum in hunc vſque diem appellatur: eoque euentu res Veneta à Gallorum armis ſeruata incolumis ſtetit. & Pipinus poſt cladem acceptam cum Venetis in gratiam redijſſe dicitur. Et Obelerius in patriam eſt reſtitutus, quem mox populus Pipino ex Italia

Italia abeunte fęde trucidauit. Alij dicunt, quòd Cõſtãtinopolim Obelerius fuerit relegatus,& Beatus eius frater Iaderam. ita res variè traditur. Defuncto autem Beato,ſeu relegato,qui triennio præfuit. ſubſecutus eſt Angeli Participatij Principatus,qui primus in Riualto Ducalem ſedem tenuit. Anno ſalutis Chriſtianę nono, & octuagenteſimo, Participatiaque hæc familia nobiliſsima hodie Baduaria appellatur, & Candiana. nunc Sanuta eſt. Centranigi quoque, & Barbolani in Salamonios tranſiuere. factum autem eſt,ſoboleſcente in dies vicinarum gentium concurſu, & continenarum numero, vt ſexaginta paruæ Inſulæ ad capiendam multitudinē tunc primum ſtratis pontibus inter ſe coniunctę ſint, Viriq; Romana nobilitate,ac agnominatione, Marcelli,Cornelij, Valerij, Amullij, Quirini, Memmi,Longi,Balbi,Vetturij,Emiliani,ac Piſones,qui corrupto nomine appellantur Piſani, atque alij ęque genere, natalibuſque homines illuſtres huc confluxere. cæterum quod bonum, fęlixque Veneto foret nomini,publicè decretũ,vt Riualtus, perpetua Principũ ſedes eſſet, atque in ampliſſimi magiſtratus honorem, domicilium haud impar Ducaria maieſtate confeſtim fundari cęptum eſt,cum curia,& foro,licet primis illis temporibus non eam crediderim fuiſſe operis molem, quæ nunc extat. nam & patrum memoria,& noſtra ætate multa ſunt addita ad ornatum, & ſplendorem, præclarumque ſanè illud eximia architectura opus viſitur: quod ſub Fr. Foſcari principatu erectum fuit in anteriori curiæ parte ſupra palatij fores,vbi illius Principis marmorea effigies ſpectatur, ac plurimæ vario cultu ſtatuæ ſub Maripetro, Mauroque principibus, diuerſo tempore magnificentiſsimè erectæ. ſumptuoſi ad hæc arcus rara arte fabrefacti. Columnis parum inter ſe diſtantibus miro ordine fulciuntur, noſtraque ætate tota facies Ducariæ ſedis,& ea,quæ aquis incubat,candido conſtructa ſaxo,& in Adamantis ſpeciem faſtigiato, & à fronte, qua forum ſpectat, magnificentiſsimo ſtructuræ ornatu,ab vtraque parte perbelle abſoluta eſt: Sed de Reip. regimine (ne intactum quicquàm relinquatur) pauca hoc loco dicenda. Sedet Princeps medio ſolio,iuxtaque eum ex ſenis tribubus, in quas ciuitas eſt diuiſa, ſex conſiliarij ſingulis diebus matutina hora in Collegio. vbi pari poteſtate adſunt Sex conſilij,Quinque Cõtinentis,totidemque loco paulo inferiori Sapientes ordinum, ita appellati, pro munerum varietate,nam hi omnes maturo conſilio procurant ea, quę terra,& mari,ac pace,& bello agenda ſunt, referuntque poſteà ad Senatum, qui authoritate ſua cũcta decernit, appellaturque conſilium Rogatorum patria lingua,à Rogandis ſententijs,vt Romani factitabant,quod ex eorũ Rep. Veneti Imperij illi conditores (ſicut pleraque alia) acceperunt. Eſt quoque Decemuiratus Magiſtratus ampliſsimus, vt & Romæ antiquitus erat,Principemque locum obtinet inter reliquas. vrbanas dignitates, quũ ſub Decemuirum ſit cenſura Diuinę rei cultus, Maieſtatiſque læſæ crimen:

Ang. Particip Dux ix. 809.

Familiarũ nobilium.

Not. reip. regimen.

Senatus.

Decẽuiratus.

In creandis autem magiſtratibus tam peregrinis, quàm vrbanis ampliſsimus locus in palatio conſtitutus, vbi in ea parte. quæ ad meridiem ſpectat, octauo quoque die omnis patritius ordo aggregatur, creandorum magiſtratuum cauſa, Comitiaque ad Romanæ illius Reip. imitationem appellantur. Hic Princeps virtute eximia præditus, duos habuit filios, Iuſtinianum, & Ionnnem, Hũc ſibi in adminiſtratione Reipub. collegam aſciuit, Iuſtiniano ad Leonem Greciæ Imperatorem Conſtantinopolim miſſo. Sed is in patriam reuerſus, abdicato Ioanne, à patre cooptatur collega. ad Leniendam filij in dignationem, quam conceperat Iuſtinianus, ex fraterna dignitate: Ac ſub id tempus ſacrum diui Zachariæ corpus, & Dominicæ crucis lignum Leo Imperator ad Partitiatium Principem dono miſit. iſque ædem Zachariæ dicatam erigendã curauit. In qua Prophetæ corpus repoſitum, cum Dominicæ crucis ligno, eadem etiam tempeſtate Oliuolenſe templum in extrema parte vrbis (quod nunc Caſtellum appellamus) diuo Petro fundatum fuiſſe dicitur, in cuius dedicatione Sergij, & Bacchi martirum reliquiæ Templo illatæ ſunt: conſpiratum eſt quoque à ſeditioſis quibuſdam viris in Principem, ſed detecta coniuratione ſceleris authores Ioannes Tanolicus, & Bonus Bragadenus capitali ſunt ſupplicio affecti, Dominicus verò Monegarius nefarij conſilij ſocius, ne vitæ diſcrimen adiret, vltro in exilium abijt. Hæc Angeli Participatij principatu geſta. Qui ſibi ex eo in primis laudem peperit. Quòd Ducalem ſedem in Riualtum ex Methamauco proſperiore fortuna primus tranſtulit. Vixitque in Ducatu decem, & octo annos. Eo autem defuncto Iuſtinianus filius maior natu Rempub. adminiſtrare cœpit. Statimque gratificaturus Michaeli Imperatori Conſtantinopolitano miſit ei in auxilium aduerſus Saracenos aliquot naues bello aptiſsimas, ſed quum hoſtis receſsiſſet, naues non multo poſt incolumes domum rediere. Tranſlatumque eſt hoc tempore Venetias diui Marci corpus ex Alexandria. ac ſimili modo id factum memorant, condebat Aegypti Rex ædes ſibi magnificentiſſimas, atque ea de cauſa pretioſa, ingentiaque vndique marmora conquiri iuſſerat. Fortè Regij miniſtri ad fanum, in quo diui Marci corpus iacebat, acceſſerant. repertoſque ibi aliquot pulchriores lapides con feſtim non ſine Templi deformatione aſportandos curarunt. Qua rei indignitate commoti Stauratius, & Theodorus æditui. Qui illic ſacris operabantur, ambo natione Græci, plurimo dolore ſunt affecti. Accidit autem, vt Bonus Methamaucenſis, & Ruſticus Torcellanus Veneti mercatores ad maritimam negotiationem profecti cum decem nauibus vi ventorum Alexandriæ littus tenerent, hique ſtatim in terram deſcendentes, quum viſendi Templi cauſa ad locum veniſſent, intuitique eſſent æditos mœrore affectos, triſtitiæ cauſam ab eis ſciſcitati ſunt. Qua intellecta viſaque Templi deformatione, magnis precibus tentare

Comitia.

Iuſtinianus particip. D. x. 827.

Corporis S. M. tráſlatio.

tare

tare eorum animos cęperunt, ad tradendum Beati Euangeliſtæ corpus, affirmantes fore, vt ex hoc pio munere ampliſsima pręmia vterque apud Venetos conſequeretur: Auerſari illi primo rem tanquàm difficilem, cæterum Veneto inſtante, et pręcibus, & pollicitationibus, annuere paulatim cęperc. Inde prorſus aſſenſi ſunt. Et ne incolę furtum poſſent deprehendere, apud quos Diui nomen in non parua erat veneratione, aperto loculo, in quo Euangeliſta iacebat, obuoluunt in illius pallio Diuę Claudię corpus. Illudque in ſportã coniectum herbis, ſuillaque carne obtegunt, á qua gens illa veteri inſtituto pertinaciſsimè abſtinet. ſportamque cũ precioſo onere confeſtim ad naues deferunt. traditurque interim tanta odoris fragrantia emanaſſe, ex ipſa Diui æde, vt factus ſit ſubito ad eam concurſus ingens populi, viſiſque ſigillis pallij intactis. res occulta permanſit. cæterum accedentes ad perſcrutandam ſportam publicanorũ, miniſtri, viderũt eam ſuilla carne opertam, vociferantes Ganzir, quod porcum ſignificat, nil vltra illi inquiſiere. Atque hoc commento eluſis Aegyptijs pretioſiſsimum furtum ad naues incolume delatum eſt: ſtatimque è ſporta ſumma veneratione Diui corpus Veneti extractum velis, antenniſque inuolutum malo ſuſpendunt, littoreque demum ſuſpecto ſoluentes, vela dant ventis, ac leni primum ſpirante aura in altum progrediuntur. Sed mox fędiſsima orta tempeſtate toto mari nauigia iactabãtur, in proximosque Strophadum ſcopulos omnino impacta perierant, ni curſu alio directo, vela nautæ ſtatim dimiſiſſent: Ferunt autem Diuum Euangeliſtam Bono Methamaucenſi manifeſtè in tanto diſcrimine apparuiſſe, monuiſſeque, vt primo quoque tempore vela deponi iuberet. quo facto naues ſeruatæ ſunt. incolumeſque Venetijs cum pretioſiſsimo furto appulſæ ingentem ciuitati lætitiam attulere. ſummaque veneratione Diui corpus à Principe, Senatu, & Clero exceptum: effuſaque obuiam totius populi multitudine. Sacello. quod tunc iuxta Ducarium fuit, certiſsimum Veneti Imperij pignus illatum eſt: quo in loco ædes poſteà excellẽtiſsimi operis. pro vt hodie viſitur, erecta honorabilẽ, perpetuamque tanto numini ſedem prębet: veriſsimũq; illud oraculum fuit, quod à maioribus acceptum omnes enarrant: diuum Marcum, quũ in humanis ageret, Aquileiam mari petentẽ ad hęc ſtagna na ui delatũ, ac ſomno preſſum, angelica voce cęlitus admonitum fore, vt quãdoque in ea terra. quã tum is omni fere humano cultu deſertam, nudãq; videret, gẽs illuſtris, Imperiumq; maximum conſtitueretur, vbi etiã poſt obitũ honorifice ipſius oſſa perpetuo conquieſcerẽt. Igitur ſub huius numinis tutella Veneta Ciuitas publicã adminiſtrationẽ auſpicatã, ſecundis ſucceſsibus florebat. Princepſque optimus dum ſedulã in moderãda Rep. pręſtat, operam, fatali neceſsitate ex humanis decedit. quum duos circiter annos Ducatum adminiſtraſſet, teſtamentoque mandauit dimiſsa magna pecuniarum quantitate, vt Amplior ædes Beato Euangeliſtæ erigeretur.

Ganzir.

Not. Oraculum.

B ij Ioannes

Ioannes Particip. D.xj.818 Ioannes frater ei ſucceſsit,qui ſtatim vt fraternam exequeretur voluntatē, Fanum Ducario propinquum auguſtiori forma ædificandum curauit. In quod rite dicatum Diui corpus ex minori Sacello,vbi iacebat, tranſlatum eſt. Atque arcula ęrea obſeratum intra columnam marmoreis lapidibus compactam reconditur. Lectique ſacerdotes, qui rem ibi diuinam, ſacraque piè agerent: cum Narentanis poſteà gente Illyrica fędus publicè eſt percuſſum.Inde haudlongo interiecto tempore Princeps optimus. Caroſsi oquodam authore viro turbulento.vi,armiſque Ducatu deiectus. in Galliam trepide transfugit.Caroſsiuſque ipſe ſe temerè intruſit in Ducatū, qui confeſtim oprimatum factione. Dignitate priuatus,exceccatuſque in exilium agitur.Adnitentibuſque Baſilio Traſimundo,Ioanne Marturio,et Dominico Ortiano viris in Reip.Primarijs.Ioannes Dux è Gallia reuocatus in priſtinam dignitatem reſtituitur.is poſteà graues ſimultates cum Maſtalitia familia exercens,quietum ciuitatis ſtatum turbauit.Demum ab hominibus aduerſæ factionis Oliuolenſi area inſidijs exceptus, vrbeque pulſus, Gradum eſt relegatus,vbi nō multo poſt.vitam cum morte commutauit.octauo Principatus ſui anno,cui Petrus Tradonicus ſurrogatus eſt. publicāque adminiſtrationem is à Diuinis orſus,Diuo Paulo Gentium doctori ædem piè condidit. In Narentanoſque Veneti nominis hoſtes acerrimos aliquot expeditiones feciſſe dicitur. Veronenſeſque aduerſus Benaci accolas auxilijs iuuit.poſteà in Michaelis Imperatoris Conſtantinopolitani gratiam ſexaginta nauigiorum claſſem inſtruxit, aduerſus Mauros,qui inferum,ſuperumque mare naualibus infeſtabāt armis.Miſſuſq; eſt Theodoſius à Michaele Imperatore è Græcia cum valida claſſe.cum quo Tradonicus Veneta arma maritima coniunxit.audentibuſque animis itum eſt in hoſtes.eos autem apud Crotonem in Tarentino ſinu inuentos Græca. Venetaque claſsis ferociter inuadit.pugnatumque eſt diu vtrinque dubio marte.Demum fuſis. fugatiſque Græcis. Qui ſub primū fere congreſſum turpiter ceſſerant,omnis Maurorum impetus conuerſus eſt in Venetos, cruentumque oritur certamen, ſed Barbari totis viribus connixi, Venetos quoque ſociorum clade conſternatos magna ſtrage fundunt, ac fugant. Depulſiſque toto mari Græcis,Venetiſque,Maurorum Dux Sabbas nomine ad Vrbem Veterem copijs in terram expoſitis, Romā quàm primū ducit.In Vaticanumque impetum faciens,celeberrimam Apoſtolorum Principi ſacram,dicatamque Baſilicam fęde diripuit. Magnificentiſsimum quoque Diui Pauli Templum, quod duobus millibus paſſuum ab vrbe diſtat, miſerabiliter violatum expoliauit. Verum audito eccleſiaſtici exercitus aduentu, quem Gregorius quartus ſummus Pontifex ſub ductu Guidonis ex Gallia Ciſalpina ad vrbis præſidium mittebat, Barbari repente omiſſo Romano agro, omnia late igni, ferroque inter Appiam,& Latinā viam depopulati in Caſsinenſem ſaltum peruenere.Germanumque oppidum

Pet. Tradonicus. Dux. xii. 836.

dum ſubita vi occupant, ac diruunt. Hinc profecti ſecundum Lyris fluuij ripam. ad mare deueniunt, opulentaque præda in naues impoſita, in Aphricam, Mauritaniamque ſpolijs Italiæ onuſti tranſmiſere. At Naretani aduerſis Venetorum rebus elati, ex Illyrico celeri curſu Caprulas vſque ad oſtium liminis Amnis prædabundi aduolant. Direptoq; oppido, non paruam Venetis littoribus intulere cladem. Per hæc quoque tempora Benedictum Pontificem Venetias ferunt acceſſiſſe. Et Lotharius Imperator veteres immunitates, ac cætera iura, vt Venetis inuiolata manerent, benignè confirmauit. Nec domi res omnino quietæ fuere, ob ciuilem diſcordiam inter nobiliſsimas familias ortam, hinc enim Iuſtiniani, Pollani, & Baſeij, inde Barbolani, Selij, & Seuolæ in aduerſum nitentes, mutuo inuicē cruore manus ſæpe inquinarunt. Et quum pene ad internicionem vtraque pars depugnaſſet. Barbolani tandem cum hominibus ſuæ factionis ciuitate eiecti ſunt. Verum non multo poſt in Ludouici Imperatoris gratiam, in vrbem compoſitis inter vtranque factionem rebus, reſtituuntur. Et hæc Petro Tradonico Principe domi, foriſque geſta, qui quum ſacrorum hora in Zachariæ ædem Ducario comitatu veniſſet, infanda coniuratione exceptus obtruncatur, nec quicquam miniſtris eum protegentibus, rexitque is triceſimo ferè anno Remp. necatumque Principem ex ea cauſa fuiſſe aiūt, quòd is in familiarum illarum diſsidio parum iuſte, ciuiliterque ſe geſiſſet. vniuerſæ tamen ciuitati eius mors permoleſta fuit. Ad vindicandumque parricidium tūc primum Triumuiri aduocatores creati, Petrus Equilanus, Ioannes Gradenſis, & Dominicus Maſſonius, qui ſacroſanctæ poteſtatis iure nefarijs parricidis merita ſupplicia irrogarunt. Et ex coniuratis vnus Vrſus Grugnarius ita dæmonibus vexatus dicitur, vt paucis horis miſerabili cruciatu perierit. Quo apparet, Tradonici cædem non hominibus ſolum, ſed ſuperis quoque diſplicuiſſe. Rep. autem Triumuirali iudicio paccata, Vrſus Participatius Ducatum accepit. Ad conſuetaq; latrocinia Mauri reuerſi, ad iniuriam vindicandam Veneta arma conciuere. Statimque triginta nauium claſſe Vrſus inſtructa in eos mouet, naualique pugna ad gradum commiſſa, hoſtem profligauit: à Ioanne autem Principis filio ſtrenuam in ea expeditione aduerſus Barbaros operam nauatam memorant. Vnde eum populus Patri in Principatu adminiſtrando collegam dedit. In Narentanos quoque à Venetis hoc tempore proſperè dimicatū. Ac Rep. tam domi, quàm foris fęliciter adminiſtrata. Vrſus à Baſilio Imperatore. Prothoſpatarius, quod nomen apud Græcos maximam continet dignitatem, eſt creatus. Sed ne animi gratitudine vinceretur. Duodecim campanas Vrſus Baſilio Byzantium dono miſit, quibus tum primum Græci vſi ſunt. Quum multis ante ſæculis ære campano caruiſſent. Anno autem initi Principatus decimo ſeptimo Vrſus moriēs. Ioannem filium ſucceſſorem reliquit. Qui ſtatim ob Badoarium fratrem à Comaclēſi Comite interfe-

Narentanorū inſultus.

Familiarum diſſidia.

Primi Triūuiri aduocat.

Vrſus Particip. D. xiii. 864.

Prothoſpatarii digni tas.

Ioannes particip. D. xiiii. 881.

ctum.

ctum.ira accenſus.valida claſſe Comaclum aggreſſus eſt.Eo autem expugnato multos in fraternæ cædis vltionem oppidanos interfecit.Et Rauennatium fines inuadens,quia & ipſi eius necis participes fuiſſent.fœda populatione vaſtauit.Petro poſteà,& Vrſo fratribus collegijs ſibi in principatu aſſumptis,aduerſa valitudine laborare cœpit. Ob idque ne Reip.deeſſet, anno ſexto ſui regiminis nondum acto,ſupremo magiſtratu vltro ſe abdicauit.eique ſtatim Petrus Candianus ſurrogatus eſt, à quo in Narentanos Veneti nominis hoſtes aliquot longæ naues miſſæ, eorum inſultus compreſſere. Nec multo poſt,cum eiſdem hoſtibus ad Miculum Dalmatiæ promontorium eſt atrociter dimicatum.primo autem cõgreſſu Duce animante,& pugnam intrepidè ciente,Res Veneta ſuperior fuit. aliquot hoſtiũ nauibus oppreſsis,& incenſis,verum medio ardore pugnæ,quum Candianus fortiter dimicans occubuiſſet. Veneta claſsis cæſo Principe. fuſa, profligataque eſt,corpuſque eius gradum deportatum honorificam ibi ſepulturam habuit.præfuitque adminiſtrationi publicę quinque menſes tantum.Hęc verò clades Venetos non parum terruiſſe dicitur,ad creandũque ſtatim Principem ciuitas conuerſa, Petrum cognomento Tribunum ad Ducariam dignitatem promouet. Ipſe verò quum Mauri, Narentani, & Hiſtri perpetui hoſtes Veneta littora prædatorijs nauibus aſsiduę infeſtarent.vt vrbem tutam à ſubitis Pyratarum incurſionibus redderet , murum ab Oliuolenſi riuulo vſque ad Iubaniacam ædem ducendum curauit, craſsiſsima ab ipſo muro cathena ad Gregorij Fanum extenſa,nocturnaſque vigilias ad præcauendos hoſtiles incurſus tota vrbe conſtituit. erantque res Venetæ in hoc ſtatu, quum alius nouus terror derepente exortus. Totam turbauit Italiam.Nam ea tempeſtate Humni,qui nũc Hungari, Scytica Gens,poſt fuſum in ipſis Italiæ faucibus. Berengarium Romanorum Imperatorem,libero campo igne,ferroque omnia deuaſtantes,in camorũ oram ſe ſe primo effuderunt:Famaque Venetarum opum, quæ tum iã ſatis amplæ,præualidęque erant,commoti ad eas inuadendas animos adiecerunt.In littoraque magno impetu deſcendentes,Heraclium, Equilium, Ieſulumque expugnãt,& diripiunt.Inde Caput agere, & Clodiã pari clade afficiunt:demum tota vi belli in Venetæ vrbis oppugnationem conuerſa. lembis,nauigijſque omnis generis in traijciendis copijs ſubito paratis Barbara feritate in Riualtum minitantia agmina,ſignáque cõuertunt. At Veneti ad propulſandos immaniſsimos hoſtes erecti.cum quibus non ſolum de libertate,ſed de vita etiã dimicatio futura erat,arma capiunt, in eoſque cum expeditiſsimis nauibus ferociter inuehuntur. Verum priuſquam prœlium committeretur,Tribunum Principem tumultuaria concione naualẽ turmam adhortandi cauſa ita allocutum fuiſſe ferunt:Video equidem viri fortiſsimi veniſſe tempus,quo vere oportet,virtutem(ſi qua vnquam fuit) in armis veſtram oſtendere,quum maximum immineat periculum à tam crudeli

Pet. Candianus D. xv. 867.

Ducis cędes.

Pet. Tribunus Dux. xvi. 888.

Humni.

Ducis oratio.

ROMA

crudeli hoſte,cuius inhumanam feritatem Pannonia,Myſsia, Gallia, Germania,& Italicæ nouiſsimè ſenſere gentes:nam quid inmanius. quid abhominabilius his? Qui Schyticis imbuti moribus,vnde trahunt originem, humanis carnibus veſcuntur. Et in ſacrificijs homines victimarum loco mactatos immolant.Neque ij tamen ſua tanta feritate adeò timendi ſunt, vt domari,debellariq́ue interdum nequeant,præſertim maritimis in congreſsibus,quorum ignari,inexperteſq́ue prorſus habētur.Vos vero à teneris annis naualibus rebus innutriti,Hunnum hunc maritima pugna minime timere debetis,ſicut & maiores noſtri eodem certaminis genere ſuperioribus annis Pipinum Galliæ regem ſuis,paterniſq́ue opibus ſuperbientem haud procul his ſtagnis magna clade deuicere: eademq́; Fortuna hodierna die.Et nos pugnabimus,obcæccati enim prædæ cupidine.aberranteſq́ue in ignotis aquarum fluxibus, ac refluxibus, memorabili. Fortitudinis Venetæ exemplo hoſtes deleti erunt.Ipſe autem vobiſcum viri egregij omne ſubibo vitæ diſcrimen,promptiſsimamq́ue in pugna præſtabo operam,vt deuictis immaniſsimis, ac truculentiſsimis Barbaris. Patriam,coniuges,parentes, liberoſq́; noſtros ab eorum faucibus eripiamus:vos quoq́; per Deum immortalem enitimini, vt pulſus, profligatuſq́ue Hunnus armis veſtris cadat.Barbariemq́ue iſtam in perpetuum delete,ac iniurias vlciſcimini,quibus in demoliendis tot oppidis tractu illo littorali Venetum nomen crudeliſsime affecit:pręſto eſt enim acerba memoria, nec ſine lachrymis referre poſſum, quonam modo ſæuiſsimus hoſtis in Italiam ab extremis oris irrumpens,ferro,igneq́ue omnia deuaſtauit. Armiſq́ue in fines noſtros cōuerſis.Littoralia illa oppida à dextra,leuaq́ue demolitus ſit, ac demum infreni, hoſtiliq́ue animo in Riualtum tranſcendere lintribus,lembiſq́ue audet.Noſq́ue patrijs ſedibus tentat depellere, libertatēq́ue, & animam ſimul eripere.itaq́ue expergeſcimini commilitones fortiſsimi, meq́ue Ducem ſequuti,vicinum iam hoſtem intrepidè inuadite. veſtriſq́; hodie proponite animis(quod & ipſe ſtatui) vel vincere,vel mori:His Principis adhortationibus Veneti accenſi.directis repente circa Albiolā in hoſtes proris,pugnam ferociter incunt. pariq́ue audacia Hunnus occurrens, prælium capeſsit miſsilibuſq́ue primum res geri cępta, tela autem ab hoſte emiſſa haud nimis nocebant.Quum ex lintrium commotione incerti, inualidiq́ue ictus redderentur.Contra Veneti notitia locorum periti, ac naualibus bellis aſſueti, veluti ſtataria pugna Barbarum eminus repetitis vulneribus affligebant.ac à fronte,& à latere incurſantes cum expeditiſsimis cymbis propius hoſtem collato pede inuadunt,virtuteq́ue,& peritia naualis diſciplinæ Venetus ſuperior. Hunnum multitudine,ac feritate diu impigre reſiſtentem.tandem aquis, ferroq́ue oppreſſum profligauit. Inclytaq́ue Veneti victoria ſunt potiti,ſub Tribuni fortiſsimi Principis auſpicijs,qui tertio,& viceſimo regiminis ſui anno.cum maxima nominis glo-

Pugna cū Hunno.

ria

Vr. Badoarius. Dux. xvii. 909.

ria tanto patriæ triumpho parto vita deceſsit. In eius autem locum Vrſus Baduarius ſuffectus eſt. Venetaque res eius principatu, qui annum vnde viceſimum habuit, longa pace floruit. miſitq́ue Petrum filium ad Græciæ Imperatorem Byzantium, à quo Prothoſpatarius factus, dignitatem, muneraq́ue accepit. Iuuenem poſteà in patriam redeuntem in Illyrico à quodam Regulo interceptum fuiſſe aiunt, vnde is clam fuga elapſus Venetias incolumis poſtmodum redijt, Pater autem mira pietate, & innocẽtia Princeps ſponte ſe magiſtratu abdicauit, monaſticamq́ue ſecutus vitam, in Diui Fęlicis cęnobio apud Amianum ſenio confectus diem ſuum obijt. Poſt

Pet. Candianus ſecundus D. xviii. 920

Vrſum Petrus Candianus ad Ducatum euehitur, Hiſtriq́ue audax facinus aggreſsi, inſtructis nauibus tacitè vrbem ea parte (qua Caſtellum dicitur) ingreſsi, ex æde Diui Petri aliquot virgines, quarum ſponſalia de more tum ibi celebrabantur, cum dotali, nuptialiq́ue apparatu vi, & armis repente om

Virginũ Raptus.

nia miſcentes abduxere: quo caſu conſternata ciuitate, Candianus Princeps tumultuaria manu celerrime contracta, continuò ad demendum publicum ciuitatis dedecus in eos mouit, inuentoſq́ue in Caprulanis paludibus impetu repente facto ad vnum trucidat, cadaueraq́ue in medios fluctus ad explendam iram proiecta ſunt, Venetiaſq́ue eodem temporis momento Candianus reuerſus cum recepta præda ingentem attulit ciuitati lætitiam: atque vt huius victoriæ memoria perpetua temporum ſucceſ-

Ludi mariarum.

ſione extaret. Annui ludi inſtituti, qui Mariarum ſunt nuncupati, duodecim enim virgines Auro, & Gemmis, ac miro ornatu exultæ. Quot annis ſtatis diebus ſolenni pompa tota vrbe frequentiſsimo cymbarum apparatu circumuehebantur, ſalutatoq́ue Principe, priuatas deinde affinium domos inuiſebant, maximo omnium concurſu, qui ad ſpectandam pompam paſsim confluebant, reuerſæq́ue poſteà ad hoſpitium (vbi lautiſſimum conuiuium paratum erat,) ſimul omnes diſcumbentes ſumma feſtiuitate epulabãtur, diuq́ue hæc cõſuetudo, ludorumq́ue celebratio apud noſtros permanſit, quæ poſteà Lyguſtico bello ciuitate maioribus curis in recipienda Clodia occupata, prorſus euanuit. Per hæc quoque tempora in Comaclenſes arma ſumpta ob direpta Venetorum Ciuium bona. & quum repetitæ res minimè redderentur, Comaclum Venetus adortus expugnauit, rebuſq́ue receptis, oppidani imperata facere coacti ſunt. Iuſtinopolis pariter bello petita, tributumq́ue Reipub. pendere venia impetrata non recuſauit. Septennioq́ue Candianus in Reip. adminiſtratio-

Pe. Baduarius Dux. xix. 939.

ne vixit, decedenſq́ue magnum deſiderium ſui reliquit: ei Petrus Baduarius ſucceſſor datus, fuit hic Vrſi filius, duoſq́ue tantum annos Principatum tenuit, nihilq́ue ob temporis breuitatem ab eo dignum

Cãdianus Dux. xx. 941.

memoria geſtum reperio. Candianus poſt hunc Princeps declaratur, cuius ob vitam iuuenili ætate probro inquinatam infame nomen in ciuitate prius erat. Sed mutata poſteà annorum acceſsionę natu-

ra. quum

rà. quum antiquos exuiſſet mores, magno populi fauore Ducalem dignitatem adipiſcitur: Infeſtabant interim Narentani Adriaticum dextra. Leuaque mare latrocinijs, ita ſanè, vt nauigatio nulli hominum tuta vſquàm eſſet. aſsiduumque impendebat omnibus mare ingredientibus non fortunarum ſolum ſuarum, ſed vitæ etiam diſcrimen, tum pudor, iraque omnium animos ad vindictam in ſæuiſsimos predones ſtimulare, indignitatem tantam omnes execrari, quòd paucisſimi latrunculi maria proxima obſiderent. In gentis Venetæ contumeliam, quæ tot clariſsimas victorias ad eam diem maritimis prælijs eſſet aſſecuta, Quid iam expectari? niſi vt hi facto ex alto impetu in Venetum portum, mediamque vrbem irrumpant? paſsimque miſerorum ciuium cędem, direptionemque impune agant? Iis querellis accenſis omnium animis confeſtim claſsis triginta triũ longarum nauium inſtruitur, quibus Vrſus Baduarius, & Petrus Roſolus cum Imperio præficiuntur. Ad famam autem Narentani huius nouæ claſſis territi non ſolùm incurſionibus maria infeſtare amplius ſunt auſi. Sed per Legatos etiam pacem ſuppliciter petiere. Quam Venetus his cõditionibus dedit, vt tributi nomine ingentem pecuniarum ſummam per aliquot annos (quos Authores non ponunt) Reip. penderent. Sunt etiam qui dicãt. claſſem infecta re ex Illirico Venetias reductam. Hoſtemque illæſum dimiſſum. Princeps Candianus interim ex tribus filijs Petrum nomine ſibi collegam in adminiſtranda Rep. cooptauit. Is autem non multò poſt ſumma inſolentia Patris viri optimi conſilia aſpernatus, res nouas moliri cępit parumque abfuit, quin eius cauſa media vrbe ſit inter ciues dimicatum: ac ferox iuuenis in armis nocte. dieque furens nefarias ad perturbandum Reipub. ſtatum ſeditiones alebat. Quare commota ciuitas abrogata ſtatim dignitate perpetuo cum exilio damnauit. Sunt, qui tradant illum vltimi ſupplicij reum à populo factum, ſed patre deprecante. capitis damnationem in exilij pennam commutatam. Exulque ipſe ſtatim ad Guidonem Berengarij Imperatoris filium Rauennam ſe contulit, indignatusque, quòd in dicta cauſa, à patria fuiſſet eiectus, in eam hoſtiliter arma conuertit, Venetoque nomini infenſus cum ſex nauibus ad bellum inſtructis. patriæ fines inuadere auſus eſt, multaque circa Rauennæ. ac Clodiæ littora ferox iuuenis Venetis damna intulit: Qua filij immanitate ita pater affectus fuiſſe dicitur, vt prę nimio mœrore intra paucos dies expirauerit. Quum annos vndecim Reip. præfuiſſet. Sed ciuitas, quem meritò odiſſe debuerat. ob intentata in patriam maleficia. eum ſubito mutata voluntate ad ſupremæ dignitatis faſtigium euexit. Nam confeſtim (vt ſunt leuia ſemper vulgi ſtudia) Petrus Candianus, qui paulò anteà patriæ hoſtis fuit acerrimus, publico decreto ab exilio reuocatus, Princeps ſummo omnium fauore in demortui patris locum ſufficitur: ſed & ſuæ inſtabilitatis ciuitas, & tyrannicæ adminiſtrationis Candianus meritas pennas luerunt. Feruntque officij gratia

Vrs. Badoa. Pet. Roſolus.

Pet. Candianus D. xxi. 952.

Rauennam vſque paulominus. quàm trecentas cymbas obuiam progreſſas illum eccepiſſe. Qui initio, Rem Venetam prudenter, iuſteq́ue adminiſtrauit. poſteà in omnem nequitiam prolapſus, pro libidine animi cuncta agebat. primumq́ue cum Ioanna coniuge matrona optima diuortium fecit. ex qua Vitalem filium ſuſceperat. Ea autem domo eiecta, & in Zachariæ Monaſterium ablegata, Vualdertam Berengarij Imperatoris Neptem ex Guidone filio duxit vxorem. à qua prædia, Mancipia, & quædam etiam oppida dotis nomine accepit. ijs autem fortunis, Regiaq́ue affinitate elatus, manifeſtam tyrannidem cępit in libera ciuitate exercere. Superba Allo quia, Moroſæ Aures, Difficiles Aditus erant. parato preterea ingenti ille exercitu. inconſulto Senatu: in Opiterginos mouit. à quibus prædia non pauca ad vxoris dotem ſpectantia. armis repetebat. Ferrarienſium quoque fines eodem nomine vexati ab eo traduntur. cum magna rerum perturbatione, & Veneti nominis indignitate. poſtremo Venetias reuerſus Ducarium valido firmat preſidio. nam ſcelerum ſuorum conſcius. populum vindicem reformidabat. Qui tandem libertatis ſuæ memor. arreptis repente armis, in eum velut impium tyrannum impetum fecit. et quum diu necquiquàm ob firmum præſidium tentato aditu in Ducarium irrumpere non potuiſſet. Secundo ventorum flatu furibunda plæbs in propinquas palatio ædes faces iniecit: Quibus conflagrantibus, non ſolum Ducarium, ſed etiã Diui Marci templum impellente vento incendium paruo temporis momento contraxit. Candianus autem quum vndique, & Ferro, & flammis ſe cinctum videret, nullaq́ue effugij ſpes ſibi reliqua eſſet, tum in preces verſus orare cępit, ne in ſe Ducem ſuum crudeles manus inijcerent, nollentq́ue in dicta cauſa inſontem opprimere. complexumq́ue paruum filium populo oſtentans, vt ei ſaltem ignoſceret, qui nihil per ætatem mali fecerat, populum orabat. At irritæ fuerunt preces in tanto flammarum, armorumq́ue

Diues ęq́ue dem. ſtrepitu. Factoq́ue repente impetu pater, & filiolus à furenti multitudine ſtatim iugulati ſunt, et ad macellum amborũ corpora proiecta, ea poſtmodum è publico ſublata in Diui Hilarij æde tumulo conduntur. Trecentęq́;, & amplius ædes præter Ducarium, & Templum eo incendio conflagrarũt. Poſt Candiani Principis cædem ad nouum Ducem creandum ciuitas erecta, incredibili omnium conſenſu Petrum Vrſeolum virum pietate, & innocentia clarum in Oliuolenſi æde Principem creauit, iſq́ue in priuata do-

Petr. Vrſeolus D. xxiii. 977. mo Ducalem ſedem tantiſper tenuit, Quoad Ducarium, quod incendio collapſum erat, inſtauraretur, ab Pio itaque opere publicam adminiſtrationem auſpicatus, & ædem, & palatium magnificentiſsimo apparatu proprijs ſumptibus reparauit, Tabulam ad hæc ex gemmis, auroq́ue Byzantij mira arte conflatam, ſolenni ad Aram maximam dedicatione ſtatuit: Sarraceniq́ue hoc tempore Italiam terra, mariq́ue ingreſsi, Capuam, Bariumq́ue in Appulia obſedere, inopiaq́ue rei frumentariæ vtramq́ue ciuitatem in vltimum

mum diſcrimen adductas occupaſſent, niſi Vrſeoli Principis ductu Veneta claſsis opportune commeatu inuiſſet, poſtmodum Barbaros maritimo prælio Vrſeolus aggreſſus, fuſos, fugatoſq; deuicit. partaque domi, foriſq; ingenti gloria Remp. ſingulari Sapiētia regebat, quum Princeps optimus omnia ad communem vtilitatem, ciuiumque commoda referret. Interim vnico ex Fęlicia coniuge filio ſuſcepto, Vterque deinceps perpetuam Deo vouit caſtitatem, omnemque ad hæc curam adhibuit Princeps optimus, vt in meliorem Reipu. ſtatum Candiani cæde turbatam redigeret. Nec defuere illi aſsiduæ ſeditioſorum ciuium moleſtiæ, importunique conatus, quos mira tamē patientia Princeps optimus ſuſtinuit. Ab humanis poſtea, & terrenis rebus ad cęleſtia piè oculis conuerſis, dignitatis faſtigia, fortunæque fucata blandimenta deſpicere cœpit: piaque amplexus opera, pauperum inopiā incredibili charitatis ſtudio ſubleuabat, clerum, religioneq; omni fauore, & cultu proſequi, viduarū, pupillorum, ægrotantium curam habere, nec quicquam omittere, quod ad pietatis, charitatiſque munus ſpectare poſſet. Condidit ad hæc è regione fori (quod hodie quoq; extat) piū diuerſorium ad egeſtate depreſſos alendos, conſtituto his perpetuo ad victum cenſu: demum Guerrini cuiuſdam optimi, ac religioſi viri ſuaſu, quē peregrè profectum, Venetijſque appulſum Vrſeolus hoſpicio ſuſceperat, Principatum deponere, rerumque humanarum curā abijcere inductus eſt, noctuque ignoto habitu poſitis ſummi magiſtratus inſignibus cum eo in Aquitaniam abijt, vbi procedente tempore ita diuinarum rerū ſtudio profecit, ita religioſè, pièque vixit, vt poſt obitum multis claruiſſe miraculis dicatur. Secundo itaque ab eius creationis anno, ſummo, ac optimo Principe ciuitas priuata, non vulgari mærore affecta eſt. Verum ad alterum Ducem creandum ſtatim populus recurrens, Vitalem Candianum in deſiderati Principis locum magno conſenſu ſubſtituit: miſsique ſunt in Germaniā ad Othonem Imperatorem legati, qui Candiani cædem iniquiſsimè tulerat. Placatoque Othonis animo, fœdus cum eo publico nomine renouarunt. Interim menſibus circiter ſexdecim eius Ducatus exactis, quum in grauem morbū Vitalis incidiſſet, magiſtratu ſe abdicauit. In monaſticāq; è Principatu vitam delapſus apud Diui Hilarij Cœnobium reliquum ętatis ſuæ peregit, ibique tandem ex humanis decedens honorificè ſepultus eſt: Huic Tribunus Memmus Dux à populo ſurrogatur. Factioneſque inter patritios eo tempore grauiſsimæ ortæ, quietum ciuitatis ſtatum non mediocriter turbauere. Nam Mauroceni, Caloprinique familiæ nobiliſsimæ inimico, prauoque inter ſe animo furentes ad arma proruperant. Sæpe numeroque media vrbe cædes commiſſæ. At Caloprini aduerſarios potentes nacti. ad Othonem Romanorum Imperatorem. qui tum Veronæ erat, transfugiunt. Quo defuncto. Adlethæ Imperatricis, aliorumque Principum fauore Caloprini in patriam reſtituuntur. Verum non multo

Principis Sanctimonia.

Vit. Candianus D. xxiiii.978

Trib Mēmus D.xxiiii.979.

poſt quattuor ex Maurocena familia viri in vltionem cædis aliàs In gentilem ſuum perpatratæ tris Caloprinos fratres ex Ducario ſe domum parua Cymba recipientes adorti interficiunt, iterumq́ue ſeditionis fomes, qui ſopitus eſſe videbatur, noua cęde ſuſcitatus exarſit, Reſq́ue ad arma ſpectabat. Sed Principis, primorumq́ue authoritate accenſi vtriuſq́ue factionis animi placati ſunt. Sub id etiam tempus Diui Georgij ædes è regione fori ſub Benedicti dogmate inſtituta erigitur, Quæ hodie cum ampliſſimo Cænobio inter reliqua vrbis ædificia excellenti operis ſtructura ſummum locum obtinet, Mauritiuſq́ue Principis filius ad Baſilium Gręcię Imperatorem in Thraciam miſſus eximijs honorum inſignibus ab eo in patris gratiam ornatus eſt, quattuordecim poſteà annorum curſu expleto in ſummæ dignitatis faſtigio in grauem morbum incidit, Ciuiliuḿq; diſcordiarum curis anxius, & iam quietioris vitæ cupidus Principatu ſe abdicauit, Monaſticoq́ue ſumpto habitu intra paucos dies vita functus

Pet. Vrſeolus. II. D. XXV. 991.

eſt. Suffecitq́ue illi Senatus, populuſq́ue vnanimi conſenſu Petrũ Vrſeolum huius nominis ſecundum, Feruntq́ue Principatum diuino quodam numinis afflatu à Patre viro ſanctiſſimo illi longe prius vaticinatum, Proſperaq́ue eundem Reip. fęlici augurio prædixiſſe. Quod ita ſanè euenit: nam huius adminiſtratione res Veneta domi, foriſq́ue mirum in modum aucta eſt. Primum omnium Baſilius, & Alexius, qui per id tẽpus vna in Græcia Imperabant, publico edicto ſtatuere, vt toto eorũ Imperio Venetis negociari liceret. Præterea ad Aegypti, Syrięq́ue reges legati miſsi cum muneribus adiungendam cum eis ſocietatem: Italiæ quoque Principes fęderibus in Venetam amicitiam ſunt allecti. poſtremò Narentanis terra, mariq́ue Illyricum, Dalmatiam, Hiſtriamq́ue armis infeſtantibus, cuncti fere prouinciarum illarum populi, ne à præpotenti hoſte domiti eius Imperio ſubijcerentur, ad Venetorum opes confugere, miſsiſq́ue legatis deditionem fecerunt, ſe, ſuaq́ue omnia liberè tradentes. Quibus pollicitis ciuitas in ſpem maximam propagandi Imperij erecta, continuo validiſsimam claſſem decernit, vt Narentanorum armis repulſis Dalmatas,

Dalmatię & Hiſtrię deſcriptio.

Hiſtroſq́ue in fidem reciperet. Sed antequam ad rem geſtam veniamus, pauca de ipſarum prouinciarum ſitu ſunt à nobis explicanda. Eſt Dalmatia, quæ & Illyricum nunc appellatur, omnis illa littoralis ora, quæ à lęua ad mare Adriaticum ſpectat, eiuſq́ue longitudo à Pola Hiſtrię ciuitatę per quadringenta paſſuum millia vſq́ue ad Catarum vrbem Epyrho cõfinem pertingit, infraq́ue anguſtos pelagi meatus plures inſulæ paſsim ad Illyrici, Lyburnięq́ue fines ſpectantes, haud ignobiles extant. Montana vero Dalmatię hæc ætas Croatiam appellat, cui contermini ſunt & Sclaui, & Boſsinenſes, qui olim Illyrij, Tauriſci, & Tryballi vocabantur, gens ferox, & bellicoſa. poſt eos vero a Drynone fluuio vſque Epidamnium, Quod eſt Dyrrachium, Epyrhotæ, hodie Albani, ſed Dalmatiæ incolæ Dardani, &

Taulantij

Taulantij olim fuere. Nam Dalmatia habet ab Oriente Macedoniam, ab Aquilone Dardaniam, à Septentrione Myſsiam, ab occaſu Hiſtriam, & Adriaticum ſinum à Meridie, ad ſuperum vero mare Veneta in ora poſita eſt Hiſtria, extrema Italiæ regio, ac in peninſulæ formam excurrit. Ab Iſtroque amne effluente è Danubio in Adriaticum mare quidam Hiſtriã cognominatam tradidere. Latitudoque, & circuitus eius incerto, varioque paſſuum numero deſcribitur. Quibuſdam ad fanaticum vſque fines eius extendentibus per centum, et viginti paſſuum millia, nõnullis per centum. quinquaginta vſque in Lyburniam, Arſiaque, & Formio fluuii labuntur. at inter Venetiam, & Hiſtriam interiecta eſt Iapygia, quæ regio nunc vbi ſit ex vetuſtate temporis, rerum, locorum, nominum, mutatione facta obſcura, incertaque habetur. licet Iapygiam quidam partem Appuliæ appellant. parata igitur claſſe, terreſtribuſque copijs in naues impoſitis, quum Vrſeolus in Oliuolenſi fano ſacris peractis publica ſigna Antiſtitis manu ſolenniter accepiſſet in prouinciam mouit, proſpereque emenſo pelagi ſpacio, quod ad Hiſtriæ littora protenditur, primo gradum applicuit. Atque hic vitalis oppidi Antiſtes cum toto Clero, & magna populi multitudine officij gratia obuiam progreſſus, aduentum eius gratulatus eſt, Conuerſuſque ad Principem, quod fęlix, fauſtumque ſit tibi inquit Vrſeole, Venetoque nomini accipe Diui Hermacoræ, fortunatique fęlici omine vexillum: hoc inter reliqua patriæ ſigna fac tui milites ſequantur, ſub horum Diuum tutella acriter dimicent, intrepidèque hoſtem feriant. Spero fore, vt in hac nauali militia tutellares in huiuſmodi vexillo Deos nõ minus. quàm tuę claſſis apparatus ad victoriam conſequendam profuturos ſenties, Deo enim auſpice, magis quàm virtute omnia proſperè fiũt. Accipio tuum iſtud Vrſeolus facie hilari ait optime Antiſtes omeu, Tuque nobis (vt facis) quæſo proſperam nauigationem, ſecundoſque ſucceſſus piè precare, vt nauali hoc Imperio fęliciter adminiſtrato, voti compotes reddamur: cumque his digreſſus in proximam prouinciam primum tranſmiſit, ad Parẽtiumque cũ claſſe itum, vbi confeſtim ciuitatis antiſtite obuiam facto, bellique iniuriã deprecante, poſitis armis oppidani in Venetorum fidem conceſſere, Impoſitoque præſidio claſsis ex Parentio deducta, ad Polam propinquo acceſſu admota eſt. Sub ipſum autem ferè appulſum ciuitas deditionẽ fecit, Princepſque militibus ſeptus vrbem ingreditur, Bercaldumque Antiſtitem comiter appellatum, qui vrbis dedendæ author fuit, magnis muneribus donauit. Eſt autem Pola nobiliſsimum totius Hiſtriæ oppidum, vetuſtateque inſigne, quippe quod à colchis conditum fuiſſe tradũt, Amphytheatrũque extra męnia antiquo ſtructura opere ſpecioſum, ſuperbumque viſitur: Polenſem deditionem ſecuta cuncta hæc Hiſtriæ oppida Venetis ſponte ſubijciuntur Tergeſtum, Iuſtinopolis, Pyranum, Iſola, Mugla, Emonia, Rubignum, Humagum, & in Mediterraneis Pinguentum, Montona, Raſpũ, Buleſ,

Iapygia.

Pola.

Att. vrbes partas.

BIBLIOTECA NA. ROMA VITTORIO EMAN.

Buleæ,portulæ, Griſignana,dignanum,Mochó,vallis,Albona, Flannona, Sanlaurentius, ex quibus locis legati Polam ad Vrſeolum accedentes imperata facere polliciti ſunt. atque hic per aliquot dies Princeps in audiendis populorum legationibus moram traxit.poſteà conſcriptis è tota prouincia militibus,ſupplementoque remigum in naues accepto, in Dalmatiam cum tota claſſe curſum direxit:Iaderamque prima veleficatione itū, Metropolim, & Emporium totius prouinciæ, quæ cum Veneto Senatu iampridem veteri ſocietate iuncta, facile ad Imperium retracta eſt.totuſque populus ingenti plauſu,& lætitia obuiam effuſus,venientem venetum excepit.Dominum, liberatoremque ſuum Principem ſalutat. & Iadrenſium deditione per vniuerſam oram vulgata, Salonenſes, Siccenſes, Spalatrenſes, Tragurini, Enonenſes, Belgradenſes, Almiſſani, Raguſini, & cum his Inſulani omnes Corrictani, Arbenſes, Pagenſes, Oſſerenſes, Cherſani, Lyſenſes, Bracenſes, populique alij per legatos pacem orantes Venetis ſubduntur, præter Curzulanos, & Leſinenſes, qui Imperium recuſantes, armis rem gerere auſi ſunt: Sed Veneti vtrumque oppidum ſubita oppugnatione terra,marique inuadunt,Curzulaque facile expugnata capitur. Leſina autem(quæ & Pharus dicitur)pertinaciter defenſa Veneta arma diu ſuſtinuit: vrbs enim natura,& opere munitiſsima haud tam cito capi potuit; primum autem tentati ſunt oppidanorum animi,vt aliorum deditionem ſequuti, in Venetam & ipſi fidem vltro concederent, nec vim experiri vellent,quum irritatis ſemel animis nullus poſteà à Veneto foret impetrandæ veniæ locus.Sed Leſinenſes munitione confiſi,& ſuapte natura feroces,ad tuendum oppidum communes vires intendunt. Quod Veneti conſpicati, claſſe ſtatim admota, mercenarioque milite in terram expoſito oppidū circundant,datoque pugnæ ſigno prælium ingenti animo capeſſunt.Leſinenſes contra ferociter ſe ſe ex ſuperiori loco miſſilibus,omnique telorum genere tuentur. in arcendoque à mœnibus hoſte. Sedula nauata opera fortiter repugnant. verum ea telorum vis à Venetis terra, marique in propugnatores emiſſa eſt, vt ceu denſiſsima miſsilium nube operti præſidio, qui intus erant, decedere coacti ſint. Tum nudatos muros Socij nauales,& ſelecta militum cohors. adhortante Principe ferociter aggrediuntur, ſcaliſque pluribus locis admotis per aliquot horas pugnari impigre vtrinque ceptum, tandem feſsi oppidani arce, turribus,mœnibuſque relictis,Veneto irrumpendi in vrbem liberū aditū prębuere,ſuppliceſque abiectis armis veniam implorant, quā facilè à mitiſsimo Principe impetrarunt, paucis in prima irruptione obtruncatis, ita Læſina capta dicitur. Mox Veneti Narentanorum fines ingreſsi omnia igne, ferroque deuaſtant.Eorūque captis arcibus,& caſtellis,poſt cētū,& ſeptuaginta circiter annos,quibus Veneti,Narētaniq́; de maris poſſeſsione vario euentu,cruentoque ſæpe inter ſe marte concertauerant. Venetis tandem perpetui,

Dalmatię populi in fidem recepti.

Leſina expugnatur.

perpetui, infenſiſſimique hoſtes edomiti ceſſere, victrixque claſsis in patriam reducta clariſsimum intulit triumphum, exceptuſque eſt Vrſeolus à gratulabunda ciuitate maximis honoribus, quum is Veneti Imperij fines primus propagarit. omni Maritima Hiſtriæ, Lyburniæ, Dalmatiæque ora cum adiacentibus Inſulis in Venetorum ditionem redacta, frenoque infenſiſsimo hoſti Narentano iniecto. Vnde quod bonum fęlixque ei, ac Veneto nomini eſſet, decretum eſt, vt non Venetiarum modo in publicis litteris, & Tabellis, ſed & Dalmatię Dux ipſe, ac deinceps reliqui Principes in poſterum inſcriberentur. miſsique ſunt ſtatim à Senatu in ſingulas nouę prouinciæ vrbes annui magiſtratus, feruntque Iaderę Mapheum Iuſtinianum Præſorem datum, Raguſio Othonem Vrſum, Spalatro Othonis filium, Tragurio Dominicum Pollanum, Sibinico Ioannem Cornelium, Belgrado Vitalem Michaelem, alijſque oppidis alios præfuiſſe, quorum nomina vetuſtas, tempuſque aboleuit: poſt hæc quum Vrſeolus Princeps ob res bello præclare geſtas apud Italos, exteroſque Principes in ſumma nominis eſſet celebritate, Otho Imperator filium eius adhuc teneræ ætatis ad ſe Veronam per literas accerſiuit: cupiebat enim aliquo amicitiæ, Charitatiſque vinculo Vrſeolum ſibi beneuolè adiungere, miſſuſque ſtatim puer honeſto comitatu Veronam, Chriſmatis Sacro fonti ab Othone Imperatore in patris Gratiam admotus eſt. Atque Otho Cæſaris nomine appellatus, quũ prius Petrus vocaretur, multaque inſuper priuilegia, amplaſque immunitates, ac Mercati, Nundinarumque celebrandarum iura Imperator Venetis conceſsit: de finibus quoque Heraclianis ad Plauim vſque fluuium olim promotis à Ioanne Diacono Principis oratore cum eo actum, facileque impetratum, confirmatũque, vt ex Antiqui fęderis formula immoti fines Veneto nomini perpetuo manerent: Imperator autẽ Otho poſteà Romam ſoluendi voti gratia profectus, Vrſeolum per literas admonuit, nõ multo poſt ſe Venetias acceſſurum, aduenienſque mox ipſe ad vrbem ignoto habitu in remotum Diui Seruuli Monaſterium parato hoſpicio ſe contulit: Ibique cum Vrſeolo Duce Cæſar familiariter cõgreſſus eſt, mutuaque gratulatione ambo vſi, dextras, complexuſque inuicem iunxere, votiſque poſteà Otho ritè ſolutis in Germaniam abijt: mox publico decreto ſancitum, vt Vrſeolus Ioannem filium ſibi in Rep. adminiſtranda collegam cooptaret. Sed quia res humanæ variæ, inſtabileſque ſunt, infinitiſque ſubiectæ caſibus, ita ſanè accidit, vt antequàm Princeps alioqui fęliciſsimus è vita decederet, præter famem, & peſtilẽtiam, duo extrema mala, quibus ciuitas conflictata eſt, filij quoque, & Nurus cõtinuata propè funera vidit. & quum annos duo de viginti in Ducatu vixiſſet, ſuumque propè Inſtare extremum vitæ diem præſago quodã animo cerneret, teſtamentum condidit, in quo bona ſua trifariam partitus eſt. Partem vnam liberis diſtribuit, alteram in pauperũ alimoniam, diuinarũque

rerum

Narentanorũ ſubactio.

Prætores delecti.

Otho Imperator.

rerum cultum impendit, tertiam in ſpectaculis edendis, publicoque cõgiario impartiendo, dum adhuc in humanis eſſet, elargitus eſt, interiectiſque poſteà paucis diebus Princeps optimus moritur. habuitque ſucceſſorem magno populi fauore ad Ducalem dignitatem loco ſuo elatum Othonẽ filium, qui alta indole iuuenis Auo, patreque principibus optimis dignus verè fuit. ac Remp. ſingulari virtute, quemadmodum de eo totius ciuitatis erat expectatio, adminiſtrare cœpit: eius autem fama impulſus Geria Pannoniæ Rex filiam illi matrimonio locandam curauit, Regiaque affinitate Otho conſpectior factus, Veneti Principatus dignitatem auguſtiorem reddidit, in Adrienſemque populum fines Venetos infeſtantem primum arma ſunt mota, quem circa Lauretũ inter Atheſis, & Padi Oſtia magno prælio Princeps deuicit, impoſitiſque legibus pax petenti data eſt: ac per id tempus Murcymirus Croatię regulus, quem Hereſimum alij appellant, Iadrenſium fines crebris excurſionibus infeſtabat, aliæ quoque Dalmatiæ vrbes Croatianis armis vexabantur, Otho autem ad vlciſcendam ſuorum iniuriam excitus in Barbarum mouit, quem acie congredi auſum, prima ſtatim impreſſione Venetus fudit, ab hac proſpera pugna quum hoſtis in intima croatiæ loca profligatus ſe recepiſſet, Otho è paccata prouincia Venetias rediturus omnem maritimam Dalmatiæ, Lyburniæ, & Hiſtriæ orã, Quæ patris ductu in Venetorum fidem conceſſerat, ad confirmandos populorum animos inuiſere ſtatuit. Claſſe igitur circũuectus ſingulas ciuitates, & cõuentus adijt, omneiſque comiter appellatos ad fidem, obſequiũq; Venetis inuiolabiliter præſtandum cohortatus eſt: mox vero optimum Principem ex Illyrico reuerſum nefaria coniuratio Dominico Flabannico authore indigniſsimè oppreſſit, in Greciamque anno quinto ex quo Remp. fortiſsimus Princeps adminiſtrarat, relegatur, Othoneque in exilium iniuſte acto, Petrus Centranicus ſummæ dignitati præficitur, ſtatimque in initio principatus enixè ſtuduit, ciuitatem atroci coniuratione, exilioque optimi Ducis conſternatam ad priſtinum Concordiæ ſtatum reuocare: ſed ob implacabiles factioſorum ciuium iras nil actum eſt: interim Pepo Aquileinſis Antiſtes ad gradum occupandum animum adiecit, improuiſoque oppidum aggreſſus, in ſuam redegit poteſtatem: Sed nõ diu ea victoria Pepo lætatus eſt, nam Venetis Armis intra paucos dies oppido eijcitur, Vrſuſque præſes in Gradenſem reſtituitur eccleſiam, quam Pontifex anteà frequentiſsimo conuentu Romæ habito totius Venetiæ Metropolim eſſe adiudicarat: illud vero conſtat, Corradum Romanorũ Imperatorem Veneto nomini per id tempus Peponis cauſa vehementer iratum fuiſſe, ad inferendaque Venetis arma interdum cogitaſſe: ſed maioribus Cæſaris curis bellum intermiſſum, hic erat tunc Reip. Status, quum cẽtranicus, à quo iam quartum annum res Veneta prudenter adminiſtrata fuerat, Vrſi Patriarchæ Gradenſis (vt fertur) opera à ſeditioſo, tumultuanteque

Otho vrſeolus D. xxvi. M. ix.

Pet. Centranicus. D. xxvii. M. xiiii.

tuanteque populo captus, atque abraſa prius in contumeliam barba, monaſticoque inſuper indumeuto addito, in exilium actus eſt: quo eiecto populi iuſſu. Remp. Vrſus capeſſere cogitur, ac tantiſper Ducariam poteſtatem gerere, donec Otho eius frater (cui Principatus iterum demandabatur) è Græcia ab exilio reuocatus Venetias redijſſet, miſiſque legatis ad eum in patriam reducendum, cognitum eſt aliquanto antea Othonem ex humanis deceſiſſe, quaſi diuinitus factum eſſet, ne ingrata ciuitas, tanti viri præſentia frueretur, Quem optimi Principis filium, atque eundem de Rep. bene meritum paucorum temeritate in exilium agi paſſa eſſet. At Vrſus, qui pro princeps iam per annum Reip. præfuerat, audita fratris morte, ſe vltro publica adminiſtratione ſtatim abdicauit, quo abeunte, Dominicus Vrſeolus temerè Ducatum inuaſit: cæterum populus minitabundus arreptis armis in eum impetum facere parabat, manifeſtumque vitæ diſcrimen Vrſeolus omnino adijſſet, niſi celeri, occultoque effugio in tutum abijſſet, vnaque tantum Luce principatu geſto, alteraque depoſito, in exilium ſponte Rauennam profectus eſt, vbi haud multo poſt mærore animi confectus diem obijt: Deinde Dominico Flabannico Principatus à populo traditur, qui (vt ſupra memorauimus) Othonis Vrſeoli ſummi Principis in exilium eijciendi author fuerat, quapropter Vrſo eius fratre Gradenſi Antiſtite inter Ducis nomine Rempub. tenente, Flabannicus hoſtis patriæ iudicatus vrbe exceſſerat: Ipſe tamen poſt Vrſi abdicationem in patriam reſtitutus, ad Principatumque euectus, vt exilij ſui iniuriam vlciſceretur, continuo ad populum tulit, vt familia Vrſeola tanquam ciuitatis ocio infeſta ex vrbe perpetuo eijceretur, quod ipſum ſtulta, & ingrata multitudo impio ſanxit decreto, veteraque eius gentis merita non ſolum oblita, ſed ignominia, ingratitudineque notata. Deos, hominesſque læſere: Ita illuſtris ad eam diem Vrſeola familia, & quæ ſummis in Repub. principibus, clariſque floruit Senatoribus, immani plæbiſcito eò vſque depreſſa eſt, vt ad priſtinum Fortunæ ſplendorem nunquam amplius emerſerit eodéque Flabannico authore ſtatutum, vt mos illę collegę in principatu cooptãdi prorſus antiquaretur, decennioq; hic Remp. regens è humanis fatali neceſsitate abreptus eſt: in eius autem locũ Dominico Cõtareno ſurrogato. Iadera, Prętore Vrſo Iuſtiniano vrbe eiecto, ad creatiorũ Regulũ defecit, vel (vt alij ſcribũt, ad Pãnonas, ſed vtcũq; ſit, ciuitas confeſtim ingentẽ claſſem ad eã recipiẽdã decernit, Cõtarenuſq; Princeps in expeditionẽ profectus maritima arma Dalmatię infert, Iaderamque ſtatim obſidione cingit, ac intra paucos dies prælijs, operibuſque circumuallatam expugnat, nobiliſsimæque vrbis celerrima receptio multum valuit ad cætera Dalmatiæ oppida in fide continenda, quæ leui, inſtabilique populorum voluntate nutabant, interim Pepò Aquileienſis Antiſtes gradum ſecundo occu-

Vrſus gradenſis antiſtes pro princeps.

Dom. Vrſeolus. D. xxviii.

Dom. Flabanicus. D. xxix. 1034.

No. Ingratitudine.

Dom. Cõtarenus. D. xxx. M. xliiii.

pat, Veneti vero, ne temere armis rem gererent, prius ad Benedictum Pontificem legatos mittunt, de Peponis iniuria Queſtum, ſed ille Pontificis dicto parens Venetis oppidum ſponte reſtituit, Leoque Pontifex, defuncto iam Benedicto, hoc tempore Venetias acceſsiſſe dicitur, ad Diui Marci corpus inuiſendum, priuilegiaque multa, & magna tumipſi Templo, tum alijs pleriſque Diuorum Aedibus piè conceſsit, & hec domi, foriſque ſexto, & viceſimo anno, Quibus Contarenus Rempubli. administrauit, geſta ſunt, habuitque is obiens Dominicum Syluium ſuccesſorem ſubita populi acclamatione Ducem ſalutatum, cuius vxor nomine Cali genere Conſtantinopolitana adeo moroſa elegantia fuiſſe dicitur, vt communi aqua aſpernata, roſacea ad ſe lauādam quotidie vteretur: In menſa autem cibaria aureis furculis apprehenſa ori applicaret, eius quoque cubiculum mira ſemper odoramentorum varietate fragrabat: Sed diuino factum eſt iudicio, vt ex hac immoderata Luxuria mulier fętidiſsima tabe contracta in ſummo cruciatu vitam duxerit, perijt tandem miſerabiliter vlceribus, & tabidi corporis ſanie confecta: Cum Normanis poſtea Gente origine Gallica bellatum eſt, qui Aquitanici Oceani accolæ poſt præclara armorum geſta ex Gallia in Italiam irrupere, pulſiſque ex Calabria, & Appulia Sarracenis, & ex Sicilia Græcis, earum prouinciarum Imperio potiti ſunt. pro quo retinendo cum Romanis Pontificibus, Gręciſq; Imperatoribus per multos annos vario euentu decertarunt: nouiſsimè Ruberto Guiſcardo Duce Normani Nicephorum Byzātij Imperatorem bello petiere, cum quo Veneti ſocia arma iunxerant, claſsibuſq; hinc inde inſtructis apud Dirrhachium atroci prælio concurſum eſt, numeroq; nauiū Normani ſuperiores erant, ſed Græci, & Veneti virtute, maritimarūq; rerum peritia præſtabant, pugnatumque eſt cum maxima vtriuſq; partis cęde per plurimas horas, tandem Syluij Principis, Venetorumque ea fuit virtus, vt hoſtis momēto tēporis claſſe delecta fuſus, fugatuſq; ſit: Nec multò poſt reparatis viribus nouam claſſem inſtruxerunt. Gręciſq; abſente Veneto, à Barbaris vincuntur, Dyrrhachiūq; ea clade amiſſum, euerſis autē Nicephori opibus, Alexius in Imperium Conſtantinopolitanum ſucceſsit, in cuius gratiam Veneti ſub Syluij ductu parata claſſe iterum in Normanos moucre, atq; eodem fermè loco, vbi prius, atrox pugna commiſſa eſt, ſed longè alio fortunæ euentu: nam victi Veneti fędiſsimam accepere cladem, Syluiuſque Princeps cum paucisſimis vix euaſit, Qui Venetias reuerſus ob rē malè geſtam in populi odium incurrit, vnde anno Principatus ſui tertio decimo ſumma dignitate priuatus fuiſſe dicitur: alij negant, Syluium publica adminiſtratione à populo deiectum, ſed duobus, & viginti annis in Ducatu expletis, fœliciter mortem obijſſe, ac in Diui Marci Aede honorificè ſepultum: Vitalis, Falerius, in Syluij locum ſuffragio populi Princeps creatur, Iſque ad amplificandum publicum decus

Dom. Syluius. D. xxxi. 1058. Noc. mulieris Luxum.

Normanorum origo.

Vit. Falerius. D. xxxii. 1072.

decus legatos Conſtantinopolim ad Alexium Imperatorem miſit. Dom. Dandulum, And. Michaelem, & Iac. Dautum, Qui publico nomine peterent, vt Dalmatiæ, Hiſtriæque Imperium, quas prouincias Veneti latronum manibus armis extorſiſſent, ſuaſque iure Belli feciſſent, Cæſarea authoritate Veneto nomini Imperator perpetuo confirmaret: atque iam inde factum, vt Dalmatiam, Hiſtriamque ex Imperiali authoritate legitimo Veneti poſſiderint Titulo, Vitaliſque Falerius omniū primus (vt quibuſdam conſtat annalibus) earum Dux Prouinciarum honorifica præfatione inſcribi, vocarique cœpit: cum Guiſcardo quoque Normano per hæc tempora à Græcis, Venetiſque Falerij ductu male pugnatum (vt alias) ferunt: Et Henricus Italiæ Imperator ex Taruiſio Venetias tranſijſſe dicitur, vt Diui Marci templum ex voto inuiſeret, cuius corpus paucis ante diebus miraculo repertum mœſtæ ciuitati magnum ſolamen attulit: tranſactis enim pluribus annis, quum illud in dubio eſſet. an aſſueto loco, ſedeq; priori iaceret, crederetur que vulgo, furtim ſubtractum, aſportatumque aliò, ad Diui nam opem ciuitas eſt conuerſa, ſupplicatione itaque & ieiunio indicto Antiſtes Caſtellanus, totus clerus, Dux, Senatus, populuſque mira frequentia ad Euangeliſtæ templum ſupplices venere: tum ibi poſt multas preces, pioſque deuotionis affectus. ſuperna virtute memorant, Diuum Altero extra columnam Templi, Quę ad Leonardi Aram eſt, exerto brachio, ſe totius populi oculis miraculosè oſtendiſſe, tum omnes humi proſtratos Diuinam Clementiam adorare cœpiſſe, Ac Beatum Marcum laudare, Qui tam gloriosè apparens ſuum deuotum populum conſolatus eſſet, decerniturque, vt noua Aedes illi dicata ſumptuoſiore apparatu conſtruatur. Quæ vti opinor, ea eſt, Quæ hodie tam excellenti ornatu erecta, fundataque viſitur, vbi Diui corpus ex humilio ei ſacello ſecundo ſublatum auguſtiore loco repoſitum nunc iacet, ſoluſque Princeps, Procuratoreſque locum ipſum ſecretiſsimè norunt: redegit ad hæc Falerius in oppidi ſpeciem Lauretum Vicum vetuſtate collapſum, inhabitatumque, ad quem incolendum multis immunitatibus, muneribuſque finitimos pellexit accolas: Ipſe verò poſt hæc domi, foriſque geſta duodecimo Ducatus ſui anno è vita migrauit: In Falerij autem demortui locum Vitalis Michael eſt ſuffectus, cuius totus Principatus rerum geſtarum maritima gloria pro Chriſtiana Republi. aduerſus Infideles maximè ſplenduit, Nam quum in Claramontenſi conuentu Aruernæ ciuitatis fœdus inter Principes Chriſtianos aduerſus Sarracenos, Turcaſque Vrbano Secundo Pontifice Maximo præſidente, pro recipienda Syria, & Iudæa initum fuiſſet, ne Veneti quoque in tam pia expeditione Chriſtianorum cauſæ deeſſent, Claſſem pro parte ſua validiſsimam inſtruendam curarunt: Ducentarum enim nauium ea fuiſſe dicitur, cui primum cum Imperio præfuere Henricus Contarenus

Principis Titulus.

Not. miraculum.

Vita. Michael. D. xxxiii. 1086.

Expeditio Chriſtianorum in Sarracenos.

Caſtellanus Antiſtes,& Michael Vitalis Principis filius viri impigri,& pietate Inſignes,à quibus Piſani nauali prælio ad Rhodum victi ſunt,ac tota fermè claſſe exuti, quum Veneti iurgio ab eis laceſsiti, iniuriam ferre nequiſſent.Cæterum antequàm Veneta claſsis in Syriam mouit, ad trecenta armatorum millia populi Chriſtiani Ducibus Gothifredo, Euſtachio, & Baldoino Bollionijs, ex alto Francorum genere natis, nec non Raymundo,& Ruberto Flandriç comitibus,aliſque ſummis viris, & Principibus ex omni natione Gallis,Germanis, Hiſpanis,atque Italis partim terreſtri,partim maritimo itinere in Aſiam traiecere: vbi multis vrbibus Bythiniæ, Armeniæ, Meſſopotamiæque expugnatis,ac fuſis,fugatiſque Barbarorū maximis,validiſsimiſque exercitibus Hieroſolymam tandem ante quadrageſimum diem Chriſtiani vi capiunt,Gothifreduſque omnium conſenſu fortitudine animi,ac corporis robore vir præſtantiſsimus Hieroſolymarum, Antiochięque,ac totius Iudeæ Rex ſalutatus eſt,qui receptis cæteris regalibus inſignibus Auream nunquàm de more coronam geſtare voluit, quum Chriſtum ſummum Regem,& Dominum ibi ſpineam capite tuliſſe piè recordaretur.dum autem hæc in Syria geruntur, Veneta claſsis proſpero curſu Pamphilij maris oram circũuecta in Ioniam venit, vbi Smyrnam vrbē præſidio à Barbaris deſtitutā repentè occupauit,Iopem quoque(quæ Zaffus nunc vocatur)nauali Venetus manu,Gallus terreſtri adorti in Chriſtianorum poteſtatem redegere.Quibus geſtis.dum hyems inſtaret, claſsis domum eſt reducta: Verno poſteà tempore claſsis iterum Veneta ſub vitalis Ducis Imperio in Syriam tranſmiſit, Aſcalonemque vrbem maritimam, quam Diu Galli fruſtrà oppugnarant, ſubegit. Inde Tyberiadem, & Caiſam deditione ab hoſte facta,occupat,ſunt,qui hæc Gothifredi, non Venetorum geſta aſſerant.Ego vtrorumque auſpicijs,armiſque capta oppida exiſtimo,vt ille terreſtribus copijs, Veneti maritimis in hoſtes rem fęliciter geſſerint. ex Syria in Adriaticum claſsis delata. vrbem Barbarica præda onuſta magna cum gloria ingreſſa eſt,& Veneti cum Calomano Pannoniæ Rege fędus percuſſerunt, iunctiſque armis in Normanos toto Appuliæ littore vis illata,Brunduſiumque ſub primum penè appulſum Venetus occupauit,præſidioque hic impoſito omnem Calabriæ, Appuliæque maritimam oram vſque in Siciliam excurrens fędè populatus eſt, fugatoque vbique hoſte, claſsis ouans iterum domum reducitur: Hac quoque tempeſtate Mathildi fęminę illuſtri Sigifreda familia procreatę, miſſa in Padum ingenti claſſe,Veneti opem in recipienda Ferraria tulere: quare nobiliſsima matrona Beneficij memor perpetuas immunitates in ea vrbe amico populo conceſiſſe traditur. Verum anno quarto circumacto Vitalis, quo temporis curſu.Reip.pręfuit,ex humanis deceſsit: cui Ordelaphus Falerius ſurrogatus eſt. numeroſaque hoc Principe claſsis rurſum in Syriā mittitur. Hęc autem tranſmarinis appulſa Littoribus, ad Ptolomaidam

Gothifredus Hier. Rex.

Venetorū geſta i Syria.

Ordel. Falerius. D. xxxiiii. M.C.I.

oppugnandam

oppugnandam celeri nauigatione rectà contendit, quam validiſsimis etiã copijs Baldoinus Imperator terra præmebat, ità ab vtraque parte vrbs atro citer oppugnata intra viceſimum diem à Chriſtianis capitur, inde ad Sydonem terra, marique itum omnium phęnicię vrbium, & vetuſtate, & opulentia olim inſignem. Hæc quoque paucorum dierum ſpatio ſubacta eſt. E Sydone Veneti ad faraniam oppidum maritimum circa Nili Oſtia claſſem admouere. quò primo oppugnationis impetu capto, in oppidanos à Victore Veneto ſæuitum, aliquotq; nauibus hoſtium oppreſsis, quæ Chriſtianorum commeatus, mare deuectos intercipiebant, nauigationis tranquilla ſecuritas per Venetos reddita eſt: quibus magnificè geſtis motus Baldoinus Imperator Sacram in Ptolomaide ædem, vicum, forum, aream benemerito de Rep. Chriſtiana populo aſsignauit, vbi Venetus merum, mixtumque cum Gallis haberet Imperium, nec Ptolomaide tantum, ſed toto quoque Hieroſolymitano Regno plurima tribuit priuilegia, ac paulopoſt Veneta claſsis, quum maritimum Bellum in Syria hyemis aſperitate intermiſſum eſſet, in Italiam demum eſt reuerſa, verũ ne nimis ciuitas ocio torperet, cum Patauinis ob finium contentionem bellũ ortum, qui cum Taruiſinorum, & Rauennatium appendicibus in Venetos mouentes, ad Bebianam turrim eos ad tentandam prælij fortunam inuitos attraxere, in qua Venetus ſuperior Patauinum profligauit, ac præter plurimos in acie cæſos, ſexcenti cum Rolando Craſſo Duce ex hoſtibus capti in Venetorum poteſtatem venere: ea autem clade conſternati Patauini ad Henricum Imperatorem, qui tum Veronæ erat, confugiſſe dicuntur, opem aduerſus Venetos implorantes. Quare Henricus (vt miti erat ingenio) ne Patauinorũ cauſam reijcere videretur, per legatos à Venetis petijt, vt ad ſe oratores mitterentur, à quibus Patauinam cauſam, belliq́ue originem cognoſceret, decretaq́ue eſt ſtatim à Senatu legatio, miſsiq́ue Vitalis Falerius, Stephanus Maurocenus, & Vrſus Iuſtinianus, Patauini quoque nuntij affuere, quos omnes benignè Henricus amplexatus. cum his egit, vt depoſitis ſimultatibus, oblitiſq́ue iniurijs, Veneti, Patauiniq́ue paccatè inter ſe agerent, Belliq́ue conſilia vtraq́ue pars abijceret. Oportet inquit, Veneti meminiſſe vos ab Euganeis, Patauiniſq́ue genus trahere, ac inhumanum eſt, in Natales ſuos impia arma induere, contra vos Patauini, non ſolum Venetæ potentiæ, inſurgentiq́ue laudi inuidere debetis, ſed gloriari potius quòd ad eam diem, qui à vobis procreati originem traxiſſent, tanta cũ gloria terra, mariq́ue imperitarent: deponeret igitur vterq́ue populus cognata arma, finibuſq́ue ſuis contenti. (Quod ſibi gratum futurum eſſet) reconciliatis animis pacis ſtudia amplectarentur: valuit plurimum Imperialis Henrici authoritas ad ſedandam diſcordiam, ſed longe magis benigna, comiſq́ue oratio, qua adducti legati, qui aderant, ex Cæſarea ſententia poſitis armis, iurgijſq́ue litem ſopiuere. ab eo quoq́ue Veneti multa, & ampla immunitatum

Venetorũ priuilegia in Syria.

Veneti legati.

Henrici Imp. Monita.

immunitatum priuilegia in Reip. Splendorem. & commodum benignè impetrarunt: ipſi autem gratitudine vſi. Pallium Aureum Henrico annuũ obtulere, vt id conceſſarum immunitatum perpetuum monumentum eſſet: cæterum quia acerbis fortunę caſibus res humanę continuò inuoluuntur. Fędiſsimum ſub id tempus incendium Venetam vrbem deformauit. Ignis enim ex Henrici Zeni ædibus ad Apoſtolorum Fanum erumpens, longè, lateque conuolutas flammas diſperſit, exiguoque temporis ſpacio in ſex propioribus vrbis vicis ædificia, tectaque incendio conſumpta deflagrarunt: Inde duobus circiter menſibus interiectis, aliud recens incendium ortum Laurentianam inſulam primo inflammauit, mox vndique proflante vento diffuſum ſexdecim alios vrbis vicos cum parte Ducarij, quæ ad Baſsi fanum ſpectat, magno horrore corripuit, miſerabiliterque incendit: Methamaucum quoque eodem fermè tempore combuſtum aiunt, ac non multo poſt. Subita pelagi inũdatione propè ſubmerſum, ex quo loco Principis, Senatuſque authoritate ex flammarum ruinis lapides, columnæque, ac cætera ornamenta ad Sacrarum ædium, publicorumque ædificiorũ ſtructuram clodiam ſunt aſportata, atque ita ex eo tempore publicis, priuatiſque operibus vrbs illa, quæ ad eam diem parum frequens ædificijs, & ijs quidem Humilibus & ex aſſeribus factis habitabatur, magnoperè dicitur exculta, à duobuſque familijs patritij ordinis Gradonicis, & Baduarijs, religionis ſtudio Cypriani Muranenſi ſuburbio, & ſanctæ Crucis Templa Veneto ſolo ſunt erecta.

Ingens incendium.

FINIS.

PETRI IVSTINIANI
RERVM VENETARVM
HISTORIA.

LIBER SECVNDVS.

VIX à fędiſsima illa incendij clade ciuitas reſpirarat, quum trepidè nunciatum eſt, Iaderam prætore, præfectoque vrbe eiectis, ad Calomanum Panoniæ Regem defeciſſe, Dalmatiamque omnem ad rebellionem ſpectare, tum Ordelaphus Princeps claſſe ſubito parata, vt infidam prouinciam ad Imperium retraheret, in Dalmatiam properè tranſmiſit, Iaderamque Pannonicis armis firmatam obſidione cingit, ac crebris oppugnationibus die, noctuque fatigat: ad leuandam autem obſidione deditam vrbem Calomanus Rex ingentes, bellicoſaſque è Pannonia armatorum acies miſit, quorum aduentu non ſolum territus Venetus non eſt, ſed ferociter obuiam progreſſus, hoſtem ad ineundum collatis ſignis pręlium exciuit: cōtracto igitur certamine barbari fuſi, fugatique tota Dalmatia ceſſere, Calomanuſque Rex audita ſuorum clade dolore animi morte præreptus eſt, & Iaderam victor Venetus modico negocio recipit, totiuſque prouinciæ ſtatum ad priſtinam retraxit obedientiam, nec præſenti contentus ſucceſſu, Ordelaphus in Croatiæ quoque fines irrupit. ſuperatiſque montibus, fugatiſque, qui ſibi obuiam armata manu prodierant, quicquid in mediterraneis fuit, armis ſubegit, ac tum primum Veneti Principes cęperunt Croatię titulum aſſumere, recepta itaque Dalmatia, propagatiſque latè Imperij finibus, Ordelaphus illuſtri parta victoria Venetias redijt, ac præter cætera, quibus ille toti ciuitati inſignem, conſpicuumque ſuum reditum fecit, illud memorabile viſum, ꝙ captiuos multos Illyrici generis regulos, eminentioriſque alios Fortunæ viros, regiaque Calomani, Dalmatarumque inſignia in triumphi ſpeciem ciuium oculis ſubiecit: nec diu tamen prouincia in quieto ſtatu fuit, Pannocis rurſum armis ingruētibus, quibus Veneti laceſſiti, denuò nauales, terreſtreſq; copias pararunt ad tuendam Dalmatiæ oram, Ordelaphuſque (ne patriæ deeſſet) ad bellum iterum (rapiente fato) profectus eſt: nam vt in conſpectu fuit Hoſtium, qui circa Iaderæ męnia caſtra habebant, eos continuo ad pugnam elicuit, atroxque, & cruentum vtrinque per aliquot horas fuit pręlium, tandem dum Ordelaphus inter primos Pannonicam ferro premit aciem, Princeps æterna memoria dignus telo ictus occubuit. Cuius cæde perculſi Veneti. Solutis ſtatim ordinibus fugam capeſſunt, Iaderamque ingreſſi

Venetorū victoria.

Succeſſus Venet. in Croatia.

Ordelaphi Principis interitus.

greſsi, valido vrbem firmant præſidio: at aduerſæ pugnæ nuntius, Ducíſque interitus Venetias perlatus ingenti ciuitatem mœrore affecit, vulgo credere, actum eſſe de rebus Dalmatiæ, nullamque ſpem aliam ſupereſſe eius prouinciæ tuendæ, hoſte præferoci, victoreque imminente, placuit proinde primo quoque tempore legationem ad Regem decemi, à quo pax, aut ſaltem induciæ publico nomine peterentur, miſsíque ſunt Vitalis Falerius, Vrſus Iuſtinianus, & Marinus Maurocenus, qui ſedulam Reipub. operam præſtantes, in annos quinque cum Rege inducias pepigere: Ordelaphi autem corpus Venetias delatum in Diui Marci æde honorifico conditur tumulo. Vixitque Ordelaphus in Ducatu anno vndeuiceſimo: Dominicus Michael poſt eum Princeps declaratus eſt, ad quem, & ad Senatum Baldoinus ſecundus Rex Hieroſolymitanus Legatos miſit, oratum, vt in Aſiam quàm citius poſſet à Venetis claſsis mitteretur ad opem Chriſtianis rebus in Syria laborantibus pie ferendam, idem Callixtus ſummus Pontifex per legatos enixiſsimè petijt, tum Pontificijs, Regijſque monitis impellẽtibus vt in claſſe paranda promptiorem, alacrioremque populum redderet, ita Princeps (alij Epiſcopum concionatum fuiſſe tradunt) ad eum verba fecit.

Legati in Pānoniā.

Dom. Michael. D. xxxv. 1120.

Michaelis P. oratio.

Neminem ex vobis eſſe puto, viri Veneti, qui ignorare poſsit, quæ in Aſia ſexto, & viceſimo (ni fallor) ab hinc anno pro Iudææ recuperatione partim noſtris, partim alienarum gentium auſpicijs terra, marique glorioſè geſta ſint: nam quicquid terrarum immenſo ſpatio extenditur, à Bythinia vſque in Syriam, breui id totum ex immaniſsimo hoſte Chriſtianorum armis receptum vidiſtis: nec interim noſtri & in Ionia, & circa maritimam Syriæ oram pauca naualibus armis in infideles geſſere, clariſsimis oppidis Smyrna, Ptolomaide, Aſcalone, Tiberiade, Caypha, Farania, communium armorum ſocietate expugnatis, vnde non tantum Veneto nomini ingens gloria parta, ſed receptarum vrbium Imperium communicatum eſt: Verũ quia res humanæ aſsiduam habent viceſsitudinem, intra paucos annos accidit, vt Gothifredus fortiſsimus ille Rex, Baldoinus, poſteà Boemundus Tancredus, atque alij Illuſtres Duces fatali neceſsitate ex humanis deceſſerint: Quorum interitu res Chriſtianorum in Syria adeo mutatæ ſunt, vt deteriores in dies factæ, in ſummo diſcrimine verſentur: nuper autem Baldoino à Dalocho Parthorum Rege capto, Carrhaſque in vinculis abducto, Hieroſolymitani Regni magna iactura facta eſt, obidque Calixtus Pontifex nuntijs, literiſque nos admonet, oratque, ac obteſtatur, vt Chriſtianã fidem in tanto diſcrimine maritimis viribus (quibus Deorum benignitate plurimum valetis) protegamus: ad quod ipſum noſtra omnis tendit oratio ac precibus, hortationibusq́; nunc inſtamus, ne religionis cauſa in tãto periculo deſeratur, pulchrum etenim, & decorum erit, viri Veneti eam terrã veſtris armis protegere, & ab omni hoſtiũ iniuria vindicare, vbi Chriſtus Rex noſter infans obrepſit, vbi doctrina, prędicatione, miraculis coruſcauit:

Calixtus Ponti.

uit: Quibus rebus permoti primi illi Heroes Galli, & reliqui Europę Principes numeroſa, præpotentique armatorũ manu in Aſiam tranſmiſere, ſtrẽnuamque operam nauantes vniuerſa Iudæa ab impio Maumethi Imperio recepta potiti ſunt: Quam nunc reparatis viribus immaniſsimi Barbari lacerant, affligunt, & ſuæ iterũ ditioni, duroque ſeruitio ſubdere conantur, vt expulſis inde Chriſtianis ſacrilega gens ſordium, ſcelerumque inquinamẽtis tellurem illam ſanctam Fędè polluat, quod ne eueniat, maturo conſilio cauendum eſt. Debemuſque nos, vt Chriſtianũ, religioſumq; populũ decet, ante alios in ſæuiſsimũ hoſtem irruere, maritimoque eũ bello aggredi, amicique Regis opes, quantũ in nobis eſt, tueri, quod ſi fecerimus, perpetuus in ore, oculiſque omnium veſtri erit nominis ſplendor, veſtramque indolem admirabitur Europa, Aphrica collaudabit, præterea quis eſt veſtrum? Qui non patriæ charitate impulſus optat, ac velit, vt huius vrbis Imperium. quàm ampliſsimo finium ambitu terra, marique protendatur? Qua autem ratione creditis id poſſe fieri? Sedendo ne, aut hæc ſtagna lembis, lintribuſq; circumeundo, veteres Romani, vobis exemplo ſint, à quibus oriundos vos eſſe gloriamini. non orbis Imperium deſidia, delitiarumque Blandimentis ſibi tam latè quæſiuere, ſed bellicis artibus, militarique aſsidua agitatione cunctis gentibus vbique terrarum freno iniecto rerum potiti ſunt, belli ſtudijs (ſupra quàm dici poſsit) eorũ vires auctæ: Nobis quoque ſperandum, fractis infidelium opibus aliquam ampliandi toto oriente Veneti Imperij occaſionẽ opportunè acceſſurã: inflãmet igitur ad arma veſtros animos religionis ſtudium, moueat Regni illius Hieroſolymitani periculum, accẽdat Gloria, & ſperata præmia, atque (quod Veneto nomini beneuertat) validiſsimã claſſem decernite, quæ maritimos hoſtium conatus ſub noſtro hoc nauali Imperio ad Chriſtianę Reip. ſalutẽ perpetuo infringat: Ad eã orationẽ eũ lachrymis clamor mixtus tota cõcione Principẽ, Senatũq; expoſcebat, vt cõtinuo claſsis, copięq; cõtraherẽtur, omneſq; in tã piã expeditionẽ libẽti, fortique animo ire profitebãtur, nec tã longinquã vllus militiã detractabat: deductę itaque triremes, vario numero traduntur, qui rem extenuãt, quadraginta longas naues fuiſſe dicunt. alij centum, qui vero nimium augent, ſupra ducentas, ipſe autem mediæ ſententiæ potius accedo, vt ad centum varij generis nauigia fuerint: votis itaque nuncupatis, vbi portu ſoluta claſsis in Dalmatiam venit, accepto ibi Remigum, Nautarumque ſupplemento, Dominicus Princeps paucis diebus in Cyprum cum tota claſſe delatus eſt. Inde Syrię littora tenuit, vbi ad Iopem hoſtiũ claſsis validiſsima admota. vrbem graui obſidione premebat: ſed Venetus pugnandi auidus in hoſtem ferociter mouit, concurſumque eſt vtrinque, magnis animis, dubiuſque prælij euentus per aliquot horas hinc inde fuit, demum Adriacis viribus præualentibus deleta, profligataque eſt hoſtium claſsis, Iopeque obſidione liberatur, ſecundumque Claſsis Veneta.

E hanc

hanc pugnam Michael, vt claſsis Venetæ aduentum, & rem fœliciter geſtam nunciaret, Hieroſolymam ad Varinundum Antiſtitem, qui Baldoini nomine rem adminiſtrabat, acceſsit, à quo benigniſsimè acceptus, collaudatusque eſt, quòd prępotenti claſſe ad opem Chriſtianis ferendam in Syriam delatus hoſtem ex Iopenſi obſidione reuulſum egregiè viciſſet: poſtmodum ne victoriæ curſus aliqua temporis intercapedine retardaretur ad Tyrum oppugnaudum (qui nunc vulgo Surum appellatur) ſortione (vt dicitur) pręmiſſa itum: Hanc igitur primam vrbem Duces Chriſtiani terra, mariq́ue oppugnare ſtatuerunt, de cuius ſitu, & vetuſtate multa memoratu digna referri poſſunt: fuit enim Tyrus olim Inſula, ac præalto mari ſeptingentis paſsibus à Phænicia diuiſa: Hanc Alexander Macedo ingētium ſaxorum congeſtis obijcibus, operoſisq́ue mollibus in profundum deiectis, per tot pelagi intercurrentis ſtadia continentem fecit, ſeptimoq́ue menſe Macedonicis armis expugnatur; Nobiliſsimę autem vrbes Leptis, Vtica, & illa Romani Imperij Aemula Carthago, Gadesq́ue ad Herculeū fretum poſitæ conditores Tyrios habuere: Ipſius loci claritas pręcipue pręter conchylium, & purpuram, in Arithmeticæ inuentione, in literarum cōmento, & nocturna Syderum, Planetarumq́; obſeruatione commendatur, Oppidumq́; Agenorem Beli filium condidiſſe memorant, ac Saram quandoq́ue vocatū ab Abrahę Sarra coniuge, quæ antiquitus (vt in ſacris eſt literis) haud procul his locis ſedem tenuit, vnde Surum pro Tyro vſurpatū, vt ſupra memoraui: placuit igitur conſultatione inter Duces maturè præhabita, terra, mariq́ue vrbem Tyrum oppugnari, quæ tametſi valido munita præſidio difficilem, diuturnamq́ue expugnationem ſpondebat, intrepidis tamen animis ad eam inuadendam properatum eſt, & Varinundus vt Venetos ad bellum promptiores, alacrioresq́ue redderet, quorum maritimas vires plurimum ad victoriam conferre intelligebat, cum Michaele ad huiuſmodi conditiones veniſſe dicitur: vt quæcunq́ue à Baldoino Rege in Syria fuerant priore bello Venetis conceſſa, eis rata, firmaq́ue perpetuo manerent: In omnibus præterea Hieroſolymitani Regni, Antiocheniq́ue Principatus vrbibus, totiusq́ue Paleſtinæ oppidis, priuam Aram, priuum Vicum, cum foro, & æde, omnimodamq́ue cum Gallis poteſtatem Veneti haberent: negocia ad hæc, quæ ijdem Veneti in Aſiæ, Syriæq́ue emporijs pertractarent, omnibus eſſent vectigalibus, oneribusq́ue Regni immunia, ſiquis autem Venetus naufragium feciſſet, aut inteſtatus diem ijs locis obijſſet, illius bona intacta Veneto Magiſtratui aſsignarentur, Cui quotannis Regius quæſtor ex Hieroſolymitano Aerario aureos Nummos trecentos perſolueret: expreſſum quoque eſt, vt Tyri, Aſcalonisq́ue (ſi quando hæ vrbes caperentur) Veneti tertiam partem perpetua poſſeſsione retinerent, multisq́ue alijs priuilegijs Venetum nomen honeſtatum Blondus diligentiſsimus Hiſtoriarum ſcriptor memorat: obſidebatur

Tyri deſcriptio.

Federis cōditiones.

debatur

debatur, intereà terra, mariq́ue Tyrus, magnis conatibus ſæpe oppugnata inuicto animo Chriſtianorum impetũ ſuſtinuit. Sed dum vrbs vndique circumuallata graui bello, aſsiduiſq́ue prælijs fatigatur, ſubito allatum eſt, ingentem hoſtium exercitum ad ſubſidium vrbis ferendum aduentare. Tum cœptæ ſunt totis caſtris voces in Venetos iactari, quod ij ſcilicet ſoli periculorum omnium expertes eſſent, ac ſiquid nouo aliquo belli turbine, improuiſoq́ue hoſtium incurſu, in continenti laborandum foret, haud dubium eſſe, quin deductis ſtatim in altum nauibus, cum tota claſſe Veneti ex prouincia in pacatum eſſent abituri, proinde aut exequandum terra, mariq́ue omnibus periculum, aut obſidionem ſoluendam, ne terreſtres copiæ (Venetis abeuntibus) ab hoſte delerentur: Sociorum calumnia huiuſcemodi ad Michaelem Principem delata non mediocriter illius perturbauit animum, & quum aliquandiu indignitate rei defixus, cogitabundusq́ue Michael ſtetiſſet, menteq́ue interim ſecum euolueret, quo nã pignore Venetam fidem, conſtantiamq́ue ſocijs probare poſſet, confeſtim publicum edictum propoſuit, vt tabulæ, claui, alia vt nauigandi inſtrumenta, ex ſingulis carinis adempta reuellerentur: Quod quum factum eſſet, hæc omnia ſtatim ad Varinundi Antiſtitis, & aliorum Ducum conſpectum in caſtra afferri iuſsit: conuerſusq́ue ad eos Michael, audio. Inquit, Socij Venetam fidem apud vos neſcio qua animorum addubitatione in ſuſpitionem veniſſe, atque deſertores nos, & fœdifragos pro veris ſocijs appellari, haberiq́ue cœpiſſe, ſed non ea leuitate ſumus, vt à conſtanti fide nulla fortunæ facie vnquàm deijciamur: atque vt hoc vos indubitata probatione firmum, exploratumq́ue teneatis, accipite certa noſtræ fidei, & conſtantiæ pignora, atque cum his inſtrumenta nauibus adempta ad illorum pedes conſtituit, adiecitq́ue ad hæc, habetis, inquit, puto, & tu optime Antiſtes, & vos alij, cur iam nobis tuto veſtram, totiuſq́ue exercitus ſalutem credere poſsitis, nemoq́ue ambigat, Venetos nõ eundem, qui & in votis eſt, habere animum, totaq́ue mente optare, vt pari ſtudio inimica vrbs expugnetur, qua ſubacta, ſpero breui totius Syriæ Imperium noſtris ceſſurũ armis, tum Varinũdus, cæteriq́ue duces. Laudata principis, & Venetorum fide, victoriæ conſequendæ certam, ſtabilemq́ue fiduciam animis ſe tenere affirmarunt: poſtquàm Venetos tam fidos, optimoſq́ue bellatores ſecũ fœdere, ac ſocietate coniunctos haberent, nullumq́ue amplius hoſtiũ incurſum, belliq́; minas reformidantes, Venetæ claſsis auxilio, vrbem expugnare propediẽ poſſe ſperabant, proinde vulgi voces ipſi contẽnerent, ſcirẽtq́; apud Duces, primoreſq́; exercitus Venetũ nomen in ſumma eſſe exiſtimatione: confirmatis in hũc modum ſociorum animis, quũ aliquanto arctius ciuitas terra, mariq́; obſideretur, tradunt rem nouã eo tẽpore in caſtris accidiſſe, ſuperuolãs enim tabellarij vice fungẽs colũba, literas pedibus annexas ex caſtris Dachini Regis Damaſci ad Tyrios afferre dicebatur, quę ingẽtes,

Michaelis P. prudẽs factum.

Varinundi verba.

Not. de columba.

bellicoſaſq; ex tota Syria copias in eorũ ſubſidiũ aduentare nũciabant, tũ vero à peritis earũ rerũ edocti Chriſtiani milites expectato colũbæ ſuper caſtra volatu terribilem clamorem emiſerunt, quo Ales repentè cunſternata in terram ab alto procidit, lectiſque litteris hortationibus plenis, quibus Rex Tyrios admonebat, vt forti, bonoque animo eſſent, obſidionemque perferrent, tantiſper, dum ipſe cum ingentibus ad vrbis ſubſidiũ copijs aduolaret: contra Chriſtiani Principes ſagaci conſilio vſi, nouum commentum in fallendo hoſte adinueniſſe dicũtur, ſubdititias namque litteras pro Damaſcenis columbæ eiuſdem pedibus alligarunt, quibus Tyrij admonebantur, ne auxilium vllum à Dachine ſperarẽt, rectè proinde eos facturos, poſtquàm deſperatis pene rebus nulla vlterius auxilij reliqua ſpes eſſet, ſi tempori, ac neceſsitati in tanto diſcrimine ceſiſſent, maturaque deditione ſe ipſos, parentes, liberos, coniuges, penateſque ſeruarent. atque ita columba dimiſſa in vrbem ex more cum litteris aduolauit, quæ publicè recitatæ ingentem mȩrorem Tyrijs attulerunt, deſtitutos ſe Regis ope falſò credentibus, in quo ipſi ſpes omnes ſuas collocauerunt: itaque victa eorum pertinacia, quinto obſidionis menſe facta deditione Tyrus in Chriaſtianorũ poteſtatẽ venit, ſtatimque occupata vrbe in turribus, ac cæteris locis eminentioribus præfixa ſunt Varinundi, & Venetorum ſigna: eiſque vrbis tertia pars iuxta fȩdus libero iure poſsidenda datur, tantundem & Aſcalonis receptȩ conceſſum, ea autem omnia Baldoinus Imperator poſtliminio reuerſus non ſolum approbauit, ſed Venetum etiam Principem ornare voluit, hac honorifica præfatione: Dominicus Michael Dux Venetiarum, atque Dalmatiæ, Hieroſolymitani Regni Princeps, qui numeroſa Hoſtiũ claſſe ante importuoſam Aſcalonis oram profligata, multis barbarorum millibus partim captis, partim cæſis, Iopenſibus graui obſidione liberatis, victor Hieroſolymam eſt ingreſſus. ſubijciunt etiam illud ſcriptores, ſtatutum fuiſſe, vt Venetorum Dux quoties Hieroſolymis eſſet, communibus cum Rege fungeretur honoribus: at dum in hoc proſpero Fortunȩ curſu res Venetæ in Syria eſſent, Calo Ioannes Byzantij Imperator veteri gentis odio Chriſtiano nomini Tyriæ vrbis victoriam inuidens, & imprimis Venetis, quorũ maritima facinora Aſiatico illo bello maxima, clariſsimaque fuerunt, aduerſus eos arma, Bellumque moliri cȩpit. Quo motu Michael cum tota claſſe ex Syria decedens in hoſtem, qui iam rem Venetam in Aegeo, Ionioque Pelago infeſtabat, ferebatur. Rhodumque primum aggreſſus ferro, flammaque Inſula deuaſtata, vi captam diripuit. Inde Chium profectus, pari clade affecit, ex quo loco diui Theodori corpus ſublatum, Venetiaſque deportatum in Sacello Saluatori dicatum reponitur: mox ex Chio Michael digreſſus Samum, Leſbum, Parium, Andrum, Eginam, atq; alias Conſtantinopolitani Imperij inſulas armis oppreſsit, Cycladibuſque relictis in Peloponeſſum trãsfertur, Mothonoque occupato, ac firmo prȩſidio

Chriſtianorum aſtus.

Tyrus capta.

Mich. P. præclara geſta.

ſidio impoſito in Dalmatiam venit, vbi Iaderam, Spalatrum, Tragurium, rebelles vrbes, quæ ad Pannonas ex inſito, veterique Dalmatarum in Venetos odio defecerant, armis recepit: his tot, tantiſque rebus nauali Imperio Michael geſtis, omni ora maritima à Syriç littoribus in Illyricum vſq; partim domita, partim ab hoſtili iniuria vindicata, victrici, incolumique claſſe in patriam reducta, vrbem veluti ouans ingreſſus eſt: Multi poſteà, varijque fuerunt Romanorum Pōtificum, Cçſarum, Regum Principum, Potētatuumque totius Europæ bellici apparatus, pro Syria retinenda. Sed omnes ipſos motus irritos, vanoſque Chriſtianorum diſcordia reddidit: Michaelis etiam inuentum hoc fuiſſe traditur, Aſiatica enim illa expeditione quum pecunia in claſſe ad ſtipendium nautis, militibuſque perſoluendum defeciſſet, nouum Numiſma ex loro publica nota Michael ſignari iuſsit, illudque pro Aureo, & Argento ſtipendiarijs omnibus diſtribuit, pollicitus fore publica fide interpoſita, vt mox quum Venetias claſsis applicuiſſet, pro Alutinis ex Auro, & Argento excuſsi pari numero habentibus redderentur Nummi, atque ita claſſe ex Syria reuerſa iuxta pactionē, fidemque datam omnibus ſatisfactum: & Michaelia familia in huiuſce rei argumentum Gentilibus ſignis ab illa die Auream geſtat nummorum figurationem: Per id tempus autem quo Michael ex Aſia reuerſus eſt, ędes charitatis conſtructa fuiſſe dicitur, ac diui Donati corpus ex Pera aduectū, quod Murani hodie Baſilica honorificè iacet: nec diu poſt hæc Michael vixit, qui anno vndecimo, quo Reip. tanta cum gloria præfuit, fęliciſsimè extremum diem obijt: cuius funus Senatus, populuſque frequens inſigni exequiarum pompa piè celebrarunt: viſiturque hodie illius Sepulchrū ſub interna diui Georgii Templi Porticu exculto opere erectum. Petrus Pollanus illius gener ſucceſsit, primaque eius adminiſtratione Fanenſes Venetis ſubduntur, annuamque pecuniam tributi nomine polliciti ſunt, clementiſque ædes hoc tempore ad Canale orphanum à Petro Gatiloſo erecta fuiſſe dicitur, atrox inſuper bellum inter Venetos, Piſanoſque per id tēpus eſt ſubortum. maritimęque potentiæ emulatio vtrūque populum in armà traxit, clades quoque tumultuaria illa pugna ad Rhodū Piſanis illata Hetruſcum Adriaco nomini infeſtum reddebat: Multæ igitur hoc bello, variæque fuere vtrorumque clades citrò, vltroque per occaſionem illatæ, & acceptæ, in immenſumque eorum furibunda odia exarſiſſent, niſi blandis Romani Pontificis ſuaſionibus belli rabies inter eos compreſſa fuiſſet: cū Patauinis poſteà Hetruſco tumultu ſedato ob ſciſionem Fluminis ad Hilarij templum factam pugnatum eſt, Venetique Guidonem Monticulanū virum acrem in hoc bello copiarum ſuarum Imperatorem habuere, cuius virtute hoſtis ad tumbam fuſus non paruam cladem accepit, trecentoſque: & quinquaginta Venetias in captiuitatem abductos ferunt. quos omnes poſtmodum Patauinis veniam implorantibus Venetus in priſtinam liber

tatem

No. Mich. P. inuētū.

Pet. Pollanus. Dux. xxxvi. M.c.xxxi.

Bellū cum Piſanis.

Bellū Patauinū.

tatem reſtitutos dimiſit: ac per id tempus Vrſi Baduarij ſumptu pium Diui Iacobi diuerſorium circa Muriani,& Maiorbij Paludes cõſtruitur, quod noſtra tempeſtate medijs ſtagnis penè collapſum, deſolatumq́ue iacet, & ne ciuitas diu bello immunis ociaretur, pro Hemanuele Græciæ Imperatore. qui per legatos opem à Venetis implorarat, claſſem in Rogerium Sicilię Regem eius accerrimum hoſtem inſtruxit: Normanus autem Hydruntino portu egreſſus cum nauali præpotenti manu in Corcyram inſulam venerat, eaq́ue armis potitus, in Peloponeſum nauigauit, vbi circa Maleę promontorium libero, apertoq́ue mari multa hoſtiliter geſsit: inde in Saronicum ſinũ delatus, circumiecta littora ferro, igneq́ue fędè populatus eſt: ad Iſthmum quoq́ue progreſſus omnem maritimam Achaiæ oram rapinis, incendijſq́ue vaſtauit, nec in Euboicis finibus Phocidem inuiolatam relinquens ad Boſphorum vſq́ue Thracium populabunda claſſe peruenit. quã ad Byzantium ſtatim admota vrbis ædificia in Græcorum contumeliam ſiculi ardentium ſagittarum iactu concremarũt: rebus igitur Imperij in hũc modum acciſis Hemanuel iure vetuſtæ amicitiæ ad Venetorum opes confugerat, ab hiſq́ue per legatos petijt, vt maritimis auxilijs à Siculorum iniuria Conſtantinopolitanum ſubleuaretur Imperium: valida itaq́ue claſsis à Senatu ſtatim decreta eſt, Pollaniq́ue Principis auſpicijs in altum deducta Helleſpontum verſus in hoſtem ibat, ſed medio maris curſu quum Pollanus aduerſa valitudine laborare cępiſſet, grauante morbo Venetias reuertitur, eiuſq́ue loco Ioannes frater, & Raynerius filius Senatus decreto claſſi præficiuntur, qui celeri nauigatione ex Adriatico Sinu ad Corcyram progreſsi, inſulam multis ex hoſtibus cęſis ad Imperium retraxere, curſumq́ue in Siciliam Venetus flectens quattuordecim Regias naues intercepit, inde hoſtilem terram omni cladis genere deuaſtauit, nam Sata, vineæ, Arbores exciſæ ſunt, abacta pecora, incenſæ domus, cæſi, captiq́ue incolæ: nullumq́; cladis, excidijq́ue genus in inſula à Venetis omiſſum: quo factum eſt, vt hoſtis è Græcia ſtatim ad opem patriæ ferendam abſceſſerit, atque ita Conſtantinopolitanum Imperium ea tempeſtate Venetis armis (vt ſæpe alias) defenſum in priſtinam maieſtatem reſtituitur, & quum Pollanus ſeptem, & decẽ annos Rep. adminiſtraſſet, è vita deceſsit. Cui Dominicus Maurocenus in Principatu ſurrogatur: Anconitanis autem mare latrocinijs infeſtantibus ſex triremes ad inhibendos eorum conatus Veneti emiſere. Hæ quinque hoſtium naues alto mari aggreſſæ poſt longum, cruẽtumq́ue cum Pyratis certamen fęliciter expugnarũt, præeratq́ue his Guiſcardus homo prædonum omnium ea tempeſtate ſæuiſsimus, qui in Venetorum poteſtatem redactus laqueo ſtatim necatus eſt, meritiſsimaſq́ue rapinarum ſuarum pœnas luit: Ac ſub id tempus. Turris illa ad Diui Marci ædem medio foro fundata fuiſſe dicitur, cuius operoſa ſtructuræ moles ab immo ad ſummum in eam aſſurgit altitudinem, vt non ſolum vaſtam vrbem, circumfuſaq́ue

Normanorũ geſta.

Veneta claſsis in ſiculos.

Do. Maurocenus. D.xxxvii. 1147.

D.M. Turris.

cũfuſaq́; latè ſtagna cõtemplari inde liceat,ſed ad ortũ quoque,& meridiẽ longè,latèque in mare expandat proſpectum,ita vt ex Hiſtria,atque Illyrico,intra ſinum nauigantibus Molis illius faſtigium,quod ex rutilãti fulget Auro ad ducenta,& amplius ſtadia ſerena cœli facie occurrat: Atque hoc tempore Pollani,atque alij Hiſtriæ accolæ ad maritima latrocinia recurrentes, Veneta littora infeſtabant, in hos quinquaginta naues emiſſæ ſub Marini Gradonici auſpicijs eorum conatus repreſſerunt,Polaque obſideri cępta facile ad Imperium retrahitur: Parentini quoque Emonenſes, Humagenſes in fidem rediere:& ne defectio impunita eſſet,tributum impoſitum,vt bina millia pondo olei quot annis Polenſes in ſacrarum rerum cultum Diui Marci fano inferrent,ac tantundem Parentini, & reliqui Hiſtri penderent: Anconitani quoque per id tempus in Venetorum ſocietatem veniſſe dicuntur,& cum Guielmo Siciliæ Rege fœdus percuſſum, Iadrenſiſque eccleſia ab Anaſtaſio Pontifice maximo Metropolitana totius Dalmatiæ declarata eſt,crucigerorumque cęnobium hoc tempore à Guſſonia familia conditur,& paulopoſt Mathei Apoſtoli ędes ad Riualtum in area, quam Ber. Cornelius pio dono obtulit, atque hęc domi, foriſque Mauroceno Duce geſta ſunt,qui anno Principatus ſui octauo è mortali luce migrauit,& ad Crucis Fanum ſitus iacet:Vitalis Michael Secũdus illi ſucceſſit, ex ſciſmateque in eccleſia orto Veneti graui bello agitati ſunt, nã hinc Alexandro tertio Pontifice,illinc Octauiano Antipapa inter ſe diſſidentibus,Chriſtianorum quoque Principum ſtudia in diuerſum trahebantur. Sed Alexandro vero, ac legitimo Pontifici Gallię, & Britanniæ Reges, & Veneti fauebant: Federicus autem Imperator cognomento Barbarubra vnus Octauiano patrocinabatur, atque hoc nomine mandauit, Venetos armis infeſtari à finitimis populis,qui eius parebant Imperio, tum Patauini,Vicentini, Veronenſes,Ferrarienſes coniunctis copijs Venetorũ fines repentè inuadunt:ac Caputaggere,& Lauretum adorti in ſuã redigunt poteſtatem.Veneti autem ad vlciſcendam ſuorum cladem ſtatim tumultuario habito delectu,& exercitum parant,& in hoſtem ferũtur, at is direptis oppidis,quæ occuparat,fuga trepidè arrepta in tutum abijt, Venetuſque non reperto hoſte in Ferrarienſes fines effuſus,omnia ferro, flammaque deuaſtat,parique illata clade iniurias vindicauit. Cæterum hac temporum nouitate fretus Vlricus Patriarcha Aquileienſis Veneto nomini infeſtiſsimus ad Gradum occupandum animum adiecit,validaque carnorum manu cõtracta oppido potitur:vbi facta ingenti præda tacitè inde cum ea in Aquileiam abire parabat,Sed inopinato ille Venetorum acceſſu,qui eò cum armatorum manu celeriter accurrerant,oppreſſus cum duodecim canonicis, ac pleriſque alijs Venetias eſt perductus:Nec multo poſt his cõditionibus in libertatem reſtituitur, vt quotannis opimum ille Taurum,ac duodecim Apros,Patriarchæ,Canonicorumque captorum numerum æquantes Venetias

Not. Tributũ Hiſtris. impoſ.

Vit. Mich. D. xxxviii. 1156

Vlr. & Canonici capti.

Not. inſtitutum.

neceſſarias mitteret. Qui ad perpetuum eius victoriæ monumentum ſub carnis priuij dies frequenti populo ante Principis, Patrumq́ue conſpectum medio foro conficerentur, ſeruaturq́ue is mos tot iam annos a maioribus inſtitutus in confodiendis publice Belluis vſque in præſens tempus. Verum ſunt, qui hæc ad Angeli Participatij referunt Principatum, Nos hoc tempore facta credimus, ſed maiori alio incõmodo ciuitas per id tempus turbari cępit, ſiquidem Hemanuel Gręciæ Imperator, vt Venetos nouo bello implicaret, quos infenſè oderat, perlegatos ab his petijt, vt ſocietate ſecũ inita aduerſus Guielmum Siciliæ Regem auxiliaribus maritimis, terreſtribusq́ue ſibi copijs adeſſent, ſunt qui dicant, noua arte Hemanuelem ad fallendos Venetos vſum, Fędus cum Guielmo clandeſtinè percuſiſſe, filia illi in matrimonium oblata, ſubdolèq́ue deinde poſtulaſſe, vt Veneti Regi bellum inferrent, pro quo & ſocio & genero ipſe illico arma ſumpturus erat, atque ita Veneti ſiculis, Græcisq́ue armis petiti, grauiſſimo implicarentur bello, ſed vtcũque res ſe habet, in antiquo fędere a Venetis perſeueratũ eſt, quod anteà ipſi cum Rege. vt ſupra memorauimus, percuſſerant, reſponſumq́ue Hemanuelis legatis in hunc modum, Neque iure gentium, neque veteri ſuo, Maiorumq́ue inſtituto Venetos facturos, ſi in Regem fęderatũ, & amicum arma tam temere ipſi induerent: Nam Deos violatorum fęderum vltores timebāt. quos fallere nulla humanarum rerum cauſa Venetis vnquã licuit: cęterũ in his, quæ ad dignitatem Reip. ſpectare videntur, poſſe, debereq́ue Hemanuelẽ amiciſſimi populi fauore, ac opibus omni tempore ad libitum pro ſuis vti. Nunc vero ſi petita abnegentur auxilia, id qui dem ne fides publica violetur, Senatum iudicare ſancte, recteq́ue facere: atque cum his legati dimiſſi; & quia apparebat, Hemanuelem hoc reſponſo exacerbatum res nouas in Venetos moliturum, cõtinuo publice decretũ eſt, vt ex cunctis Gręciæ Emporijs Veneti negociatores reuocarentur. Imperator autem cui Adriacum nomen ſemper inuiſum fuit, vbi negata auxilia eſſe ſenſit, quaſi legittimam nactus occaſionem inferendi belli, præmiſſa in Illyricum claſſe Spalatrũ, Tragurium, Raguſiumq́ue & corcyram Venetis ademit: mox aliam machinatus fraudem ſimulat ſe eas vrbes occupaſſe, non tam Venetis nocendi conſilio, quàm vt ad priſtinam amicitiam ipſos retraheret: Legatis itaque ad Senatum miſſis, vrbes Dalmatiæ reſtituere pollicetur, ac damna quæcũque reficere: hortatur inſuper, vt patres permittent, ſuos negociatores ſolito more Gręciæ Emporia frequentare, quos læto animo cunctis Imperij locis viſurus, admiſſurusq́ue eſſet: multũ, ſatiſq́uè mouere patrum animos Hemanuelis nomine Legatorum pollicita, ſed plus omnino in ipſum Imperium tot beneficiorum vetus, recenſq́uè memoria, qua freti prioris decretum edicti patres ſtatim Senatus conſultò abrogant, fitq́ue omnibus poteſtas, liberè in Græciam nauigandi, hoc vulgato, ingens ſubitò vis nauium quęſtus cupiditate pars Conſtantinopolim pars.

Not. Venet. reſpõſum.

Att. Hemanuel. perfid.

pars in Peloponeſſum,ad finitimaq; circũ loca vſq; in Euxinũ, Tanain, & Meotidem paludem ad ea exierunt negocia,miſsiq; Seb.Zianus, & Aurius Maſtroperius legati ad renouãdã cũ Hemanuele amicitiã,ipſe aũt perfidia plenus cõſtituto ad id facinus die,tota Gręcia,& Imperij finibus Venetos, eorũq; naues,& bona cũ mercimonijs repẽte intercepta oppreſsit, ac in ſeruitutẽ redigit:legati nouitate rei territi occultè fugã arripiũt, nũciantq; (dũ in via eſſent)p tabellarios immanẽ facinoris atrocitatẽ, quã in Venetũ nomen perfidiſsimus omniũ mortaliũ Hemanuel exercuerat,defixit rei indignitas patrũ animos,ſed ad vlciſcẽdã iniuriã ciuitas cõuerſa validiſsimã cõtinuo centũ nauiũ claſſem inſtruẽdã curauit,quę intra centũ dies(vniuerſo populo operã ſuã pręſtãte)cõfecta dicitur:claſsis autẽ in altũ ſubito educta, cui Michael princeps pręfuit,in hoſtẽ vindictæ auida ferebatur, Dalmaticiſq́ue appulſa finibus Spalatrum,Tragurium,Raguſium,quas vrbes Græci antea occupauerant,magna oppidanorum cæde recepit ſupplementoq; ex Illyrico & Lyburnia accepto Michael cũ tota claſſe in Eubocam defertur, perculſus vero tam numeroſæ claſsis aduentu inſulæ perfectus. quum ſe imparem Venetorum viribus eſſe cerneret, ad dolum vt eſt gentis natura,conuerſus,colloquio petito Principem adijt,eiq́ue callidè perſuadet, vt ad Hemanuelem Conſtantinopolim Michael legatos ſuos mittat, certoq́ue ſciat, eum belli,diſcordiarumq́ue pertęſum.Qualẽcunq́ue pacem libenter amplexurum:Venetus ludificationẽ, fraudẽq́ue pręfecti,verbis minime ineſſe credẽs,legatos equilinũ Antiſtitẽ,& Manaſſem Baduariũ Græcanici ſermonis peritos ad Hemanuelẽ deſtinat, inde ad victoriæ curſum proſequendũ Michael paratus in chiũ trãſmiſit,inſulãq; cõfeſtim in ſuã poteſtatẽ redigit,et quia iã hyems appetebat,hic legatorũ à Boſphoro reditũ expectare conſtituit, ac vim, armaq; interim ab Imperatoris rebus infeſtã dis cõtinẽs morã inglorius trahebat:at ille(vt callido erat ingenio) curã in gẽtẽ pacis habere videbatur,quędã petere,alia tergiuerſari,illa probare,hęc reijcere,atq; altercatione hinc inde in longũ,irritũq; protracta, Veneti oratores ad Vitalem Principem re infecta redierunt:Pęſtilẽtia ingens interim repente orta claſſem inuaſit,malũq; latius ſerpens breui ingentem vim hominum miſerabiliter confecit, creditum vulgo eſt, flumina, vnde Veneti aquabantur, & maria proxima Hemanuelis iuſſu ad perdendã claſſem veneno fuiſſe infecta,atq; ex ipſo aquarũ hauſtu pernicioſam cladẽ Veneto inflictã,quę tãta extitiſſe dicitur,vt ex centũ,& amplius nauibus,quas initio Michael in Gręciã traijciẽs habuit,decẽ,& ſeptẽ tantũ Venetias ſemifractę & attritæ, turmis pęſtilentia extinctis, reductæ ſint: ferunt ad hæc omne Iuſtinianæ familiæ nomen ea clade deletum, nam ita ſanè acciderat, vt cuncti ex ea gente viri, qui arma per etatem ferre poterant, Romanos illos Fabios imitati, ad id bellum exiuiſſent, in quo partim ferro, partim Veneno, morbiq́ue ſæuitia omnis Iuſtiniana proles interijt;ęgrè autem ciuitas

Legati in Græciam miſsi.

Att. claſſem color. contractã.

Not.cladẽ ex peſtilẽtia.

Iuſtinianę familię clades.

uitas immeritam tulit huius familiæ perditionem, ad eam igitur reparandam vnus ex ea gente ſuperſtes, qui monaſticum habitum indutus ad Nicolai littorale fanum ſacris operabatur, Alexandrij iij. Pontificis authoritate ex religioſo illo cætu egreſſus ad coniugium tranſijt. ductaque in matrimonio Anna Principis Vitalis filia, quinq; ex hoc connubio procreati ſunt virilis ſtirpis filij, atque ita Iuſtiniana ſoboles propagata diuina pietate familiæ noſtræ pene extinctæ reparationem obtinuit, quæ iam inde præclaris domi, foriſque Senatoribus, ſummiſque in regẽda Rep. viris, facundiſq; floruit Oratoribus: At Michael Hemanuelis perfidia ad excidium penè redactus tot hominum millibus morbo cõſumptis claſsis reliquias domum reducere ſtatuit: itaque ad prima veris ſigna ex Chio (vbi hybernarat) Mythilenas tranſmiſit; inde in Lẽnum, ex Lemno Schyrũ tenuit, cadentibusq; inter nauigandum perniciosa vi morbi ex miſeris turmis quàm pluribus; claſſem demum penè deſolatam, deletamq; Venetias reduxit. repentèque contagioſa lues totam vrbem inuadens Lethali clade eam miſerabiliter deformauit: tota autem ciuitas Vitalem amaris conuicijs lacerabat, culpâque in eum omnem acceptæ cladis conferre, proditoremq; appellare, & Reip. hoſtem, qui dum Hemanueli Veneti nominis infectiſsimo, eiuſq; pollicitis nimium credit, eam cladem adijſſet: tot conſumptis ferro, venenóque viris, tot amiſsis nauibus, tot extinctis egregijs bellatoribus, & quod acerbius eſt: Venetam vrbem grauiſsima peſtilẽtia infeciſſet: Ipſe autem quum purgare ſe vellet, præ populi tumultuantis, obſtrepentisque clamore id agere non valuit; è media igitur concione occultè dilapſus ad Zachariæ fanum à quodam obuio grauiſsimo vulnere illato poſt decimum ſeptimum Ducatus ſui annum interfectus perijt: Fuit verò Vitalis vir ſumma probitate, & innocentia prędItus, cui nihil ęquè nocuit, ac nimia modeſtia, eiusq; pro penſa ad pacem inclinatio, quã dum credula ſpe; ac percupido animo ſequitur, Rẽp. in hanc calamitatẽ coniecit: eiuſq; indigna cędes ciuiũ animos ad eo turbaſſe fertur. vt ad vindicandũ parricidium Decẽuiri cõtinuo cũ ſumma poteſtate creati ſint. alij pro Decẽuiratu vndecim virorũ electionẽ factam dicunt, qui Principẽ in demortui locũ crearent, atq; hos fuiſſe tradũt. Leonardũ Michaelẽ, Vitalẽ Dandulum, Henricũ Nauigaioſum, Reneriũ Zane, Philippum Gręco, Auriũ Maſtroperiũ, Dominicũ Maurocenũ, Manaſſem Baduariũ, Henricum Pollanum, Candianũ Sanutum, & Vitalẽ Faleriũ, ab hisque tũ primũ Seb. Zianus ſine populi authoritate, vt anteà fieri cõſueuerat, princeps declaratur: ferũt electores ad Auriũ Maſtroperiũ vnũ ex vndecim virum optimum, & ſapientem conuerſos vnanimi conſenſu ſummam dignitatem ei domandare voluiſſe. Tum ille (vt ſingulari in patriam erat charitate, & ab ambitione alienus) collegis perſuaſiſſe dicitur, vt pro communi beneficio in Sebaſt. Zianum ſua verterent ſuffragia, Qui ætate, ſapientia, fortunis, inter reliquos ciues longe eminebat, facileque

Michael P. cędes.

Vndecim Virorum electio.

leſque ea temporum nouitate non ſolum conſilio, ſed opibus etiam (quibus maximè affluebat) Remp. iuuare poſſet. his itaque Aurei perſuaſionibus illi moti miro conſenſu Zianum Ducem creauerunt: At per id tempus ex tribus inuſitatæ magnitudinis columnis ex Græcia aduectis, Duæ earum in conſpectu fori parua intercapedine diſtantes admirabili artificum ingenio erectæ ſunt. tertia in profundum aquarum depreſſa, quum prior ea in terram machinis quibuſdam attrahi è naui cœpiſſet, quæ ad hunc vſque diem ſub aquis eſſe dicitur: cæterum quum columnæ aliquandiu humi abiectæ iacuiſſent, nec quiſquàm reperiretur, qui eas ob vaſtam molem erigere auderet, tum publicè edictum, vt quicunque id opus ſua induſtria, & ingeniò conſumaſſet, fas illi eſſet, quid honeſtum petere, quando quidem Senatus id fide publica inuiolabiliter præſtaret: ferunt artificem conſumato, perfectoque opere, pro mercede poſtulaſſe, vt Aleæ Luſoribus ipſo intercolumnio vel Dolo, & fraude, ac feſtis, profeſtiſque diebus impune ludere liceret: vana ſanè, & inſulſa Petitio tua: Quiſquis ille fuiſti, perpetua, infamique ſuggillatione non caret, Quum tam turpi ordini conſultum volueris, qui tibi niſi probatus, gratuſque fuiſſet, haud equidem tam impudenter ad illius commoda reſpexiſſes: Hic quoque ad Riualtum primus omnium pontem ſtatuit, atque alia cõplura priuatis, publiciſq; locis conſtruxit ædificia; Sed dum hæc domi fiunt, Hemanuel Byzantij Imperator magno Venetos odio proſequẽs, nullam eis quoquomodo nocendi artem omittebat: Oratores enim Reip. qui apud eũ Legationis munere fungebantur, contra ius gentium magna affecit iniuria, per ſpeciem ſiquidem ſecretioris colloquij, Dijs hominibusq; contẽptis, Henricũ Dandulum alterũ ex legatis ad ſe clam vocatũ candenti ęre oculis debilitauit, quę ſordida hominis perfidia degenerẽ, abiectumq; eius arguit animũ, efficitq;, vt quilibet hoc pro indubitato credat, quod apud quoſdã ſcriptũ legitur, humili loco Hemanuelẽ natum eſſe, ac Viduę mulieris, quæ Alexij Imperatoris ſiue pellex, ſiue vxor fuerat immoderata libidine per principum, ac nobiliũ cędem ad faſtigium tãti Imperij perueniſſe: poſteà quum Hemanuel in diuinorum carminum Libellum incidiſſet, euolutumq; fortè legeret, exhorruiſſe vehementer fatidicum carmen dicitur, Eo enim obſcuro, implicitoq; verborũ ſenſu ſignificabatur, fore, vt quandoq; ex Adria venirent, qui Cõſtantinopolim armis occuparent, Carmen autem pro Sybillino receptum huiuſcemodi vulgatur, quod & Sabellicus refert. Aeneadum inquit, Gloria Byzantium deducetur, eruntq; Danai in Robore dedicato vſq; ad Leonem ſexaginta pedum, donec Catulos eius Vrſus deuoret. Hunc Aquila deſpecta Vrſum diſſipet, Aquilam hircus obũbret, pullum voret Aquilæ, fietque potentum in Adriaticis aquis congregatio cæco Duce, Hircum abigent, Byzantium prophanabunt, Hircus non ballabit amplius, nec Gallus cantabit, vſque dum ſexaginta tres pedes, & pollices

Seb. Zianus. D. xxxix. 1164

Colũnæ ad D.M. Ripam.

Not. Artificius poſtulatum.

Nota carmen.

nouem diſcurrent: Et hæc eſt eius Carminis interpretatio. Aeneadum Gloria hoc eſt Romanum Imperium Conſtantinopolim traducetur, eritque paccatum vſque ad Hemanuelis Imperatoris tempora, qui vixit annos ſexaginta,huius liberis perēptis Andronicus Imperium ad ſe trahet, quem Sybilla Vrſum appellat,Iſacus ab Hemanuele prognatus Andronicum obtruncabit,Alexius Iſacum fratrem græcanico more barbatum, quē Hircum vocat, inſidijs exceptum obcæccabit, in carceremque cōijcet,tum Veneta arma Gallorum armis iuncta, Henrico Dandulo Duce (cui Hemanuel per fraudem candenti aere lucem hebetauit) in Græciam tranſibunt.Byzantio capto Imperij decus Græcis adimetur: tum neque Imperator Græcus,qui Hircus vocatur, neque Antiſtes,qui Gallus,Frācis, ac Venetis Conſtantinopolim tenentibus, annos tres,& ſexaginta,& menſes nouem,in Græcia non erunt:Hæc illa obſcuris aliquantulum verborum inuolucris prædixiſſe fertur,Venetoſque eos eſſe cōſtitit,quorum armis Byzantium quandoque occuparetur,quod ſanè non multo poſt euenit.Hinc inexpiabile Hemanuelis in venetos odium originem habuiſſe tradunt. Quo factum eſt,vt illa ſemper,& inſidijs,& aperto Bello. Venetum nomē acerrime inſectatus fuerit:& Anconitanos etiam in præſens ab eius ſocietate alienauit,qui aliquandiu mare incurſionibus infeſtum reddidere, ſed hæc tanta prædonum vagandi licentia breui compreſſa eſt, miſsis enim ex vrbe ſtatim aliquot lōgis nauibus toto mari Anconitanus expellitur,deinde quia aſsiduis bellorum expenſis exhauſtum erat Aerarium, pecuniam ex depoſitis conflatam Patres maturo conſilio in Diui Marci Sacrarium ad opportunos Reip. caſus reponendam curarunt, ac tam diu ſub publica cuſtodia ſeruandam,quoad ciuitatis ſtatus in meliorem fortunam reſtitutus eſſet,hodie Impræſtita appellantur, actum quoque eſt de pace cū Hemanuele Imperatore multis legationibus citrò,vltroque miſsis, ſed incaſſum omnia tentata,erantque in hoc ſtatu res Venetæ,quum ne ciuitas longiorem quietis fructum deguſtaret,Alexandri tertij Pōtificis Maximi acerba Fortuna eam in arma traxit,huius autem belli origo hęc fuiſſe traditur: nouo enim ſciſmate,quod antea pullularat,magnum Octauianus Antipapa ſub Federici Imperatoris fauore in eccleſia Dei ſuſcitauit incendium, ad quod reſtinguendum Alexander Pontifex (vt pium Antiſtitem decet) omnem curam,ſtudiumque adhibuit,exacerbatiſque vtrinque animis duo ſummi orbis Principes in magna diſſenſione verſabantur, aperteque Federicus in Alexandri inuidiam Octauiano fauere cępit:indicto autē apud Diuonem in Gallijs locum concilio,cui intereſſe Alexander Pontifex Federici minis territus neqnaquam voluit,infecta re cōuentus ille diſſoluitur, vnde ira accenſus Federicus in Italiam redijt,atque octauiano præmiſſo ipſe non multo poſt cum validiſsimis copijs in Ciſalpinam Galliā tranſgreſſus eſt.Sed ante eius aduentum diuino iudicio Octauianus pſeudo Pontifex

Not. carminis explanationem.

Impreſtita.

Sciſma.

fex

ſex diem obierat, cui Guido Cremēſis a ſciſmaticis ſurrogatur. huic quoq; ad deprimendā Romani Pontificis dignitatem ſe fautorem Federicus exhibuit: multis interea in ea prouincia rebus geſtis, atq; Anconē vſque promotis ſignis, demum Romam verſus, vt Alexandrum opprimeret, minarum plenus ferociſsimus hoſtis mouit, ſub eius aduentum Pontifex territus duabus triremibus à Guielmo Siciliæ Rege in Tyberim præmiſsis. Caietam primum, inde Beneuentum ſe contulit: Federicus autem Guidone pro vero Pontifice Romæ conſtituto, in Appuliam abijt, crudeli edicto prius propoſito. quo omni Italia Pontifex Alexander exturbabatur, ac capitale eſſet, ſi quis eum fugitiuum, ac Imperij hoſtem iudicatum cibo, potu ue, aut hoſpitio iuuiſſet, ciuitatibuſque, & regulis, qui illum excepiſſent, ſæuiſsimus Eccleſiæ hoſtis ſupremum excidium comminatus eſt: his igitur Cæſaris perſecutionibus Pontifex vexatus, quum omnia circum circa tota fermè Italia hoſtilia ſibi cerneret, tacitam fugam meditatus, à Beneuento ad Garganum montem tranſijt: mox inde Lybumico nauigio Iaderā delatus ex Dalmatia ignoto habitu Venetias tanquàm ad vnicum libertatis Domicilium, & ſecuram quietis ſedem confugit: nec hic quoque ſatis fidens, ob impium Federici edictum, quo Pontificia oppugnabatur dignitas, inopis ſacerdotis habitu ad charitatis ædem latuit, atque (vt aliqui aiūt) ad ſordidum culinæ miniſterium, vt occultius perſonæ magnitudinem cælaret, ſe vltro dimiſit, verum non Diu tantus Hoſpes latere potuit, nam dū miſſarum ſolemnia in templo celebrat, eum quiſpiam intuitus, qui tum ibi forte ſacris intererat, cui commodo fuiſſe nomen tradunt, Alexandrum Pontificem Romanum certo inditio eſſe cognouit, ſtatimque id Principi, & patribus in curiam delatus propalauit, quo audito nouitatem rei omnes admirati ad eum ſtatim publice excipiendum ſtudioſe incumbunt, Princeps igitur, Senatus, populus, cleruſque omnis honorificentiſsimo apparatu ad locum profecti. Alexandrum Pontificem aduoluti genibus lætanter excipiunt, ac inter publicas gratulationes in Patriarchatum Oliuolenſem deducunt, ſpe pacis cum Federico iungendæ à Senatu facta, aut armis Pontificiæ dignitatis illi aſſerendæ, quando alienum à pacis ſtudio Cæſar animum haberet: Primum igitur omnium legatio ad Federicum decemitur, quem publico nomine Patres orabant, vt poſitis armis, infeſtationeq; eccleſiæ omiſſa cum Pōtifice in gratiam redire vellet. Facturum eum rem Cæſarea æquitate dignam, quæ Chriſtiani nominis decus, & quietem Italiæ reſpicere debet. Ferunt Pontificem quum publicę litterę ad Federicum de fide legatis habenda (vt fit) cæra obſignatæ eſſent, in Principis, ac Senatus gratiam mandaſſe, vt Ducales in poſterum literę plumbo munirentur, qui obſeruationis vſus in hunc vſque diem permanet. Legati igitur ad Federicum in Appuliam profecti benignè ab eo inter circum aſtantium Imperij procerum coronam excipiuntur, humaniſsimiſque verbis Reip. nomine

Pontificis fuga.

Litteraliū Ducaliū obſignatio.

mine

mine expoſita mandatorum partè,vbi ad mentionem pacis cum Pontifice agendæ venere,tum Federicus ira accẽſus ite,inquit, & Hęc veſtro Principi referte,Federicum Romanorum Imperatorem. Sontem, & fugitiuũ hominem repoſcere,qui niſi quam primum ſub cuſtodia mittatur, fore,vt Veneti rebelles,hoſteſque Imperij iudicentur,euenturumque, vt victrices aquilas,& Imperialia ſigna ante Diui Marci ædem prȩfixa medio foro breui viſuri ſint,cum his legati miſsi ferociſsimum Federici reſponſum Senatui rettulere,Pontifexque plurimum expauit,ſed Princeps iacentis animũ conſolando erigens omnes maritimas Reip. vires ad eius dignitatem tuẽdam Pontifici obtulit:Federicus autem in Venetos moturus ſeptuaginta quinque triremium claſſem confeſtim inſtruendam curauit, eique Othonem filium præfecit: Veneti ex altera parte ad retinendum maris Imperium contra potentiſsimum hoſtem arma & ipſi Sedulo parant,eratque ciuitas in tanti belli expectationem erecta, quum ſubito trepidiſsimis nuncijs allatum eſt,Othonem Federici filium cum numeroſa claſſe ad Hiſtriæ littora appuliſſe,ingentique populos terrore concuſſos noua conſilia agitare.tum Zianus Princeps in tanto Reip. diſcrimine ad expediẽdam claſſem conuerſus.triginta triremes optimè inſtructas mira celeritate contrahit,diuiniſque rebus à Pontifice piè celebratis proſperam ipſe nauigationem,fęlicem pugnam,maturamque victoriam Principi, Venetoque nomini prȩcatur.Inde ad Zianum,qui iam ferro cinctus cum magna nobilitatis parte in foro aderat,conuerſus,aurato eum enſe, alijſque equeſtribus ornamentis publice inſigniuit,hortatuſque eſt, vt in Deorum auxilio ſpẽ repoſita.Venetus fortiter pugnare vellet,nec enim defuturam cęlitus opẽ, quæ inſigni victoria nomen Venetum perpetuo Illuſtraret:ille vero portu egreſſus triginta longis nauibus in hoſtem magno animo fertur, quẽ ad Salborium Hiſtriæ promontorium.(Quod in Pyranenſi tractu eſt)repertum ferociter inuadit, excepitque Germanus pari audacia irruentem Venetum,commiſſaque atroci pugna pluribus horis dubio vtrinque marte dimicatum:claſſe demum hoſtium fuſa,profligataque inclytam Venetus victoriam adeptus eſt:nam Othone capto,& Saucio,ſexaginta ferme hoſtium triremes,præter alias in profundum demerſas,incenſaſque,in Venetorum poteſtatem venere,ad eam ſingularis victoriæ famam ingens lætitia cum ſtupore Pontificis animum, vniuerſamque ciuitatem occupauit. nec adduci homines poterant,vt crederent,à tam paucis innumerabilẽ manum profligatam eſſe, ſecundoque euentu in potentiſsimum hoſtem, ac longe viribus ſuperiorem ita à Veneto pugnatum,ſed nihil eſt in rebus bellicis tam inexpugnabile,& munitum,quod non diuino cõteratur auxilio: vt vero victricem claſſem ad vrbem appropinquare nunciatũ eſt, videndi ſtudio ingens populi multitudo obuiam effuſa ad portum vſque proceſsit, ibi quoque Pontifex,Senatuſque omnis officij gratia aderãt, è ducariaque triremi

Federici Superb. reſponſum.

Ingẽs Feder.claſsis

Claſsis veneta.

Clara Venet.victoria.

triremi in littus Principem deſcendentem ſtatim Alexander Pontifex cõplexus,victoriam illi gratulatus:inde annulum porrigens aureum, accipe inquit Ziane,& me authore.hoc mare tibi, Venetiſque armis obnoxium deſponſato,quod tu,& futuri Principes quotannis ſtato die in perpetuum ſeruabitis,vt omnis poſteritas memoria repetita intelligat, maris poſſeſsio nem patria virtute, ac nauali diſciplina veſtram eſſe iure belli quandoque factam:atque vt vxorem viro, ita illud hoc deſponſationis annuæ munere veſtro ſubiacere Imperio. tum Princeps gratijs Pontifici actis, Othonem Federici filium,quem ſecum adduxerat, captiuum obtulit, Ipſeque, atque alij Germani Proceres maritimo prælio capti in cuſtodiam tradũtur. mox Otho cum Venetis egit,pollicitusque eſt, ſi in Germaniam è cuſtodia dimiſſus proficiſceretur,fore,vt Federicus Pater cum Alexandro Pontifice,et Veneto Senatu in gratiam rediret,quod ſi ille reiecta pace in armis perſeuerare vellet, ſolenni iuramento fidem ſuam obligauit, ſe quam primum ad Venetos ſub priſtinam cuſtodiam rediturum. his igitur pollicitationibus Otho dimiſſus in Germaniam profectus eſt, & quum ad patris cõſpectum veniſſet,maxima lætitia ab eo excipitur,poſt hæc de ratione belli multa locutus fortunam in re militari Otho accuſauit,quod viribus ipſe longè ſuperior à Veneto nauali prælio victus fuiſſet, atteſtatusque eſt,omnia ſe diligentiſsimè curaſſe,quæ ad optimi Imperatoris officium pertinerẽt, ſed credere,diuina prouidentia factum,quod tam valida claſsis à paucisſimis profligaretur,atque ex iniuſta belli cauſa aduerſam hanc pugnam eueniſſe,orare ſe proinde ipſius clementiam,vt à Pontifice inſectando abſiſteret, & cũ eo,& venetis pacem, amicitiamque reconciliatis animis firmaret: Quod Dijs acceptiſsimum, ac vniuerſo Chriſtiano populo valde ſalutare futurũ eſſet,ſatis, ſuperque in Pontifice oppugnando terra, marique laboratum, ſed omnia fruſtra tentata, quum iniuſtum geratur bellum aduerſus optimum,& Sanctiſsimum Pontificem,facturum eum iccirco rem Chriſtiano ac Auguſto nomine dignam,ſi paccato tandem ipſe animo, odiorumque, ac irarum extinctis facibus,Pontificem amplectaretur,profugũque in Romanam ſedem verum Chriſti Vicarium reduceret, magniſque ad hæc inſtabat precibus,vt accepta prius publica fide Federicus ad Venetam vrbem ſe conferret,vbi Pontifici corã ſatisfaceret,ac ab eo venia petita duo Chriſtiani nominis ſummi principes perpetuam inter ſe pacem componerent: Valuit filij oratio plurimum apud Patrem, continuoque Federicus ab armorum ſtudio ad pacem conuerſus de reconciliatione,ac concordia redintegranda cum Alexandro,& Venetis per legatos agere cœpit. nec ita multo poſt publica fide accepta,Federicus cum Othone filio, ac frequenti Germanorum, Italorumque procerum comitatu Venetias acceſsit:Petrus Zianus Principis filius cum ſex longis nauibus officij gratia Rauennam vſque primum miſſus eſt illi obuiam, vrbique poſteà appropinquantem multa nauigia

Annuli vſus in mari deſp.

Otho liberatur.

Federicus placatur.

nauigia inſigni ornata apparatu Clodiam vſque progreſſa Federicum trirẽmi aduectum ornatiſsima exceperunt. vbi vero Venetias peruentum, Alexander Pontifex ad Diui Marci templi fores Sella ſedens aurea, Cardinalibus Hoſtienſi, Portuenſi, præneſtino, Ziano Principe, Senatuque omni aſtantibus, Federicum ad ſe progredientem expectabat. Is vbi proximo loco ſtetit, purpuream humeris clamydem depoſuit, atque humi Imperiali amoto faſtu procumbens. Pontificis pedes exoſcultatus eſt. Alexander autem Federici collo planta ſuperpoſita. Dauiticum illud in pſalmo protuliſſe dicitur, ſuper Aſpidem, & Baſiliſcum ambulabis, & conculcabis Leonem, & Draconem. tum Federicus regali adhuc inflatus ſpiritu. Non tibi inquit, ſed Petro, cui Pontifex impreſſa fortius planta. & Mihi, ait, & Petro, inde illum confeſtim manu alleuatum Pontifex ad oſculum admiſit, templumque ſimul ingreſsi duo orbis terrarum ſummi Principes ad aram maximam acceſſere, vbi ædito in loco poſt pias preces Deo redditas ambo conſpecti, ac ſe inuicem alloquentes ſuauiſsimum populo ſpectaculũ præbuere. Aderant & hi omnes viri Religioſi. Pontificem ex diuerſis orbis partibus ſequuti. Pontius claramontius Epiſcopus Bonauallus Abbas Romualdus Archiepiſcopus Salernitanus. Rogerius comes Andriæ, ambo oratores Regis Siciliæ, Vldericus Aquileienſis Patriarcha, Philippus colonienſis. Chriſtianus Maguntinus, Vichamanus Magelburgẽſis Arnulphus Treuerenſis, Corradus Salſiburgenſis, Archiepiſcopi, Algiſius Mediolanẽſis cum Milone Epiſcopo Taurinenſi, & plerique alij tam Itali, quàm exteri viri inſignes. Ferunt ſolemni Dominicæ Aſcenſionis ad Cœlos die id factum, vnde in tam fęlicis rei memoriam celebrem illam indulgentiam Diui Marci templum viſitantibus quot annis eadem die in perpetuum conceſſam: qua item luce Princeps cum magna Senatus parte Bucentauro ad mare deſponſandum ad portus fauces progreditur, inauratoque annulo è puppi in ſubiectum pelagus proiecto. hęc verba Princeps profert. Hoc facimus in ſignum Imperij maris. Atque inde ſuperis pie exoratis, Princeps, Patreſque reuerſi laute in curia epulantur. nec ita multis interiectis diebus Pontifex, Imperatorque Venetijs abiere, quos Zianus Princeps officij gratia ſecutus eſt: ſed Federicus terreſtri itinere, Alexander autem Pontifex cũ Ziano Principe mari eodem tempore Anconem peruenere, vbi quum tota ciuitas lætabunda ad portum effuſa publico nomine vmbellas duas auro contextas vnam Alexandro, alteram Federico obtuliſſet. tum Pontifex tertiam Veneto Duci afferri iuſsit, eaque vt ipſe, & reliqui Principes perpetuo vterentur, inſtituit: vbi vero Romam ventum eſt, ingenti quidem lætitia Pontifex à tota ciuitate excipitur, & quum inter multa, & varia Romani populi officia argenteas tubas, diuerſi quoque coloris vexilla eſſet intuitus, ad apparitores conuerſus, qui illi aſtabant, ex ipſis tubis octo, totidemq; vexilla in adeptæ victoriæ memoriam offerri Principi Ziano iuſsit: cæterum

Ponti. & Cæſar, recõciliatio

Maris deſpõſatio.

Vmbella.

Tubę vexilla.

rum non deſunt, qui affirmant fuiſſe inſignia illa aliunde quæſita, victoriæque huius ſucceſſum diuerſum ab eo, qui à nobis traditus eſt, enarrant. ſed id Veneti Annales habent, confirmatque hoc idem figuratio illa in comitijs totius rei geſtæ, niſi enim res eò modo quo ſecuta, & à nobis relata eſt, veritatem contineret: non vtique Priſci illi veneti modeſtia pleni tam impudẽter eam Hiſtoriam in publicum referendã cenſuiſſent, adde, quod eiuſdem rei Schæma Senenſi in vrbe ducenteſimo, & amplius ab hinc anno figuratum apparet, id quod multi vidiſſe affirmant, in quis Matthæus Dandulus vir grauiſsimus eſt, & poſteà Aloyſius Mocenicus, qui dum è Roma legatione functi per Hetruriam iter facerent, rei geſtæ ſeriem publico Senarum atrio depictam inſpexere, extãt etiam carmina quædam vetuſto ſaxo inciſa ſuper fores templi, quod ad Salborium in Hiſtriæ ora eſt, vbi nauale fuit prælium, quæ fidei cauſa annotare placuit.

Heus populi celebrate locum, quem tertius olim Noc. carmina.
Paſtor Alexander donis cęleſtibus auxit.
Hoc etenim pelago Venetæ victoria claſsi
Deſuper eluxit, ceciditque ſuperbia magni
Induperatoris Federici. Et reddita ſanctæ
Eccleſiæ pax alma fuit, quo tempore mille,
Septuaginta Dabat. centum, ſeptemque ſupernus 1177.
Pacifer adueniens ab origine carnis amictæ.

Sed (vt alia omittam) Id ne forſan difficile eſt credere? populum maritimę rei diſciplina clarum, qui Pipinum Regem potentiſsimum, qui Rogerium, qui Guiſcardũ, Hunnos, Sarracenos, Mauros naualibus ſæpe prælijs deuiciſſet. Othonem Federici filium numeroſam ductantẽ claſſem profligare non potuiſſe? Vicere Romani parua manu Tygranẽ Armeniæ Regẽ, Noc argumenta. Mythridatem, Antiochum, Alexander exiguis copijs Darium, Porũ, atq; aliæ gentes alios, cur non Veneti maritimis pollẽtes viribus Othonẽ iniuſtum gerẽtẽ bellũ? ſed id externi Scriptores nõ ponunt, nec ijdẽ propterea negãt, ſatis eſt, quod domeſtici annales aſſerant, referent, atteſtentur, quos ſequi debeo, in his pręſertim, quæ tam verò ſimilia ſunt, vt nihil poſsit eſſe vel magis ſimile, vel rationi, fideiq; proximũ, credunt Romani (Liuio prodẽte) Romulum, & Remũ (quod à communi ſenſu diſtat) Lupam infantes vberibus ferinis nutriſſe, Decium in terræ hiatum armis ſe cum toto equo proieciſſe, Coclitẽ è ponte ſolum aduerſus tot armatorũ millia pugnaſſe, hæc ille tradidit in natura rerum noua, & rara, noſtra fidem non habebũt? quæ vſitata plerumque in bellis eueniri ſolent: Nec plura hoc loco dicta ſint, prudẽs lector iudicet: Poſt hæc autẽ Zianus Princeps Roma digreſſus Venetias redijt, cui Oliuolenſis Antiſtes, Senatus, & populus officij gratia obuiã prodiere, ipſeque è Ducaria naui egreſſus præcedẽtibus ſolenni, nouaq; põpa, tubis, vexillis, vmbella, cum ſella curulli, ac puluino aureo, inter

G triumphales

triumphales totius populi plauſus,& congratulationes nouis ornatus inſignibus vrbẽ ingreſſus eſt: Verum Zianus Rep. domi, foriſque fœliciter administrata anno Ducatus ſeptimo quum prius fortunas,opeſque ſuas,quę ampliſsimę fuerunt,in pias cauſas diſtribuiſſet,è vita deceſsit:ad Georgijq; Fanũ ſub monaſterij porticu ſepultus fuit:cui multa,& ampla prędia mercatoria via ex teſtamento legauit:Diui quoque Marci templum eius opibus maiori ex parte conſtructum,inſtauratũque fuiſſe dicitur,cuius ſtructura(vt pauca hoc loco de ipſo templo memorem)excellentiſsima omnium
D.M templi deſcri. prædicatione habetur, Eſt enim innumerabilibus columnis tota moles innixa,tẽpliq; faſtigia plumbeis operta tegulis, ſuperbiſsimiq; ad id fornices miro opificio ſummitatẽ templi ſuperiori parte fulciunt,in ipſaq; teſtudinum,atq; arcuũ cõuexura,quicquid à medio aſſurgit, puriſsimo fulget auro, muſiuoq; , ac theſallato omnia opere ſurſum emicant: Quod inde ad pauimentum infra ſubiacet,id totum marmoreis eſt cõpactum tabulis,circa imũ ſedilia peregrini lapidis tẽpli ambitum cõplectuntur,pauimenti ad hæc ornatus eximius, vbi figurarũ,minutorũq; lapidorum incredibilis contextus, varietaſq; apparet,In ipſo autẽ veſtibuli faſtigio à frõte foris quattuor Aenei equi auro micãtes,infreneſq; admirabili,atq; alacri ſtatu edito in loco prominent, ſimilemque pari corporis motu adeo greſſum ducentes habent, vt in ſubiectam latiſsimæ Areæ planiciem pariter deſilire videantur. Lyſippi (vt aiunt) opus,quod eximium eſt, & priſci quidem ſeculi:Hique à Tyridate Armeniæ Rege Neroni dono dati dicuntur, Quos poſteà Conſtantinus Imperator Roma Byzãtium deuexit. Inde Venetias tranſlatos Zianus celeberrimi templi culmine ſtabili, perpetuaq; ſede conſtituit. Perſimileſque aereo Numiſmate antiquiſsimo inciſos cum Neronis Cæſaris ex altera parte effigie Paulus Ramuſius,Ioa. Bap. Filius adoleſcens elegantiſsimi Ingenij,ac vetuſtatis amator nobis oſtendit,eoſdemq; ipſos ſimili forma,Statuque ea mihi repreſentauit ſignatio, Sed deſcriptionem noſtram proſequamur, ad hæc eminens, operoſumque templi ſupercilium ſenis ſe ſe explicat Pinnaculis.vbi ex candido lapide nudi genij ſtatuæ repoſitæ exteriorem templi faciem mirum in modum exornant. Alia que ſuauiſsimi aſpectus ſimulachra hinc, inde conſtituta admirabile ornamentum templo addunt. Et hæc eſt illa Diui Marci Aedes opibus Ziani Principis in hanc amplitudinem, & inſignem molem eracta, fama quoque tenet, huius Principis legato illam piam Nummorum annuam diſpenſationem primo inſtitutam. Qua procuratores Viduarum, Orphanorum, ac pauperrimi cuiuſque innopiam ſubleuant. In Ziani
Auri.Maſtroperius D. xxxx. 1178. igitur locum ſummo omnium conſenſu Aurius Maſtroperius Princeps Surrogatur. Ac ſub id tempus Iadera nouis adhuc, rebus ſtudens à Venetis defecit. Ad quam recipiendam comparata eſt ſubitò valida claſsis,in Dalmatiamque cum ea eſt tranſmiſſum, tentataque

vrbs

vrbs multis oppugnationibus capi non potuit. Bela Pannonię Rege firmo eam tenente præſidio. Inſulæ autem circuniectæ modico negotio Imperium recepere. itum tamen rurſum ad obſidionem Iaderæ, quæ intermiſſa fuerat, Sed dum veneti Dalmatico ſunt bello occupati, vrbemq́; terra, mari que prēmunt, ac ferox hoſtis nequaquam cędit, accingunt ſe interim Chriſtiani ex tota fermè Europa Principes ad Hieroſolymam recipiendam, ex qua Sarraceni octauo, & octuageſimo anno, quibus Gothifredi auſpitijs à Chriſtianis vrbs illa cum tota Iudæa occupata fuerat, Saladini viri fortiſsimi ductu Gallos eiecerant, Inducijs itaque cum Bela pannoniç Rege in biēnium pactis, vt rem Chriſtianam pro ſua parte iuuarent. Veneti & ipſi ingentem claſſem decernunt, quæ in Syriam profecta Acconem ſtatim maritimis oppugnationibus fatigauit. Claſſe hoſtium poſteà diſiecta, ac toto mari fugata, Chriſtiani Venetorum auxilio vrbem poſt annuā ferè obſidionem receperunt, multiſque alijs in prouincia à Veneto pręclare geſtis claſsis tandem tertio anno, Quo abfuerat, domum reducitur, nouúque Nūmi genus hoc tempore Venetijs ſignatum eſt, Aurellumque à Principis authoris nomine nuncupatum. Ipſe vero anno Principatus ſui octauo, atq; (vt quidam ſcribūt) Quartodecimo, monaſticā vitam ſequutus ad Fanum crucis diem extremum obijt: ei ſucceſsit Henricus Dandulus vir & magnitudine animi, & generis claritate inſignis. Cuius auſpicijs Veneti Imperij fines lōgè, lateque mari promoti: Cum Piſanis primum, qui ex Syria cum claſſe digreſsi in Adriaticum ſinum flexerant, armis diſceptatum, iniuriaq; à Thuſco orta. Quippe qui Polam Hiſtriæ vrbem ſubitò incurſu oppreſſerat, indignabundum Venetum in arma traxit, nouaque ſubito claſſe comparata, militeque in eam impoſito, ad Polam continuo itum. Piſaniſque inde fugatis vrbs repentè capitur, ac quicquid Hetruſcarū nauiū illic fuit, Victor Venetus concremauit: Polæ ad hæc mœnia eſt demolitus, ne amplius Piſanis receptus eò eſſet. Hiſtriaque continuo claſsis Veneta digreſſa Ioanne Baſilio, & Thoma Falerio pręfectis circa Brūduſium ferocē hoſtem adorta eſt. Qui cum Veneto non auſus congredi, trepide toto ſinu exceſsit: Alij ad Methonem pugnatum dicunt, victoriāque Veneto aſsignāt. Sed vtcunque res ſe habet, non multo poſt inter vtrunque populum pax ſequuta eſt: Per hæc quoque tempora fortuna iam ad altiorem gloriæ apicē Reip. ſtatum attollente. Bellum nouum, ingenſque ad Orientem exarſit, quo maiori Græciæ parte cōflictata, ad illas Veneti oras fines Imperij protendere. Nam præerat per id tempus Græciæ rebus Iſacus homo Chriſtiani nominis amiciſsimus, cuius virtute, fidaque opera Galli, & Germani Duces; Qui è Byzantio in Aſiam cum copijs transfretabant, maximum ſenſere bellicis in rebus adiumentum. Hic fratrem minorem natu Alexium nomine habuit; Quem tanta beneuolentia proſequebatur, vt nomen, Iuſque Imperij commune cum eo eſſe voluerit. Sed impius frater

Aurellus Nūmus.

Henr. Dādulus. D. xxxxi. 1192.

Iſa. Græciæ Imp.

G ij beneficiorum,

beneficiorum, Tantæque neceſsitudinis immemor, Iſacum in Stagira, ad Strimonem Fluuium oppido dolo captum,& à Pātaugeno Græculo quodam crudeli iuſſu excecatum, in vincula conijcit: nec vno contentus ſcelere nepotem duodecimum agentem annum inſequutus nefarias manus in eum inijcere tentauit. Sed is amicorum conſilio, & præmatura prudentia celeri effugio periculū diſcuſsit: ferturq́; hic Alexius (quod Græca habet Hiſtoria à Nicęta choniate viro doctiſsimo compoſita) dum Arabicū fului coloris in Palatium è templo rediturus equum conſcendiſſet. Tyrannū, & fratricidam, veluti rationis, et ſenſus humani animal capax Seſſorē agnouiſſe, Hinnituque, & morſibus, & calcibus ille agitatus. equi tandem dorſo

Not. Rem miram.

deijcitur. & Gemmata corona è capite excuſa eſt. Secundo quoque adducto equo idem illi contigit. Quo inauſpicato omine infęlix Alexij exitus facile denuntiatus fuit. erant autem ea tempeſtate Venetorum opes, maritimęq́; vires validiſsimę. quas ſibi adiungere aduerſus infideles in tranſmarina expeditione Principes Chriſtiani vehementer optabant. nam verno eius anni tempore Bonifacius Monferratenſis, Baldoinus Flandriæ, Henricus ſancti Pauli comites, Pleræque Dux Dolocus, & cum his Sabbaudiæ Regulus Ludouicus, vt in Aſiam cum copijs traijcerēt, Venetias acceſſerāt, maritimum enim iter tutius, breuiuſque ad traijciendum in Syriam futurū eſſe videbatur. Quū in Germania, pannoniaque, vnde aliquoties Chriſtianorum traductus fuerat in Aſiam exercitus, res per id tempus parum quietæ eſſent. Principes igitur cum Venetis paciſcuntur, vt nauigia ad conuehēdos commeatus, equites, pediteſque, ac bellorum machinamenta vſque ad Thracium Boſphorum ſibi traderentur, vbi alia maior armatorum manus inſederat. magnumque auri pondus veneto pro vectura promiſſum dicitur. parata itaque claſſe quia milites haud in tēpore affuere, res in autumnū protracta eſt. Qua mora accidit, vt pecunijs Principes exinaniti. quas pro viatico collegerant, coacti ſint, aliquot aureorum nummum millia mutuo à Venetis expoſcere. eam autem pecuniam patres ex ſua liberalitate non ſolum mutui nomine erogarunt, ſed etiam dono dediſſe dicuntur. his tamen

Att. Chriſtiani P. exped.

Not. Venetorū liberalitatem.

conditionibus, vt Duces Chriſtiani ſocijs armis auxilio Venetis eſſent, ad retrahendos ad Imperium Hiſtriæ accolas, Iaderamque recipiendam, quæ fruſtra antea oppugnata Pannonicis adhuc armis tenebatur. nō modo nō id Venetis negatum, ſed inito fędere ſocia etiam (vt petitum eſt) cū his arma iuncta: Dandulus Princeps & ſi Hemanuelis perfidia viſu debilitatus parum proſpera vtebatur valitudine, ne tamen Reip. deeſſet. cum reliquis Ducibus in expeditionē, bellumque proficiſcens ſubito claſſem aſcendit. primaque velificatione Hiſtriæ littoribus appulſus Tergeſtinos, Muglenſeſque in fidem receptos tributarios reddidit. Inde Iaderam claſse admota, vrbſque Gallicis, Venetiſque armis diu oppugnata demū multo cruore vtrinque effuſo recipitur. Superuenienteque hyeme in Dalmatia numeroſa

roſa

roſa illa claſsis Hybernauit. Huc autem Alexius adoleſcens Iſachi Impera toris filius, qui patrui ſceleratas manus effugerat. paruo comitatu acceſsit. Et ad Dandulum Ducem, Galloſque Regulos conuerſus eorum fidē implorauit. multa enim de iniuria patrui quæſtus erumnoſam Iſachi genitoris conditionem expoſuit. Qui fraterna impietate in ſummo vitæ diſcrimine conſtitutus eſſet. eiuſque cæcitatem, ſqualorem, carcerē, & vincula memorauit. Suumque ad hæc exilium addens, ſummis eos precibus orabat, vt afflictis rebus opem afferrent, nec inultam patris de Rep. Chriſtiana bene meriti iniuriam paterentur. polliceri ad hæc magnum auri pondus, præmiaque multa proponere, quæ euerſis inimiciſsimi viri opibus, ac recepto Imperio ſe Regia fide præſtaturum affirmabat: mouit adoleſcentis oratio, & rei indignitas omnium animos, viſaque eſt Venetis, & Gallis digna cauſa, cui quiſque libens fauorem, patrociniumque ſuum præſtaret. Iccirco ad prima veris ſigna inſtructa claſſe, lectiſsimiſque in eam militibus impoſitis, Veneti, Gallique ex Illyrico ſoluerunt. Græciam verſus perpetuo curſu nauigantes, ſed Iadrenſes quidam profugi captata occaſione ex Venetæ claſsis diſceſſu. infeſtiſsimam Hiſtris, finitimiſque Dalmatiæ populis Pyraticam exercere cœperunt. nullibique eorum incurſionibus commeantia intra ſinum nauigia tuta erant. decreta eſt igitur in Dalmatas prædones noua claſsis, præſidente tunc. Reip. vicario nomine Raynerio Dandulo Henrici Princeps filio, & ad Iaderam extorrum ſigna ſunt promota, cum Pannonico præſidio, verum nouo nauium, militumque ſupplemento è Venetijs in Dalmatiam accedente, rerum ſuarum periculo exules commoti pacem ſuppliciter petiere, quam facile ex ſolita Senatus lenitate impetrarūt: miſsi ſunt tamen Venetias obſidūm loco Principū liberi, expreſſumque, vt mille cuniculorum pelles quot annis Veneto Duci ex Illyrico tributi nomine mitterentur. dum hæc in Dalmatia gerūtur, Veneti interim, Gallique per Ionium, Aegeumque, ac Helleſpontum ad propontidē iuxta Byzantium peruenerunt. Alexioque adhortante vrbis inuadendæ conſilium Principes Chriſtiani iniere, ad idque omnes intenti arma terra, mariq́ue parabant. Eſt autem Byzantium (vt de loco, ſituque eius pauca ſubijciam) clariſsima Thraciæ vrbs à Pauſania Sparthanorum Rege tot ante ſeculis condita. Conſtantinopolis poſteà dicta à Conſtantino Cæſare Auguſto, qui Imperij ſedem ex Italia eo tranſtulit. Eſt vrbs ipſa opportuniſsimo loco ſita ob terreſtria, maritimaque commoda. habet enim ad Septentrionem ſinum quinque paſſuum millibus ab alto ad occidentem protentum, & ex vrbis regione ſita eſt Pera oppidum ſatis frequens, mariſque ipſius anguſtias à peruijs boum meatibus Thracium Boſphorum Græci appellāt. ad Byzantij igitur oppugnationem Veneti, Gallique intenti. vrbem terra, marique bellicis operibus inuadunt, ac cathena primū; quę ad ſinus anguſtias validiſsima obiecta erat, à naui Veneta Aquila vulgo nūcupata. perrumpitur.

Not. Alexii querellas.

Att. Dalmatarū inſoletiam.

Byzantii deſcriptio.

Byzantii oppugnatio.

rumpitur.ingreſſuſque portum Venetus poſt laborioſum, cruētumque cū Græcis certamen ipſum tandem occupat,ex altera parte Galli circa Euergetæ Monaſterium,ac Blachernium palatium mœnia adorti in his demoliendis ſtrennuam operam nauarunt.in vrbemque irrumpere nitebantur. Sed Theodorus Laſcari Imperatoris gener cum firmiſsimis copijs ſubita eruptione ex vrbe facta in Gallos ferociter inuectus eſt. ac cruento certamine vtrinque pugnatum.verum pulſus Græcus intra męnia cum ingenti cæde repellitur,nec maritima oppugnatione Veneti vrbem fatigare intermittentes,magnum hoſtibus terrorem incuſſere.nam ex nauium malis, ac tabulatis miſsilia,faceſque in propugnatores conijcebātur, in ſummoq; diſcrimine res Græcorum conſtitutæ erant. tum tyrannus cum militum robore eò accurrens Venetum ferociter pugnantem aliquātum repreſsit. Sed terra,marique circumuallatam vrbem quum diu tutari poſſe nequaquam ipſe ſperaret,reſque Imperij acciſas, ac prope perditas conſpiceret, concubia nocte deſperata venia ex vrbe clam cum Eudocia vxore ad Blachos in Myſsiam profugit:At populus ſummo mane cognita illius fuga Iſachum ſtatim ex vinculis educit. inde Alexius,Veneti, Gallique Duces patefactis repente portis in vrbem ingenti omnium fauore excipiuntur, conſalutatiſque Sene,& adoleſcente Imperatoribus magnæ vtrinque gratulationes fuere,& Iſachus pro concione rata, firmaque eſſe voluit. quæcunque filius cū Venetis, Galliſque pro recuperatione Imperij pactus fuiſſet,atque in hoc vnum omnem curam intenderat. Quum aduerſa ſubito valitudine correptus Senex interijt,nec filij in oſtendenda animi gratitudine erga Venetos,Galloſque ſuæ dignitatis aſſertores minor cura fuit. Qui omnia Sedulo agebat,vt quæ promiſerat, illibata fide ſeruaret:verum inſolens ciuitas,& Latino nomini infenſa optimi adoleſcentis conſilia euertit:orto namque tumultu populus arreptis ſtatim armis in Imperialē aulā impetum facit,ibi conuicijs in Alexium indigne iactatis eius imperitiam, prauitatemque animi accuſat,ꝙ ſtultus adoleſcens pecuniam vndique cōquiſitam abraderet,fortuniſque ciues ſpoliare vellet, vt gentis auariſsimæ Ingluuiem expleret,miniſque in eum ferociter agebat.at Alexius in tanto ciuitatis motu vitæ ſuę timens vt populi furorem compeſceret.ſupra ętatē maturo conſilio vſus eſt.alta enim voce pronuncians ſe in ciuium ſuorum poteſtate futurum.eius noctis tumultum hac populari denunciatione ſedauit,poſtridie vt res ſuas firmaret,timens vulgi inſtabilitatem ad Bonifacium propinquum ſuum clam in caſtra mittit,eumque pro mutua neceſsitudine,& conſanguinitate orat,ac obteſtatur,vt tertia proxime noctis vigilia cum armatis cohortibus ſibi ipſe auxilio quàm celerrime adeſſe vellet,magnum dicere non Imperij ſolum,ſed vitę quoque ſibi à ſeditioſis ciuibus imminere periculum.at id,quod alexius moliretur.quum forte Ducas Murzuffus.ſiue Myrtilus,ob coniuncta ſupercilia Gręco vocabulo Sic

Not. Alexii fugam.

Murzuffi factum.

cognominatus.

cognominatus reſciſſet.homo ex infima plębe ſeditioſus,& procax, & qui multis honoribus ab Iſacho cultus fuerat.continuo(vt ambitioſo erat ingenio)& ad omne facinus prompto,rē paucis aduerſę factionis communicat.Alexiumq; incuſat,quòd is in Gręcorum perniciem latinos armatos in vrbem introducat.ſtatimque nouo tumultu de induſtria orto:Marzuffus ſub ſpecie ferendę opis ad Alexium accurrens eum trepidantē inſtantis periculi metu admonēdo,hortandoque perpulit,vt ſe ſe in abditiſsimā palatij partem illatebraret,iuuenēque ad locum perductum ſatellibus ſuis aſſeruandum,cuſtodiendumque tradidit:inde in publicum exiens ingenti populi concurſu facto in quo loco res Imperij ſitę eſſent.paucis verbis edocet,deinde in latinam gētem Gręco aſtu inuectus de vrbis periculo diſſeruit:eſſe proinde opus affirmauit,viro aliquo prudenti,& non impubere,& rerum ignaro,ſi pręſentibus malis obuiam iri,ac vrbis ſaluti conſulere cuperent.multiſque alijs adhortationibus,ac humaniſsimis verbis ad Imperium aſpirans populi fauorē aucupari ſtudebat.Eſt itaque (id quod maximopere affectabat) vir ſagax conſequutus,vt incōditis vocibus eum vniuerſa concio copiarum Ducem,ac Imperatoaē acclamarit.Ipſe vero fortunę blandiēti in tanta occaſione non defuit,magna etenim protinus. Satellitum,propinquorumque gratulantium caterua ſtipatus in palatium, regiaſq; ędes irrupit.vbi Alexium adoleſcentē crudelis carnifex eliſo gutture propria manu necauit,inſepultumq; relinquēs in alios Alexij nominis ſtudioſos ferrum diſtrinxit.tanto facinore perpetrato ingētes ſubito copię à Myrtilo contrahuntur,ad partes ſuas hoc tyrannidis initio firmādas, & vt tutiorē rem Gręcam ipſe redderet,Gallos,Venetoſque, quos infenſe oderat,armis è tota prouincia pellere conſtituit:vrbe igitur cum omnibus copijs repēte egreſſus, in Gallorum ſtationes circa Phileę loca impetum fecit.Quibus Flandrenſis comes vir impiger pręerat is(vt inuicto erat animo)ſtatim cum paucis accurrēs tandiu irruētem Gręcum ſuſtinuit,quoad armatę legiones,ſubſidiarięque Acies affuere: momēto itaq; tēporis ſub eorum appulſu hoſtis fuſus,fugatuſque trepidē ſe in vrbē recepit, ſignaq; militaria Gręcis adēpta cum virginis Icone. Quam gens ſuperſtitioſa in pręlijs ineundis pręferre ſolet, camque ab hoſte ablatam in bonum omen. Itali,Gallique vertere.Iconeq; ea eſſe dicitur,quę hoc tēpore in Diui Marci templo aſſeruatur,circūlataq; pijs per forū precibus tēpeſtates ſedat, ſolemq; inducit, cōtraria quoque ratione nubes,pluuiaſque ciet:res inde inter Venetos,Galloſq; in conſultationē venit, eſſet ne Alexij indigniſsima cędes vindicanda aduerſus perfidum tyrānum,qui Imperio occupato nefarias manus Regio ſanguine tam inhumane polluiſſet: decreuere igitur omnes vnanimi conſenſu rē armis gerere, ac bello ſontem Gręcum proſequi:fędusq; īter Venetos,Galloſque denuo initum eſt,in quo ita expreſſum, vt ipſius vrbis, oppidorum, rerumque omnium, quas ſocijs armis Veneti,

Not.Murzuffi impietatem.

Nota de Icone.

Art. nouũ fœdus. Veneti,Galliq́ue ex Conſtantinopolitano Imperio capturi eſſent. dimidium Gallus haberet, reliquum Veneto æqua partitione cæderet. confeſtim igitur hac noua fęderis formula contracta ad oppugnandam vrbem copiæ terra,mariq́ue ductæ ſunt. plurimumq́ue circa mœnia laboratum. Græcis ea fortiſsime tuentibus,cæterum is fuit Venetæ claſsis in hoſtium munitiones impetus,ea turmarum virtus,vt pulſo è mœnibus præſidio ab ea maris parte prius Veneti,quàm Galli à continenti in vrbem irruperint. in octauumq́ne,& ſexageſimum diem expugnatio illius protracta eſt.Sed Myrtillus antequàm vrbs caperetur,noctis vmbra vſus magno auri pondere aſportato,ad Theſſala tempe profugit. Qui poſteà captus, atque ex Not. Myrtili exitũ. alta columna in Tauro vrbis Regione(vt Vaticinio quodam illi prædictũ fuerat)Baldoini iuſſu præcipitatus,miſerabiliter perijt:oppidani autem venia ſuppliciter petita,victorum clementia ſeruati ſunt: Bizantio recepto, de creando Imperatorẽ conſultatione ſtatim procerum, ducumq́ue habita conuenit inter omnes,vt quindecim viri crearentur (ab alijs duodecim fuiſſe traduntur)ſed ego priorem numerum teneo:quibus Imperatoris eligendi ius,poteſtaſq́ue eſſet,nec non vrbis Antiſtitis creandi,ſecundum hęc decreta Veneti ex Electorum numero hos quinos dedere. Othonẽ Quiri-Not. electores. num,Nicolaum Nauigaioſſum,Panthaleonem Barbum,Vitalem Dandulum,& Bertutium Contarenum,Flandrenſis,& Sancti Pauli comites totidem. Qui fuere Dux Saxoniæ, Mareſcalcus campaniæ, & Arnulphus de Marchol.Reliquorum duorum memoria non extat. Monferratenſis, & Allobrogum duces adiecere Iacobum Nauarrinum, & Nicolaum de Pizuolis:adiunctiſq́ue Henrico Principe,Baldoino comite, & Monferratẽſi Marchione,quindecim electorũ expletur numerus.coacto igitur in Apoſtolorum æde concilio,ferunt ad Dandulum Principem Græciæ Imperiũ electores deferre voluiſſe. Sed Panthaleonis Barbi ſuaſione exterum virũ delectum,qui rei ſummæ præeſſet, vt Veneti ea cura tutandi Imperij aduerſus efferas gentes leuarẽtur,atque ita diuino auxilio implorato horum quindecim electorum ſuffragijs Baldoinus Flandrenſis trigeſimum, & ſe-Baldoinus Byzantii Imper. cundum ætatis annum agens vir pius.modeſtus,& iuſtus Byzantij Imperator eſt declaratus,& Thomas Maurocenus Archiepiſcopatum habuit.Qui Romam ad Innocentium Pontificem profectus, adeptæ ab eo dignitatis confirmationem obtinuit: paccato ciuitatis ſtatu,Baldoinus,ac reliqui expeditionis Aſiaticę Principes vt Imperij res Myrtili nouitate turbatas, alienataſq́ue ad noui Imperatoris fidem: obſequiumq́ue retraheret.Byzantio cum iuſto exercitu profecti totam ferè Thraciam armis ſubegere:impoſitaq́ue ſunt tribus illius prouincię vrbibus Oreſtiadi,Dydimotico,& Philopoli validiſsima pręſidia:Henricus interim Princeps vt & ipſe eam partẽ Imperij,que ex fœdere Venetis debebatur,obtineret:cum Baldoino agere cœpit,vt quæ promiſſa eſſent, ex fide exoluerentur.Itaq́ue pro pacti,fęderiſq́ue

riſq; obſeruatione Imperator Cretam Inſulam ex Bonifacij Monferraten ſis conſenſu, qui Inſulã tenebat. Venetis libero iure habendã tradidit: Pro qua mille auri Drachmas accepit. Bonifaciusq; in Cretę recompenſatione Theſaliæ, eſt Rex declaratus: Addũtur præterea Venetis omnia ferè loca, & Inſulæ Ionij, Aegeiq; maris, quæ Conſtantinopolitani fuerant Imperij. Hæc autem vt magis firma, rataq; eſſent Marcus Sanutus, & Rabanus Carcerius Danduli Principes oratores circa Adrinopolim in caſtra ad Monferratẽ ſem ſunt miſsi. Qui recepta pecunia omne ius, quod Alexij munere in Creta Inſula quęſitum habebat, Veneto nomini remiſit, Is poſteà circa Peneum Fluuiũ in Græcos bellum gerens ad Oetam montem vſq; peruenit, & Termopylas, Lariſſamq; occupauit: Thomas interim Conſtantinopolitanus Antiſtes ab Roma reuerſus, in Græciam nauigauit, ſecum quattuor inſtructiſsimas triremes habens, quæ in ſupplementum cæteræ claſſis Byzantium ad Henricum Principem mittebantur. Quibus fretus & ſi homo religioni addictus, arma, bellumque abhorrebat. Raguſium tamen Quod à Veneto Imperio defecerat, armis recepit. Et Dyrrachio in fide nutanti præſidium impoſuit, hinc Byzantium progreſſus ingenti omnium plauſu, & fauore exceptus eſt. Baldoinumque ex Romani Pontificis authoritate diademate Imperij inſigniuit. Fuitque ea dies celeberrimo tot nationum Graiæ, Gallicæ, & Latinæ conuentu lætiſsima: poſt hæc cunctis terra, mariq́ue locis ad Parthos, Perſaſq́ue vſque (præter vnam Andrinopolim Cozæ Schytæ viri fortiſsimi præſidijs munitam) in Imperatoris poteſtatem redactis, immatura eum mors abripuit: Nec multis interiectis diebus à Baldoini obitu, Henricus Princeps Venetus, & ipſe vita functus eſt, anno Principatus ſui tertiodecimo, Byzantijq́ue in Diuæ Sophiæ ſepultus fuit atrio: Petrus Zianus Sebaſtiani Ducis filius quum Arbæ comes eſſet. In defuncti Danduli locum ad Principatum euehitur. Veneti interim qui Byzantij erant, vt magiſtratum in ea ciuitate haberent, vterenturq́ue eius patrocinio apud Imperatorem in negotijs tam publicis, quàm priuatis, Marinum Genum prætorem ſibi creauere: Quattuor quoque Legati Conſtantinopolim ad Henricum Imperatorẽ, qui Baldoino fratri ſucceſſerat, ad renouanda cum eo fędera publico nomine ſunt miſsi. Legati autẽ fuere Rogerius Maurocenus, Benedictus Grionus, Paulus Quirinus, & Rogerius Permarenus, ſed dum hæc in Gręcia geruntur. Patres vt Imperij Conſtãtinopolitani loca, quę ex fędere cũ Gallis icto, ſortiti fuerãt, ex Reip. dignitate Veneto nomini retinerent, edictũ propoſuere, vt qui ciuiũ, ſociorũ ue priuatis auſpicijs ea loca intra Ioniũ, Egeũq; mare poſita occupaſſent, libero iure quæſita ſibi, ac poſteris in perpetuum eſſent: quo factum eſt, vt multi ciues, ac ſocij ad apprehendendam inſularum, locumque poſſeſsionem adducti fuerint, ex his enim Marcus Dãdulus, & Iacobus Viarus communiũ armorũ ſocietate Garipolim occupant. M. Sanutus ex Cycladibus

Creta Veneto Imperio cedit.

Bonifacii geſta.

Pet. Zianus D. XXXIX. 1205.

Legati Veneti.

Not. edictum.

Naxum,Parium,Molum,Aeginam,Andrumque ſubiecit,Rabanus Carcẽrius Veronenſis,qui in Græciam venerat, vt in Aſiam cum reliquis Chriſtianis Ducibus traijceret, Euboeæ Dominio potitur: Andreas, & Hieremias Giſi Thenum, Myconem, Schyrum, & Sciatum ſcopulum in ſuam redigunt poteſtatem:Philocolus Nauigaioſſo Staliminum,quę olim Lemnus dicebatur: Dominus de la Rocha,qui ex Campania venerat ad Aſiaticum bellum,occupat Athenas,Corynthum, Argos, & Naupliam, efficiturque Dux Moreę. Atque ita Conſtantinopolitani Imperij loca inter Venetos,ſocioſque ex Senatus conſulto diuiſa, ac partita ſunt: Quod prima ſpecie indecens factum apparet,ſed Rep. maioribus curis implicita priuatorum vti præſidio placuit,ad retinendas in fide Inſulas, his itaque in Græciæ ora geſtis ne publica in Helleſpõto maritima Venetorũ deeſſent præſidia,vnius,& triginta triremiũ claſsis in altũ ſub Raynerij Danduli,& Rogerij Permarini auſpicijs deducta eſt:Quæ inter nauigandũ ad Adriatici ſinus exitum Leonẽ Archipyratã natione Lygurẽ, cum ſeptẽ triremibus obuiã habuit,iniectoq; certamine ſæuiſsimus prædo fuſus, captuſq; pręfectorum iuſſu laqueo necatur. Inde in Peloponeſſum tranſmiſſum, Methonũq;, & Coronũ munitiſsima oppida prędonibus eiectis Veneti Imperatores præſidijs firmãt Corcyrã quoq; expugnãt,& muniũt,mittũturq; in Inſulã veluti in nouã Coloniã viri patricij,plebeijq;,Petrus Michael, Stephanus Foſcarenus,Gilbertus Quirinus,Angelus Acotãtus,Octauianus firmus, Iacobus Seius,in Cretã demũ cũ tota claſſe fortiſsimi Imperatores curſum dirigũt, vt ex Fędere Inſulã Veneto vendicarẽt Imperio, neq; enim ſine aliqua armorũ cõcertatione clariſsima Inſula ĩ Venetorũ fidẽ redigi poſſe videbat, quippe quę ferox, & iugi Latini impatiens, aliena pati Imperia obſtinatius abnuebat. Senatus autẽ animo propoſuerat,eã omnino vel maximo Reip. diſpẽdio cõſtãtiſsime opibus ſuis adiũgere,tũ propter Inſulę clariſsimæ nobilitatẽ,tũ ob nauigãdi ſtudiũ,& Aegei,Ionijq; pelagi poſſeſsionẽ in perpetuũ retinẽdã, Veneti igitur Imperatores claſſe ſubitò admota vrbẽ Cãdacẽ Inſulę Metropolim aggrediũtur. At Græci arreptis armis aliquãdiu reſiſtere auſi ſunt. Nec niſi ſummis oppugnationibus cædere videbãtur, multiq; hinc,inde fuere armorũ conatus, Inſulã tãdẽ Veneti nõ ſine laborioſo certamine totam ad Imperium cũ adiacentibus Aegei,Ionijque pelagi Inſulis retraxere. Miſſuſq; eſt Iac. Theupolus à Senatu in Græciã vir prudentia,& authoritate clarus, Qui primus Cretam Ducaria poteſtate adminiſtrauit: Sed Genuẽſes inuidia moti, ac verentes,ne acceſsione tã clarę Inſulę Veneta potẽtia nimiũ excreſceret,tẽtarũt cõcitare Cretẽſes ad defectionẽ: Atq; Henricum comitẽ Malthæ virũ ſtrẽnuũ, & potentẽ in Inſulã parata claſſe induxerũt,vt eius armis,atq; opibus, quæ in Gręcia plurimũ ea tempeſtate pollebãt, Veneti è Creta eijcerentur: Auxilio itaq; Genuenſium Henricus (cui Cretenſes plurimum fauebant)totam ferè Inſulã à Venetis alienauit.

Att. Inſularum diuiſionem.

Veneta claſsis.

Methonũ. Coronũ. Corcyra. Vene. ſub. acta.

Iac. Teupolus prim. Dux Creta.

Aduerſus

Aduerſus hunc Rayneris Dandulus cũ valida manu, iterum ex Italia miſſus multa Inſulæ oppida armis recepit: Ad frenandas autẽ Græcorum rebelliones, quum nonnulli ex primoribus Patrum in Senatu conſulerent, vt oppida,quæ capta fuiſſent,continuo ſolo æquarentur,Rainerius è Gręcia iam reuerſus, id pro concione diſſuaſit. Suiſq́ue ea ſe opibus (nam diuitijs abundabat) tutari palam profeſſus eſt. In Græciam igitur tranſgreſſus, rebellem Inſulam armis inuaſit. Eiectoq́ue ex ea comite Henrico, ſtatum Inſulæ paccatum reddidit. Sed dum fortè poſt aliquot dies in ſubita, tumultuariaq́ue ſeditione furentem populum Raynerius in medium progreſſus armis repelleret, ſagitta ictus occiditur. Statimq́ue Patres Audita Raynerij morte, ne Inſula ſine præſidio eſſet, miſerunt in Cretam duos Legatos Iacobum Longum, & Leonardum Nauigaioſſum, cum ſex nauibus, totidemq́ue triremibus, armis, viriſq́ue inſtructiſsimis: Poſt hæc Senatus deprehenſa inconſtantia Græcorum, vt Inſulæ ſtatum firmiorem redderet, deducere Coloniam in Cretam ſalubri admodum conſilio cenſuit. Miſsiſq́ue ex nobilibus, ac popularibus, equitibus, peditibusq́ue inter eos agri, & Caſalia, ſic Græco verbo appellata, iure feudi diuiduntur. Atq́ue in hunc modum Creta Inſula facta eſt Colonia Venetorum. Ac ſub id tempus Genuenſes ad turbandum nauigantium curſum maria grauiter infeſtabant, ad quorum conatus opprimendos Ioannes Triuiſanus cum aliquot longis nauibus miſſus eſt, is in Sieulo freto haud longè à Drepano Liguſticam claſſem aſſecutus, nauium numero inferior duodecim hoſtium triremes intercepiſſe dicitur: Qua clade fractis Genuenſium animis, pax miſsis citro, vltroq́ue oratoribus inter vtrunq́ue populum ſecuta eſt; Quidam rem ſecus actam memorant, naui ſcilicet vna Venetorum à Lygure capta. Triuiſanum ipſum virum acrem ad hoſtem perſequendum cum duabus longis nauibus,ac totidẽ onerarijs dimiſſum, qui celeri curſu per Tyrhenũ Siculumq́ue mare in Aphricam delatus, circa dirutæ Carthaginis littora Lygurem adeptus eum quattuor nauibus interceptis fudit,nec multo poſt apud Siciliam octo,& viginti triremes eidem admiſſe fertur. Per hæc quoque tempora ex leuiori cauſa, graue cum Patauinis bellum exarſit, cuius hæc origo fuit: florebat tum longa pace Taruiſina ciuitas, & quum ocio, delitijſq́ue (vt fit) in ſecundis rebus laſciuiret. Commenta huiuſcemodi ludicrum fuiſſe dicitur, vt media vrbe caſtellum conſtitueretur, Aulæis, purpuraq́ue ornatum, vbi ad Cuſtodiam poſitæ eleganti, venuſtaq́ue forma excubabant virgunculæ,quæ pro galeis, & thoracibus, contextas floribus coronas,& precioſa monilia habebant. Foris verò nobiliſsimi adoleſcentuli pari ætate, & forma ad caſtellum oppugnandum intenti erant. miſilia,et tela,quę vtrinque conijciebantur,poma erant adamia, citria,muſcatę, nuces, roſę, lilia, alijq́ue flores, & odoramentorum genera: ſuauiſsi-

Nnt. Raynerii Dan duli opes.

Colonia in Cretã deducta.

Ioan. Triuiſanus geſta.

Not. Taruiſinæ vrbis luxũ.

miq; fiſtularum cantus pro horriſono tubarum clangore exaudiebantur. is itaque apparatus, ſparſaque Ludicri fama multos mortales ſpectandi ſtudio Taruiſium traxerat. Venerant & Veneti non pauci, & ex Patauio, ac ex tota ferme Italia ad id ſpectaculum. Sed quum iam oppugnatio inchoata eſſet, animiſque, ac oculis intentis omnes delectabilem, voluptuoſumq; congreſſum intuerentur. accidit, vt Venetorum iuuenum Globus occupata repente caſtelli porta ſigna iam inferre videretur. Quod ex Patauinis quidam conſpicati veteri æmulatione accenſi, facto repente in ſigniferũ impetu, vexillum, in quo Diui Marci effigies erat, è manu illi violenter abreptum ignominioſe lacerant. Venetus contra indignabundus in Patauinum ferro inſurgit, continuoque ingens oritur rixa. Fuiſſetque nõ ſine inſigni vtriuſque partis cæde ibidem accenſis animis dimicatum, niſi confeſtim qui ludis præſidebant, ſedandi tumultus ſtudio ſpectaculum edicto ſoluiſſent, diſceſſum eſt itaque vehementi animorum vtrinq; indignatione, armaque ad vlciſcendas iniurias hinc, inde parantur, copijſque contractis prior Patauinus Taruiſinis in ſocios aſſumptis Veneto bellum infert, prædaſque ex eius finibus ſubitas agit. nec his ferox hoſtis contentus Bebianam turim flumini impoſitam, cui. M. Concanus homo impiger præerat, armis aggreditur: Veneti vero tot laceſſiti iniurijs in Patauinum cum valida militum manu mouere, eumque circa turrim inuentum ferociter adorti profligarunt. Quadringentique, & amplius hoſtium cum ſignis militaribus in victoris poteſtatem venere. Qui Venetias magna ciuitatis lætitia perducti in vincula conijciuntur, & clodienſes, quorum opera in Bebiana illa pugna maxime enituit annuo tributo leuantur. nec multo poſt inter Venetum, & Patauinum Aquileienſis Patriarchæ interuentu pax ſecuta eſt. His tamen conditionibus, vt quinque, & viginti eorum, à quibus Taruiſini ſpectaculi Die iniuria orta erat, Venetias ad Principem mitterẽtur, in cuius poteſtate eſſet, quolibet ſupplicio eos afficere, ſed ij poſtea ex Veneta benignitate omnes incolumes dimiſſi ſunt. Nec pax diuturna fuit, diſſidente de finibus Bertoldo Aquileienſi antiſtite cum Taruiſino populo: cui Veneti fauebant: & Patauini ex altera parte cum Foroiulienſibus ſocijs armis iuncti erant: ob ſocialem igitur fidem vtrinque eſt ad arma recurſum, leuibuſque inter partes prælijs contractis, pactiſque inde in quinquẽnium inducijs, Bellum ſoluitur, & hæc in Italia circa continentem geſta. In Græcia vero maritimis expeditionibus res Veneti Imperij in dies maiorem in modum augebantur. nam Rabanus Carcerius, qui Euboeam occuparat, veritus ne tantæ inſulæ poſſeſſione externis armis quandoque eijceretur. vltro ſub Venetorum fidem venit, tributumque ſe dare in perpetuũ eſt pollicitus: Guifredus quoque Achaiæ Princeps, & Cephalleniæ Regulus natione Gallus in Venetorum fidem & ipſi conceſſere: cæterum compoſitis, retractiſque ad Imperium Græciæ rebus, ad Othonem Imperatorem

Not. Rexę originem.

Patauini victi.

Gręcię reguli tributarii.

rem legatio miſſa eſt, ad munus Gratulationis publicò nomine obeundum, pro victoria, quàm Otho adeptus fuerat aduerſus Philippum Sueuiæ Ducem: ad Honorium quoque ſecundum Pontificem Romanum his fermè diebus altera decreta legatio: Rogerius Permarenus, Marinus Storlatus, & Marinus Geno Romam ad hanc legationem miſsi ſunt. Duxq́ue ipſe Zianus priore coniuge defuncta conſtantiam Tancredi Regis Siciliæ filiam ad ſecunda vota tranſiens, ſibi in matrimonium copulauit. Ex qua liberos procreauit præclara indole virilis ſtirpis vnum, alteram fœminam, & Henricus Byzantij Imperator ſub id tempus vita functus eſt. Cui Petrus Anteſiodorenſis comes miro procerum conſenſu ſucceſsit: ipſoq́ue deinde à Theodoro Hoſpite medio conuiuio doloſe obtruncato. Robertus filius ad Imperiale faſtigium euehitur. Qui conſtantinopolim per Pannoniam, & Myſsiam profectus, ſummo omnium gaudio in vrbem exceptus eſt: & cum Marino Michaele Byzantij prętore bello, paceq́ue res pręclaras geſsit: atque in ſumma concordia cum Veneta Rep. Veterum Imperatorũ veſtigia ſecutus, amice, & ſtudioſe perſeuerauit: adeo vt in omni præfatione Venetum Ducem chariſsimum Imperij collegam appellaret. Nec varia certe inerat prædicationis huius cauſa, quum exinanitis iam Gallorum opibus, quotidie res Imperij in deterius laberentur. Ad idq́ue ventum erat: vt ſola Venetorum potentia Conſtantinopolitanum ſuſtineret Imperium.

Legati ad Pont.

FINIS.

PETRI IVSTINIANI
RERVM VENETARVM
HISTORIA.

LIBER TERTIVS.

CVM Bellorum quę iandudum terra,mariq́ue Veneti geſſere,Seriem animo,menteq́ue reuoluo. nullius populi infeſtiora arma Ciuitas Veneta ſenſit.quàm Cretenſium ciuium,& colonorum,qui crebris defectionibus per centum, & ſexaginta amplius annos Venetum ſollicitare Imperium nunquàm deſtitere, miriſq́ue artibus Latinum Gręci nomen exoſi, nobiliſsimæ inſulę dominationem ſibi aſciſſere conati ſunt: Huius igitur motus ſub varijs Bellorum caſibus facta ordine proſequamur:eaq́ue legentibus fortaſſe haud iniucunda erunt,ob rerum amplitudinē,& varietatem,atq́ue vt omnia recte percipi poſsint, de inſulę ſitu pauca explicabo: Sedet Creta Aegęo mari. Alluiturq́ue ab Auſtro Lybicis,Carpathijſq́ue fluctibus,& à Septentrione Aegyptijs,ab oriente Syrio, & ab occaſu Cilicio Aequorę. Inſulę magnitudinem varie authores tradūt. Sunt qui duobus millibus,& trecentis ſtadijs eius longitudinem conſtare credant:Alij quattuor millibus,& cētum,quidam duo millia, latitudinem vero inequalem.Sed eam Plinius.(vt Sabellicus ait)nuſquàm quinquaginta paſſuum millia excedere arbitratus eſt: longitudinem ducenta, ſeptuaginta,quingenta vero,& nonaginta circuitum ipſum : Hęc olim dicta eſt Aeria,inde curretis,Creta poſtea ab Heſperidis filia appellata, quod nomē adhuc retinet.Clara olim centum vrbium fama.Pliniuſq́ue ſexaginta oppida in ea cōnumerat.Sed noſtra tempeſtate hęc nominis celebrioris extant.Candida,ſiue Candax.Maritima vrbs,Metropolis totius inſulę. Cydona,ſiue Gnoſos,quę nunc Canea dicitur. Rethymum, Sitia, Milopotamum, Mirabellum, Anopolis, Themenum,Monsfortis,Chiſſamum,Calomona,Ierapetra,Laſythi,Caſtrumnouum,Montes in ea clari.Ideus,Dictineus,Strombolus,Codiſcus,pręterea inſula eſt tota fere ſaxoſa,& denſa, feraxq́ue vini optimi,ſupra alias terrę fruges,& inter omnes vetuſtate antiquiſsima.Quippe quam Rhadamantus,Minoſq́ue Reges ab initio coluere:poſtea à Pyratis vexata in gentium efferarum poteſtatem peruenit: inde interiecto temporis curſu Romanis armis duce.Q.Metello deuicta ſub tanti Imperij vmbra fęliciſsime aliquandiu quieuit.Quo poſtea inclinante in Graiorum Imperatorum partes acceſsit, recētiſsimis vero temporibus deleta Myrtilli tyrannide in Venetorum ditionem peruenit.Sed inſtabilis gentis

Cretę inſulę deſcriptio.

Cretę oppida.

gentis natura factum eſt,vt diu Veneta Reſp.in ea retinenda fuerit occupata.Bellaque multa,& cum Græcis nouarum rerum cupidis, & cum colonis poſtea vario euētu geſſit,vt ordine omnia explicabuntur. Henrici igitur Danduli Principatu dum Galli,Venetique ſocijs armis in Alexij Iſachi Imperatoris filij gratiam Conſtantinopolim(vt ſupra memorauimus) expugnaſſent.Humanę ſalutis Anno Milleſimo, Ducenteſimoquinto, inter cęteras Egei maris inſulas Veneto ex fędere adiectas Imperio.Creta quoque nobiliſsima inſula iure emptitio Venetis rebus acceſsit,quā ipſi ſtatim valido militum firmant pręſidio.Claſſem quoque inſtruunt, ad vim propulſandam,ſi quid à Genuenſi populo ęmulo, finitimisve principibus hoſtile moueretur. Hi enim omnes ęgerrime ferebant,nobiliſsimę inſulę acceſsione Venetam Potentiam in Gręcia excreſcere.Claſsis igitur triginta duarum triremium educta.in Gręciam ad retinēdum Cretę Imperium nauigauit,poſt autē eius ſubiectionē,& deductam in ea Coloniam, quidam Gręci cognominati Ageoſtaphanitę inter ſuos opibus,ac nobilitate longe primi ex inſita animi leuitate ab Imperio deficientes ſumptis repente armis Mirabellum,Sitiamque inſulę oppida munitiſsima occupāt. Hac excitus nouitate Iacobus Theopolus Cretę Dux.M.Sanutum ex Aegeo pelago(quando alia tunc in inſula pręſidia non aderant) in auxilium nuncijs, litteriſque alijs ſuper alias euocat,qui ſtatim(ne patrię deeſſet) magnis terreſtribus,maritimiſque viribus aduolans,rebellionē compreſsit, mox ſuborta inter Teupolum,& Sanutum diſcordia,ex indignatione dirum facinus in Remp̄.Sanutus patrare auſus eſt,nam copijs ſuis fretus ad inſulę Imperium ſibi aſciſſendum animum adiecit,ac quadam die dum platea ciuitatis careret pane venali,per eius milites doloſa machinatione conclamatum eſt ad arma,moxque auxiliantibus Gręcis, ciuitas à Sanuto occupatur.Theopolus improuiſo hoc motu exteritus.relicto Prętorio, cum paucis familiaribus de vrbis mœnibus clanculum ſe dimiſit. Atque Themenū munitiſsimum oppidum contēdens,ibi pro tempore aduerſus hoſtis inſidias ſaluti ſuę cōſuluit.Interea à Senatu audita inſulę defectione copię magna celeritate parantur.tam terreſtres,quàm maritimę,quę ad portum Calimionis Dominici Quirini,& Sebaſtiani Bethanici legatorum ductu applicuerunt:atque his Dux ſuffultus auxilijs. ſtatim è Themeno egreditur, & quendam munitiſsimum locum vocatum Apanoſiurite occupauit. Sanutus vero viribus ſuis diffiſus è ciuitate abijt.nec multo poſt relicta inſula ad proprias in Aegeo pelago ſedes transfretauit.Iacobo poſtea Theupolo Florentibus aliquandiu Gręcię rebus in patriam reuerſo Paulus Quirinus nouus Dux ſucceſsit. Sub quo alia emerſit defectio, quàm leuis ſuſcitauit cauſa.Nam quidam Petrus Filacaneuus pręfectus arcis Bonrepari furtiue iumenta abſtulit.Ioannis Scordili,qui quum magna inter Gręcos gratia, & authoritate polleret.ingentem excitauit defectionis tumultum.At Dux

Ageoſtephanitæ. Noc.Cretę motū. Paul.Quirinus.

Quirinus ne malum latius ſerperet, coacta non parua militum manu mittit Legatos Petrum Toniſtum, & Ioannem Grittum aduerſus rebellium conatus, qui ſub ductu Conſtantini Seuaſti, & Theodori Melliſini ad mõtem de Pliero Caſtra habebãt. inito autẽ certamine Ducis exercitus à Grę cis profligatur. Interficiturque Ioannes Grittus Legatus, vnaque Nicolaus Ballaſtrus, M. Bonus, And. Thealdus, Vendramus Aquileienſis, multique alij nobiles, & ſtrennui viri: poſt modum ſucceſsit Dux Dominicus Delphinus, ſub cuius regimine pax ſecuta eſt. Quieueruntque Biennio Græci nullo motu excito. Interim Zianus Princeps quum annos duos, & viginti Reip. præfuiſſet, ad Georgij fanum, quò Religionis cauſa tranſiuerat, fęliciter vita deceſsit, paternoque conditur tumulo: ei Iacobus Theopolus ſucceſsit: Huius quoque Principatu res in Creta inquietiſsimę fuere, nam (vt ſunt animi hominum mobiles) ſub Duce Ioanne Storlato noua ſecuta eſt in inſula defectio. Quam Scordili, & Melliſini Primarij ciues temere excitarunt. Hi enim capti prædę dulcedine veluti generis humani hoſtes cœperunt totam inſulam varijs latrocinijs crudeliter deuaſtare, trucidabãturque, & ſpoliabantur foris paſsim quicunque per inſulæ loca iter faciebant. nulla habita ſexus, ætatis, dignitatis ratione, quo ſcelere motus Dux huiuſmodi facinoroſos homines, & communes generis humani, ac patriæ hoſtes Bello, armiſque proſequi coactus eſt. contracto igitur exercitu Grę cis rebellibus vim intulit. At illi à Ioanne Vatatiò, qui in Græcię parte regnabat. opem implorarunt. miſitque is ſtatim in Cretenſiũ auxiliũ triginta longarum nauium claſſem. Qua Cretæ littoribus appulſa, M. Quirinus hoſtiũ armis territus tradidit eis Rethymum, Margaritus Foſcarenus Milopotamum, Corradus Mellena Caſtrum nouum, ſed Cathaldus Auonalus egregiam operam præſtitit, in Caſtro Bonifacij ſeruando, cui præerat cũ valida militum manu. videns poſtea vatatianæ claſsis præfectus Venetorum vires terra, marique augeri. relicta inſula cum tota claſſe receſsit. Quæ ſuborta ingenti ſubito tempeſtate ad Cythercam pene tota naufragio perijt: & res per hunc modũ in Creta aliquandiu quiete fuerũt. Sed nõ multo poſt Nicolao Toniſto Duce aduerſus Græcos vario euentu Bellatũ eſt. Succeſsit inde Barth. Gradonicus nouus Dux. Qui ingenij dexteritate, & mãſuetudine ſingulari vſus. Græcorum animos paccatos, emolliroſque reddidit. eo autem defuncto Ioannes Ardizonus, & M. Mollinus conſiliarij adminiſtrationem publicam vice Ducis ſuſcipientes, ad oppugnandũ Caſtrũ Sitiæ, quod in rebellium poteſtate erat, magna militũ manu profecti ſunt, cõſiliariuſque Ardizonus in oppugnatione vulneratus grauiter fuit. oppidumque obſidione liberatur. Superuenit poſtea Angelus Gradonicus Dux. cuius miti ingenio factũ eſt, vt inſulani de Pſiuritibus, alijſq; rebelles redierint ad fidelitatem, & obſequiũ, nũquàm tamẽ defuerũt nouitates, & tumultus in pleriſque inſulæ locis, ob gentis incõſtantiam,

Iac. Theopolus. D. xlui. M. ccxxviii.

Nouus Cretę motus.

Bart. Gradonicus.

tiam,& animorũ leuitatem,quos tamẽ Duces,qui per tẽpora ad inſulę ſtatũ regendũ veniebãt.tum armis,tũ benignitate, & prudentia aliquoties repreſſerũt.elapſo poſtea aliquo temporis curſu ſub Nic. Nauigaioſo Duce quidã Grꝗculus miſſus à Michaele Paleologo Thracię regulo in Cretã ad turbandũ inſulę ſtatũ cũ aliquot triremibus optime inſtructis applicuit ad portũ ſudę,ĩ terrãq; deſcẽdẽs auxilio aliquorũ rebelliũ expugnauit. Caſtrũ de Larmiro.cui ob vehemẽtiſsimũ impetũ Boreę nec terra,nec mari à Venetis ſuccurri potuit:literaſq; Paleologus ad Cretẽſium primores clã mittens,ſignificabat, ꝙ ipſe armis receperat multa Grçcię loca, & ꝙ ſtatuerat etiam recuperare inſulam Cretę.Vellent igitur ipſi pro Grçcię libertate pugnãti ſibi adeſſe:reſponderunt autem Paleologo Cretẽſes quòd ipſi erant ſub iuſto,& potenti Dominio,& ſecuri in ſumma pace,& trãquillitate ſub eius fœlici vmbra viuebãt.proinde nequaquã Paleologus ſperaret.Cretenſium animos à Veneta ſocietate alienare.Quam ipſi ſanctè, cõſtanterque in vtraque Fortuna perpetuo culturi erant: emerſit poſtea non multò poſt ingens ſeditio.And. Geno inſulę Duce. Quæ totam turbauit ciuitatem.Duo enim famuli matronę cuiuſdam potentis.Quę fuerat vxor Pauli Dono nefaria conſpiratione in conſpectu Ioannis Sagredi, & Leonardi Contareni conſiliariorum,interfecerunt publico, ac frequenti ciuitatis loco Marcũ Slenzam,& eodem temporis momento.Marcũ Nouellũ tonſorem,qui in ſiccarios altis vocibus inclamitans, impium facinus deteſtatus fuerat.Sequenti mane parentes,cognatique interfectorũ in Palatiũ ad Ducẽ,& conſiliarios properantes deplorant miſerabilem filiorũ caſum.flagitantque,vt ſceleſtiſsimi ſiccarij more maiorum puniantur.Dux, & conſiliarij blandis verbis affirmant,quòd non deerunt in irrogando (prout iuris ordo requirit) merita ſicarijs ſupplicia,õmique ſtudio curabunt,veritatem facti in lucem eruere:& quoniam percuſſores,qui fuerũt quidã Gerardus, & Paſqualinus, viri ſeditioſi perpatrato homicidio ſtatim ex vrbe profugerant.Confeſtim (ſecundum iuris ordinẽ, abſentes proclamantur. publicoque edicto ſtatuitur ingens precium interficientibus eos. aut tradentibus viuos in poteſtatem regiminis: monentur: etiam per litteras omnes rectores inſulæ. vt perſcrutentur, vbi illi ſint, et quo ſe receperint, diligentiſsimeque vndique perquirantur, vt ſi capti fuerint, meritum de his ſupplicium ſumeretur; tota tamen ciuitas partium ſtudijs agitata in armis erat:Quidam enim minabantur inflammare ciuitatẽ,niſi percuſſores in poteſtatem redacti quã primũ ſeuera animaduerſione plecterentur.Nonnulli fauebant ſceleris authoribus. omnes cum famulis, & ſatellitibus per vrbem armati die,noctuq; incedebãt:aliqui ſe intra domeſticos lares tenebant,facinoroſũm minis territi, plerique vrbem, & proprias habitationes relinquentes, diuertebant in remota contubernia hoſpitum,& amicorum,miſerabiliſque erat totius facies ciuitatis.Dux igitur,

Paleologi literæ.

Cretenſiũ reſpõſum.

Inges in Creta tumultus.

& conſiliarij vigili cura ſalutem publicam procurantes, decernunt, vt partium ſtudioſi ſecedant à ciuitate per tria millia paſſuum, Nonnulli prohibentur venire in forum, ſed ne hoc quidem pacto populi furor ſedebatur, immo implacabilibus animis aliqui turbulenti ciues arma, machinaſque in ſummitates tectorum erexerant, & ſe ſe eminus violentiſsimè telis, ſagittiſque inceſſebant: atq; ex altera parte Laurētius Bono, Leonardus Quirinus, & Petrus Donus, viri ſeditioſi temerario auſu in contēptum regiminis cum magna Satellitum manu venerunt in forum arma quatiētes, & vociferātes, quis nos hinc expellet? ingentemq; excitarunt tumultū, poſteà ex Italia miſſa affuere equitū, peditūq; auxilia, Quorum aduentu repreſſus eſt ſeditioſorum ciuiū impetus, factioniſq; nefariç authoribus publice necatis priſtina ciuitati quies redditur: Nec diu tamen conſuetis turbulentijs, & ſeditionibus ferox vrbs caruit, Georgio, & Theodoro Cortazi fratribus defectionis nouæ authoribus, qui proſapia inter Græcos, maiorūq; titulis inflati, Venetam extirpare dominationē ex inſula totis viribus annixi ſunt, vt ſibi ipſis Cretę Imperiū ſuperbe aſtruerent: Excurſsis igitur, vaſtatiſq; cū potēti manu multis Inſulę locis occuparūt anguſtias deſilodema: Ibiq; equitibus, ac peditibus nō paucis in inſidijs collocatis, Venetorū copias preſtolabantur; Quibus Marinus Geno Dux vir fortis præerat: progreſſuſq; is inexplorato ad loci anguſtias ab inſidiatoribus magna clade profligatur, trucidatiq; ſunt ipſe Dux, & vnus ex cōſiliarijs, & cū his pariter Petrus, & Nicolaus Cornelij fratres, tres de prole Abrama, quattuor de Gradonica, duo de Fuſcula: atq; alij nō pauci nobiles, & populares Græci, & Latini; quę clades vbi Venetijs innotuit; irritatis animis Senatus ſtatim Marinū Maurocenū Ducē creat; eūq; ſine mora in Cretā cū validis copijs nauigare iubet; Ipſe autē cōtinuo in inſulā tranſgreſſus multis ſecūdis prælijs inſolentes rebelliū motus cōpreſsit; eius quoq; ſucceſſor Petrus Geno bellū vario euētu geſsit, nec tū quoq; rebelliū peruicatiæ, & furori finis impoſitus. Accedens poſteà ad Inſulā Marinus Gradonicus cū equitū, peditū, ac ſagittariorum ingenti manu arma in Inſulanos cōuertit, eoſq; maximis ſuffultos copijs graui prælio deuicit. Tum Georgius, & Theodorus Cortatij quū viderent, vires ſuas pares non eſſe Venetæ potentiæ, ne prorſus exterminati, victiq; delerētur, extra inſulā emigrarunt: Reliqui vero rebelles miſericordiā implorātes datis obſidibus benignè ſuſcipiuntur in gratiam: quietuſq; manſit per aliquot temporis ſpacium Inſulę ſtatus: ſuborta eſt, poſteà noua Alexij Calergi defectio viri inter Grçcos nobilitate, atq; opibus primarij. Iacobo enim Dādulo Duce hic in rebellionē prolapſus contra Venetū nomen multa infido animo geſsit: Quare Senatus ad Dandulū Ducē ſcribens mandauit, vt Alexius quàm primū in vincula coniectus Venetias cautè mitteretur: Sed pręmonitus, à quodam Grçculo qui rē pręſcierat, ex tēplo priuſquam in regiminis veniret poteſtatem, ab vrbe clanculum receſsit, coactaque ingenti

Att. nouā defectionem Cre-

Alexii Calergi rebellio.

ſuorum

ſuorum manu totam ferè Inſulam incendijs,direptionibuſque fœdat:Quibus iniurijs Dux adactus,exercitum contra Alexium duxit: At in loca munitiſsima ille ſe recipiens pugnare cum Duce recuſabat. Bellumque de induſtria trahebat,multoſque Duces, qui per tempora ſucceſſerant,in quietos ſollitoſque tenuit. Ad poſtremum decimo octauo rebellionis anno Vitalis Michael Inſulæ Dux cum Alexio pacem firmauit. Conceſsis illi ex Senatus Munificentia multis immunitatibus, & prærogatiuis,vt in publicis diplomatibus continetur huius ſententiæ. Tu vero iuraſti fidelitatẽ Domino noſtro Duci Venetiarum, & nobis, & ſucceſſoribus noſtris in perpetuum, & de obediendo præceptis prænominati Domini noſtri Ducis, & noſtri, & ſucceſſorum noſtrorum, & amicos Venetorum pro amicis habere, & inimicos Venetorum pro inimicis, Et ſi aliquid quod ſit contra honorem ſuum, & Bonum ſtatum huius Inſulæ Cretæ ſcieris; vel tractari cognoueris, abſque mora dabis operam cum effectu turbandi illud, atque impediendi toto tuo poſſe: Nos autem cum noſtro Conſilio per nos,& ſucceſſores noſtros iurauimus omnia, & ſingula ſupraſcripta tibi attendere,& obſeruare.Donec Domino noſtro Duci Venetiarum,nobis,& ſucceſſoribus noſtris fueris obediens, & fidelis, huiuſmodi pacta, & concordium illibata fide ſemper Alexius ſeruauit, adeo, vt nulla ſuſpicio alicuius infidelitatis in eo vnquàm extitit; Quin multa conſtantis fidei,& ſingularis in Venetam Remp. obſeruantiæ præſtitit documenta: nam placauit animos multorum rebellium;quaſdã detexit inſidias; nonnullos motus compreſsit. Nouiſsimè Guidone Canali Duce dum ciuitas Candidæ grauiſsimo terræmotu concuſſa quo late mœnia procubuerant, facile pateret inimicorũ inſultibus,multi Græci rebelles ad Alexium acceſsiſſe dicũtur,aſſerentes,nunc adeſſe tẽpus,expellendi de inſula venetos,proinde ipſe vellet in tanta opportunitate ſuum ad patriam liberandã fauorem, auxiliumque præſtare,Alexius prudentiſsimus ſciens animos concitatæ multitudinis non exaſperandos eſſe ſubita repulſa,ſed arte moliendos,vultu hilari reſpondit,& hoc ſibi in mentem veniſſe,ſed dubium ſtatim ſubortum, An Græci eiectis Venetis poſſent Inſulam ſuis viribus tueri. Iccirco ſuper hoc prius eſſe conſultandum. Poſt aliquot vero dies, quum iterum Græci ad Alexium conueniſſent, diſceptatumque diu eſſet inter eos, Alexius multis diſſeruit rationibus. Difficillimum ſibi videri, Græcos proprijs viribus Inſulę Dominium per ſe retinere poſſe; Quo nam pacto inquit, eiectis Venetis vobis Cretæ Imperium aſtructis? vbi claſsis? vbi militaris virtus? vbi pecuniæ?vbi concordes animi? quibus adiumentis veſtris hoſtibus repugnare, & libertatem defendere poſsitis,nam aut Græciæ Reguli,aut Genuenſes, aut Cathelani, aut ipſi Veneti continuis vos bellis affligent,& tandem Inſula de manibus veſtris ablata in ſeruitutem redacti eritis. Horum autem potentatuum,Quem veſtris rebus condueibiliorem fu-

Vita. Michael Creţ Dux.

Not.cõcordium.

Not. Alexii Caler gi fidem.

turum arbitremini? Vatatij, Pontique Imperium crudele, iniuſtumque habetur, Genuēſium peruicacia vbique nota, Cathelani im mittes, & ſuperbi, in Veneta vero gente ſumma iuſtitia, ſumma lenitas, quam ſæpe in tot defectionibus experti eſtis. Standum igitur eſſe cenſeo ſub mitti Imperio Venetorum, nec aliquid innouandum, ne qua vobis ingruat inexpectata calamitas: atque in hunc modum Græci deliniti, paccatique quieuerunt. Alexiuſque vere fidem ſuam donec vixit, illibatã, cõſtantemque probauit: qui etiam moriens quattuor filios ad ſe in cubiculum vocatos. Georgiũ, Marcum, Leonem, & Andream, cum lachrymis hortatus eſt, ac ſub comminatione diuinæ, & paternæ maledictionis eis mandauit, vt Venetæ Reip. veram, & immaculatam ſeruarent fidelitatem, atque ita filij patri obtemperantes, Ducalis Dominij, ac Veneti nominis ſtudioſiſsimi ſemper fuere. tantorum autem meritorum Venetus Senatus memor Calergam familiã ciuitate, & nobilitate pijſsimo decreto donauit. Secuta eſt poſtea elapſis aliquot annis alia rebellio, ſub Blaſio Geno Duce, occaſione duarum triremium, quæ de more armandæ erant pro cuſtodia inſulæ aduerſus Turcas, & Pyratas, quarum ſtipendium dum Rector Rethymi procuraret exigere à Caballarijs (Græco enim vocabulo vti debemus) quando proprius aliud verbum non occurrat, quidam coloni de caſali vocato de Margaritis pertinaciter recuſarunt ſoluere ipſum ſtipendium, & in miniſtros Rectoris impetum facientes occidere eos minabantur. horum autem exemplo rebellant Turmæ Amæ, Anopolis, & Chiſſami, & omnes ſimul maximo furore, Duce quodam varda Calergi, irruentes expugnant Caſtrum Selini, vbi capto Hermolao Bellegno præfecto, interficiunt vndecim ipſius Caſtri homines. inde adiunctis alijs turmis de Milopatamo hoſtiliter diſcurrunt verſus partes Candidę, ferro, ignique omnia vaſtando: quo facto in vrbe haud parum trepidatum eſt, ſed miſſo Ioanne Cornelio cũ militibus vnius tercærij in rebelles, eorum aliquantum repreſſus eſt impetus. accedente poſtea è Venetijs magno equitum. peditumque præſidio, hoſtium partes deprimũtur, interficiturque Seditionis author Varda Calergi, qui nõ erat de vera ſtirpe Calergiorum, Caputque eius delatum eſt ad Ducem. reliqui vero ex rebellibus veniam humiliter petentes admittuntur ſolita lenitate in Gratiam: vinctus quoque traditur in poteſtatem regiminis quidam Nicola procoſiridi. omnium rebellium peſsimus: de quo ſtatim capitale ſupplicium ſumptum fuit, poſt hæc Laurentius Maurocenus conſiliarius cũ manu valida equitauit ad partes Milopotami, & Rethymi, combuſitque Caſale de Margaritis. vnde rebellio habuerat originem. Interfecitque ibi multos Grecos ſeditioſos. Inde profectus eſt ad aliud Caſale vocatum treſuna ad quod aufugerant tres fratres qui appellabantur. Siſopuli, capita proditorum, eoſque fugientes inſecutus cœpit in quadam ſpeluncha. Qui propere ad Regimen miſsi ſunt Candidam, ibique capite puniũtur. In his autẽ prælijs,

Alexii Calergi filiũ.

Noua defectio.

Varda Calergi cædes.

prælijs, & Belli motibus Alexius Calergi Alexij Senioris nepos ſtrennue, & fideliter pro Venetis ſe geſsit. Quare eum Dux per litteras Senatui magnis præconijs commendauit. Impiæ contra, & proditoriæ Leonis Calergi actiones in Remp. fuere: quo occulte inſtigante quietus inſulæ ſtatus ſubito armorum fragore turbatur: hũc tamen Leonem licet infamen, ſuſpectumque reddebat morum ſuorum prauitas, & conſortium, quod tenebat cum rebellibus in quotidianis potationibus, & commeſſationibus ſcortorum: Ganeonumque, Ioãnes Maurocenus primum deinde Nicolaus Priolus Duces comiter appellatum amice complectabantur, ſperãtes, ꝙ beneficijs, & manſuetudine victus Græculus quandoque reſipiſeret, & rediret ad ſanitatem, ſed perſiſtens is in ſua nequitia Reip. occulte, palamque nocere ſatagebat. eiuſque tacitis ſuaſionibus tandem factum eſt, vt in apertã rebellionem multa loca inſulæ prorumperẽt. Duce coſta ſmerilio, cum filijs Michaele, & Ioãne, in quos cum firmiſsimis copijs à Duce Alexius Calergi mittitur. Qui ſtatim commiſſa pugna hoſtes profligauit, & coſta cũ filijs capitur. Miſsique omnes ſub cuſtodia cãdidam vltimo ſupplicio afficiuntur. volens autem Dux poſt aliquod tempus habere etiam in ſua poteſtate Leonem Calergi virum perfidum, & ſeditioſum, vt de eo quoque meritum ſupplicium ſummeretur (licet is veteri depoſita ſimultate Venetæ modo rei fauere videbatur) aſtute ad eum ſcribens, multis laudibus commendauit eius fidem, gratiaſque egit de ſtudio ſuo erga Remp. hortatuſq; eſt, vt ad ſe quàm citius poſſet, proficiſceretur. Qui pcepturus erat meritos honores, & condigna virtutis, fideique ſuæ præmia. Ipſe autẽ vera eſſe quę Dux ſcriberet, nec doli quicquàm litteris ineſſe opinatus, ad vrbẽ Leo magnis itineribus contẽdit, ad ducemque properat. Qui in eccleſia ſancti Marci tum forte ſacris intererat. Lætaque fronte ab eo exceptus inuitatur ad prandium, nec multos poſt dies Leo flagitij conuictus noctu mãdato Ducis ſacco obuolutus mergitur in profundum. cuius Nece ingẽtem Gręci in tota inſula excitarunt rebellionem. at Dux prędidia ſtatim Venetijs accerſſijt, & triremes ex ſinu Adriatico: immani autem rabie Græci Latinum nomen exoſi omni ſtudio exterminare illud, depellereque ex inſula conabãtur. victique toties nouis ſupplementis vires reparabant. at Dux vt ferociſsima gens tandem domita ad Imperium retraheretur, bipartito exercitu in hoſtem mouit. Parſque vna per planiciem carpit iter. altera ad montes magno impetu perexit, vt locus hoſtibus effugij nullibi pateret. rebelles autem viſis copijs non auſi reſiſtere per rupes, & montium Iuga. trepide fugam arripuerunt, capiturque pręter multam turbę cędem Michael Pſaromilingo ductor rebellium, & interficitur. Caputque defertur ad Ducem, & conſiliarios, quem tradunt, videntem ſe ex alta ſpecula circumuentum à Veneto. nec eſſe ſpem vllam euadendi. interfeciſſe primo equum ſuum. clauam deinde ferreã deieciſſe in ſubiectum mare. enſem vero dediſſe in

Leonis calergi perfidia.

Leonis calergi ſupplicium.

manus famuli,qui eum ſequebatur. Ipſumq; ita fuiſſe allocutum, mi fidiſſime eripe me hic à crudelitate inimicorum meorum, non eris reus homicidij, ſed fidelitatis filius, & executor pietatis. Mors mea tibi retribuet, Quod vita non potuit.abſcide caput meum, & illud defer Duci,& Conſiliarijs.nam non ſolum veniam,ſed etiam premiũ cõſequeris: obſequẽſque famulus inuita dextra Heri caput abſcidit. Fęlicem hunc appellarem,ſi pro Rep.non contra eam.hac animi magnitudine vſus fuiſſet: eo autem interfecto omnes rebelles pręter paucos, qui in ſua nequitia permanſerant, ad fidelitatem rediere:Sed iam tẽpus admonet,vt Cretenſi,re omiſſa, alia bella percurramus:primumq́ue ea facinora explicabuntur,quæ naualibus Veneti ædidere armis aduerſus Hexagonarum, Pontiq́ue Regem, & Ioannẽ Vatatium Lesbi principem,qui fędere,ſocietateq; inter ſe inita, ad Byzantium oppugnandum terra,mariq́ue copias cõtraxerant: quo motu perterritus Ioannes Hieroſolymitanus Rex Byzantij pro Baldoino genero gubernator iure veteris amicitię, & regnorum cõmunium, ad Venetas opes confugit.eoſq́ue admonet de nouo duorum potentiſsimorum Principum bellico apparatu,opus proinde eſſe maritimis auxilijs, vt cõmunis Græcæ ſtatus defendi poſsit.maturarẽt igitur Veneti claſſe quàm celerrime inſtructa opem ferre,ne cunctãdo aliqua inexpectata clades infligeretur: rei igitur periculo ciuitas cõmota continuo quinque, & viginti triremiũ claſſem decernit eiq́ue Leonardus Quirinus,& M.Guſſonius pari poteſtate Duces pręficiuntur:ſtatimq́ue in altum eue cti Byzantium verſus curſum tenuere. circa vero Heleſponti anguſtias valida hoſtium claſsis per id tempus ſtationem habebat:cui pręerat. Leo Gaualla vir maritimis rebus admodum clarus.In hũc(vbi Venetus in conſpectu fuit) ferociter inuectus aciem explicat.certamineq́ue iniecto diu vtrinq́ue ancipiti marte pugnatũ. Gręca demum claſſe diſiecta naualem Venetus victoriam obtinuit. In vrbẽq́ue eadem die ingreſſus ingenti ab omnibus lętitia, plauſuq; excipitur. nec diu ferox hoſtis quieuit reparata enim denuo claſſe Byzantium aggreſſus vrbẽ obſidione cingit,terreſtres quoq; copię admotę ſunt: ſed Ioannes Michael qui tum vrbis præturam gerebat, cum ſexdecim triremibus portu eductis in hoſtium ſtationem impetum fecit. Qui tantus fuit, vt aduerſam momẽto temporis claſſem diſiecerit. Solutaq; eſt inde ſtatim obſidio. Dupliciq; victoria intra paucos dies Veneti potiti Conſtantinopolitani Imperij res collapſas erexere: cum Genuenſibus quoque in nouem annos pactę ſunt induciæ.Gregorio Romano Pontifice ad id vtrunq́ue populum adhortãte.eoq́ue nomine Stephanus Iuſtinianus,& Marinus Maurocenus Oratores mittuntur.alij Ioannem Cornelium,& Paulum Mollinum tradũt. atq; in Lugdunenſi concilio rem agitatam.Sed hæc in Gallijs legatio pro ineũdo fędere cum reliquis Chriſtianis Principibus aduerſus Sarracenos decreta fuiſſe dicitur:armaq́ue & terreſtria,& maritima vbiq́ue parabantur,omniaq́ue

Noua Venet. expeditio.

Veneta Claſsis.

Venetorũ victoria.

Legati Veneti.

nemque in motu erant,nemine ſacroſanctam militiam detractāte: verum im natura mors pontificis paratam expeditionem turbauit.In aliudq; belli incommodum eo diſcuſſo ciuitas incidit.Atrox enim,& nefaria tyrānis Patauinam vrbem per id tempus adorta. Ingēs tota Italia excitauit bellorum incendium: ſiquidem Eccellinus homo obſcuro loco natus Federici Imperatoris fauoribus maximas non ſolum opes congeſſit, ſed Ciſalpinę totius fere Gallię occupauit Imperium. Diſſidentibusque inter ſe Ciuibus Patauinæ primum vrbi frenum iniecit. Quam amariſsima cępit premere tyrannide tum enim nobiles viri ad ſupplicium trahebantur. Hos carcere, mulctaque dānabat,illos in exilium vir impius agebat.Debachabaturq; in omnium vitam,& fortunas,multi itaque ſuppliciorum metu voluntarium ſibi conſciuere exilium. plures vt impendentia euitarent mala. Venetias tanquàm ad vnicum ſalutis,libertatiſque domicilium confugerāt,Interim quum Federici ſecundi Imperatoris armis Gregorius Nonus Pontifex pręmeretur. Per legatos Romeum Quirinum,& Stephanum Baduarium Veneti cum Pontifice aduerſus Federicum ſocia arma iunxere: claſſeque inſtructa quinque, & viginti triremium, cui Petrus Theopolus Principis filius præfuit.Appulia eſt bello petita,vbi fuſis,fugatiſq; duodecim hoſtium longis nauibus,Venetus expugnauit Thermolas,Beſticem,& campum marinum,nauemq; apud Brunduſium maximam intercepit, quę mille fulcita erat Bellatoribus: ſuperueniente poſteà cum potenti claſſe Anſaldo Federici maritimo Duce,Veneta claſsis ex Appulia in Hiſtriam tranſijt, Polamque rebellem recepit,& Hæc mari.In continenti autem quum idem Theopolus, qui tùm è claſſe digreſſus Mediolani prætor erat, aduerſus Federici copias parum ſecundo prælio dimicaſſet,captuſque in hoſtium poteſtatem veniſſet,victoris, iuſſu in Appulia miſerabili modo necatus eſt,ad eamque regionem perductus fuiſſe dicitur,vt ibi in Appulorum gratiam: Quos ſuperiori æſtate in maritima ora tot cladibus affeciſſet, interficeretur: Nec multo poſt Iaderę rebellio nunciata ciuitatē ad arma exciuit. Ferox enim Dalmāta defectionibus aſſuetus arreptis repente armis Ioannem Michaelem prætorem vrbe eiecit,Pannoniciſque innixus auxilijs Venetum (vt antea)laceſſere minime veritus eſt,ſed Patres validiſsimam claſſem ad Iaderam recipiendam confeſtim decernunt: Quæ ſub Raynerij Zeni Imperio educta in Dalmatiam tranſmiſit Iaderaque obſidione cincta,ac terra,marique oppugnata; poſt duos circiter menſes tandem voluntaria deditione in fidem recipitur. Legatique ad Pannoniæ Regem miſsi Stephanus Iuſtinianus,& Petrus Dandulus,vt cum eo rebus Dalmatiæ compoſitis, pacem firmarent: Dum hæc foris geruntur,domi quoque Reſp. nouis Inſtitutis exculta eſt.Forum in primis petitionum additum,treſque in eo creantur Iudices, qui litigantium cauſas cognoſcerent. Veteres etiam leges diligentiori examine reformatæ in aliud breuioris compendij volumen ſunt

perſcriptæ:

Eccellini potentia.

Claſsis venetę geſta

Pet. Theopuli cędes

Iaderæ receptio.

Noua Inſtituta.

perſcriptæ:& hæc domi,foriſque per viginti annos quos Theupoli principatus habuit. vario Fortunę curſu euenere. Qui ad Gemellorũ Aedem elatus marmoreo ſepulchro conditus fuit. Ferunt Theupolum, dum Principũ Legati in curia mandata exponerent. Clauſos ſemper oculos tenere ſolitũ, atq; vbi illi dicẽdi finem feciſſent, tum apertis oculis ad omnia quæ audierat, incredibili memoria reſpondiſſe: Marinus Maurocenus nouo electionis genere Dux in Theupoli locum creatur: diuerſaque hæc a priori illa in tanta dignitate demandanda creandi Principis ratio fuiſſe apparet: preſenſque electio omnino cautior habetur: populi enim acclamationę, ſiue ſuffragio, Duces antea eligebantur. Qualem autem, quantáque inconditæ vulgi voces cunctis in rebus afferant turbationẽ, nemo eſt, qui neſciat: Ad hæc largitionibus, odijsq; concitati multitudinis animi a recti iudicij tramite prorſus recedunt. voluntateq;, non ratione, cęca plebs regitur: nunc vero mutata eligendi forma ſaniorem continet in Principatu demandando inſtitutionem: de qua pauca hoc loco dicẽda duxi. Nam omnium primum, quum Principis creatio facienda eſt indictis comitijs quinque viri ex Reipub. Senioribus, qui correctores appellantur, creati futuro Principi leges pręſcribunt. eaſq; ad ſupremum totius nobilitatis conſiliũ adducere oportet: Quę ſi approbatę in eo fuerint, firmę, inuiolabileſq; habentur: eadem etiam die triũuiri creãtur. appellati inquiſitores, qui defuncti Principis domeſtica facta perſcrutandi curam habent. eaq; ſi contra pręſcriptum, ac iuris ordinem facta inuenerint; mulcta Principi irrogata detractandi, immutandique omnimodam habent poteſtatem: His peractis, Principeque ſepulturæ mandato, ſtatim comitia indicuntur; patritijs his ſolum admiſis. Qui triceſimum vitæ annum exceſſerint. Hic tot pilæ minutiores argẽteæ in vrnam vnam conijciuntur, quot intra curiæ parietes cenſa, connumerataque fuerint patritiorum capita: His triginta aureæ commiſcentur, mox ex ſubſelijs nobiles, qui adſunt, ſinguli ordine ad tribunal citantur, vbi puerulus fortuito ad hoc vocatus manu in vrnam immiſſa pilas ad ſingulorum conſpectum educit: Atque is pro quo aurea pila à puero extracta eſt, in proximum conclaue ſtatim deducitur, atque ita omnes vſque ad triginta, qui pilam auream ſortiuntur, eodẽ conclaui incluſi tantiſper ſubſiſtunt, donec nouem ex his aureas pilas ſorte eduxerint, hi quadraginta viros ſuffragio legunt. Ex his duodecim aureis pilis eductis ius habent eligẽdi quinque, & viginti viros, qui ad nouem pilarum numerum ſortione redacti. Quinque, & quadraginta viros eligunt: Ad ſortes illi reuocati, vndecim vltimo loco aureas ex omni numero educunt, quas qui ſortiti fuerint, ij demum vnum, & quadraginta viros ſuffragio creant; Qui ſtatim ad Ducariã electionem ducti ea ſuperiori parte curiæ clauduntur: vbi pene quotidie Senatus haberi ſolet, tum ibi ſub primum ingreſſum à diuinis orſi ſacra piè curant. treſque ex omni numero qui annis, & authoritate eminent, totius ordinis

At Theupoli P. memoriam.

Mar. Maurocenus. D. xliiii. 1248.

At Principis eligẽdi rationẽ

ordinis collegio pręficiũt:quos Priores appellãt:hiſq; aliquãto digniore lo- co cõſtitutis,quadrifariã ipſum cõclaue diuiditur.Inde nominatim ex lo- cis ſuis vbi reſident,ſuffragaturi citãtur.Qui eo ordine quo vocati ſunt.ad cõſpectũ Priorũ veniũt,cõplicataſq; ſcedulas habẽt.In quibus eorũ nomi- na ſunt in ſcripta:quos ad Principatũ euectos iri velint.redactis itaq; in or- dinẽ nominibus,& in pileũ cõiectis,tũ pro eo cuius nomẽ ſorte extractum eſt.Suffragia citantur: verum priuſquã illa electionẽ inchoant. Fit omni- bus poteſtas,libere quid de vnoquoq; ſentiãt,publice pro roſtris loquendi, omniaq; in mediũ proferunt,ſi qua indigna in homine ſint,ne ampliſsima vrbis dignitas ei deferatur.Qui immerito eã appetit:Hic quaſi reus ad di- luẽda obiecta procedit.Suãq;(dum poteſt)cauſam tuetur:poſtremo purga tione facta ſuffragia ineuntur.Atque in duos calices aſſenſus,& negationis indices ex panno pilas quibuſdã notatas ſignis ſinguli ordine vocati demit tunt:numerãturque diligenter à prioribus non manu.Sed virga ad id para ta.(vt fraus omnis abſit) ſuffragatoriæ pilę,quæ ſi quinque,& viginti nume ro fuerint:ille, pro quo tot ſuffragia numerata ſunt, declaratur Princeps: ipſe poſtridie incredibili patrũ frequẽtia eminẽti Throno locatus in am- pliſsima Palatij Aula in vniuerſi populi conſpectu reſidet: poſtea in Diui Marci tẽplũ progreſſus gratijs pie Deo actis in eminentiorẽ tẽpli ſuggeſtũ cõſcẽdit,ibiq; ex vno,& quadraginta viris Senior ad aſtantẽ populũ cõuer ſus Principis nomẽ qui ab ipſis creatus eſt,publice enũciat.mox circunfuſa ſtipatus multitudine pręcelſa cõtignatione populi humeris per forũ dela- tus ingentem vim pecuniæ gratulabundus Princeps in turbam ſpargit.po- ſtremo in Ducarium relatus,ex editiore Palatij loco populum Blando ſer mone alloquitur. Seque iuſtitiæ,pacis, vbertatiſque authorem in Princi- patus adminiſtratione futurum aſſerit. Hinc ad Aedilium curiam Duca- li Sede reponitur, nouiſsime interiori Palatij ſacello inſigne capitis fron ti aptatum à Seniore conſiliario accipit. Cæterum quando hæc pauca de creatione Principis explicauimus, non ab re fuerit,hoc loco breuiter me- morare, quæ ſit funerandi quoque Principis Ratio, vt Ducaria res to- ta abſoluatur.Poſt Ducis obitum cadauer eius exenteratum,Balſſamoq;, & odoramentis delibutum ſub Aureo Amiculo ſublimi locatum phe- retro triduo publice in foro aſſeruatur. Ducaliaque ad defuncti pedes inſignia. Scutum, enſis, calcaria inuerſa ſpectantur. Mox vero vniuerſus ciuitatis Clerus infinito prope numero,ac cuncta collegia,ſolenni, & Reli gioſa pompa ſub ſuis quæque ſignis ordine præcedunt. Funus ipſum Pa- tres,cunctaque fere nobilitas,Principum oratores, ac pullatorũ vis ingens męſto ſilẽtio ſequuntur,iuxtaq; viginti quattuor patritij purpuraq;,& coc- co culti.Quorũ ornatus indicat Ciuitatẽ,quę libera eſt,in Principis funere luctus oportere eſſe expertẽ:vbi tẽplum funebris põpa eſt ingreſſa. Sugge- ſtu defunctus Princeps ędito cõſtituitur. Quẽ venerabili conſeſſu purpu-

Priores.

Principis creatio.

Funerãdi P. [illegible]

rati illi patritij hinc inde cingunt:interim defuncti memoria pro concione populi de more laudatur. Abſolutiſque in hunc modum Principis exequijs comitia ſtatim(vt ſuperius tetigi)ad nouum Ducem creandum indicuntur:ſed ad Mauroceni nunc redeo adminiſtrationem. qui primus omnium(vt dixi)nouo electionis genere Princeps creatus fuit:ſub id igitur tẽpus Philippus Fontana Rauennę Antiſtes à Gregorio Pontifice Venetias ad Senatum miſſus petijt,vt aduerſus Eccelinum tyrãnum Romanę Eccleſię hoſtem Veneti ſecũ ſocia arma iungerẽt. Cęleſtiſque vitę prēmia propoſuit omnibus,qui ad euertendas tyranni opes in militiam proficiſcerẽtur. Itaque non pauci mortales Eccleſię dicto parentes ad tam piam expeditionẽ allecti,euocatique feſtinarũt. Sed pręceteris Venetę opes ad infringendas tyranni vires plurimum profuere.ſiquidem omnia, quę ad Bellum neceſſaria eſſent,Venetis ſubminiſtrantibus,hoſtis victus ceſsit:verũ multę,varięque prius clades citro,vltroque illatę ſunt:primũque ex bebijs Pontificis,Venetorũque copię in Patauinum agrum irrumpentes omnia igni, ferroque vaſtarunt:qua ſuorum clade Anſedinus Eccelini ex ſorore nepos excitus cũ aliquot cohortibus ad prohibendas populationes corregiolã venit. Ac Brenta,Bachilioneq; fluuijs valido militũ pręſidio firmatis,ad ſaccẽſe oppidum obſidione leuãdum citato agmine progreditur. At Philippus, Venetiq; ad maiora animum adijcientes motis repente caſtris ad Patauiũ oppugnandum ire pergunt. Signaque ad vrbem improuiſo admota hoſtẽ mirum in modum terruerunt.nã ad pontẽ curuum Pōtificij,Venetiq; milites ferociter dimicantes Anſedinũ intra vrbis munitiones repellunt. Indę circa Altinatem portam prēlio redintegrato,multus vtrinq; cruor effuſus eſt:demum victa oppidanorum pertinacia ab ea parte ciuitas expugnatur. Tũ deſperatis rebus Anſedinus celeri, tacitoq; effugio ſalutẽ ſibi quęſiuit. Patauiniq; ducis fuga prēteriti ſubito deditionẽ fecerũt. Eccelinus interea qui Mantuam graui obſidione prēmebat.nuncio de Paduę amiſsione.perlato ſtatim è Mantuano copijs abductis Veronã magnis itineribus profectus eſt,vbi ſęuiſsimus tyrãnus infanda dicitur crudelitate vſus.nã duodecim Patauinorũ millia qui in caſtris partim militãtes erãt.partim Veronę, finitimiſq; vrbibus domo profugi verſabãtur:varijs cruciatibus in amiſſæ Paduæ vltionẽ ad vnum necauit:quod à nullo vnquã pręterquã à. L. Cornelio Sylla factum legitur.qui duodecim ſimiliter prænestinorum millia in Marianarũ partium inuidiam crudeliſsime obtruncari iuſsit.poſt hanc cędem perpatratã. Eccelinus copijs maioribus cõtractis. Patauium adortus vrbẽ recipere tẽtauit:ſed Pontificius legatus qui ciuitatẽ pręſidio tenebat, circũducta Patauinis mēnibus foſſa.ita eã cõmuniuit.vt nulli Eccelini conatus amplius formidandi viderentur:deſperata itaque Patauij recuperatione hoſtis gemẽs,fremenſq; inde receſsit:ſecutęq; ſunt poſtea hinc, inde alipuot expeditiones: legatuſq; Pōtificius cõmiſſa cruẽta pugna victus,captuſque

Bellum in Eccellinũ.

Not. Eccelini crudelitatem.

ptuſque eſt ad Mediolanũq; hoc ſucceſſu Eccelinus cõuerſus arma repentè eò tranſtulit:nã ab aduerſæ factionis hominibus euocatus ſi paulum anniteretur. Vrbẽ præpotentẽ occupare ſperabat:ad Abduãq; cũ quinq; millibus equitũ progreſſus cũ hoſte(fato impellẽte)qui ad impediẽdũ trãſitũ ad flumẽ accurrerat,manus cõſeruit; quo in prælio Eccelinus dum fortiter pugnat, ſaggitta in Crure ictus,grauiſsimũ vulnus accepit. Viribuſq; debilitatus, fugã arripere non potuit.Captiuuſq; factus ſuncinũ perducitur, vbi poſtridie grauitate vulneris affectus pauciſsimis horis expirauit: Ferturque is dũ alto ſopore preſſus obdormitaret. Sõniaſſe Aprũ immẽſę feritatis in venatione ſibi obuiã factũ dẽtẽ pedi infixiſſe,exterefactũq; ex doloris magnitudine ingẽtẽ eiulatũ emiſiſſe. Sõnioq; cõformis caſus poſtridie illi euenit. Atq; ita Eccelino extincto,vrbes, quas per triginta quattuor annos crudeli ſeruitio oppreſſas immaniſsimus tenuerat Tyrãnus in libertatẽ reſtituũtur:ob egregiã autẽ Venetorũ operã rebus eccleſiæ in hoc bello nauatã tradũt authores,à Põtifice Venetis cõceſſum,vt Diui Marci primicerius mytra,& paſtorali Baculo cęrimoniarũ hora perpetuuo ipſe, & poſteri vterentur:Duxq; iã ſenio confectus anno regiminis ſui quarto vita deceſsit, eius corpus marmoreo tumulo ĩ Diui Marci Aedis Veſtibulo eſt ſepultũ: Mauroceno Raynerus Zenus quadragintauirali ſuffragio Princeps creatus ſubſtituit.Ac ſub id tẽpus,ſtatim cũ Genuẽſibus bellũ eſt ſuſceptũ,quod atrox, ctuẽtũq; ita viriuſq; populi iras,ingeniaque efferauit,vt p centũ,& amplius annos exitialibus armis,odijſq; acerbiſsimis inter ſe diſceptatũ ſit. huius autẽ belli origo,haud parum leuis viſa,quę duos potẽtiſsimos Italiæ populos ad belligerãdũ ĩuicẽ funeſtiſsimis alijs,ſuper alias cladibus parua interdũ reſpirãdi mora cõceſſa, impulerit.nã ex quo Chriſtianorũq; Principũ armis Hieroſolyma cũ parte Syriæ recepta fuerat.Veneti Ptolomaide vrbe,quæ & Accõ appellata eſt,ius ſibi ex fędere quęſitũ habebãt. quẽadmodũ & Genuẽſes,& Piſani,priuũ enim vicũ,priuũ forũ ſingulę hę nationes ſortitę fuerãt,pręter Diui Sabbę Fanũ,quod omnibus erat cõmune:hoc tamẽ ſibi Genuẽſes propria authoritatẽ vẽdicãtes Venetũ excludebãt.de tẽpli,itaq; poſeſsione his diſceptãtibus, ad tollẽdã diſcordiã res ad Alexãdrum Quartũ Romanũ Põtificẽ vtriuſq; partis cõſẽſu delata eſt,cẽſuit ille ęquitatis,quietiſq; amicus,vtrorumq; commune oportere eſſe templum:Hac Pontifices declaratione Lygur cõtempta Philippi Mõferratenſi fauore, qui tum vrbi Gallorum nomine præſidebat, locum repente occupat. Atque tumultuario opere antequàm Venetus adeſſet.in arcis ſpeciem communijt: Idemq; Monferratenſis.In Genuenſium Gratiam Venetos vrbe,totaq; Syriæ ora expellit. tam inſigni cõtumelia Venetorũ animi irritati in vindictã ęſtuãt. ictoque cum Manfredo Siciliæ Rege aduerſus Genuenſes fœdere. tredecim triremes, quę per id tempus in Tyri portu ſtationem habebant,prope 23 Venetus educit.Alij eas ex Italia ſub Laurentij Theupoli,ac Andreæ Zeni

Eccelini interitus.

Raynerius Zenus, D. xlv. 1252.

Imperio miſſas tradunt, vbi vero ad Ptolomaidis portum Veneta claſsis aduenit. Cathena ſubito impetu refracta, quæ ingreſſum occluſo aditu ar-

Lygurum clades. cebat. Lyguſticas naues inuadit. eaſque momento temporis oppreſſas Veneti in ſuam redigunt poteſtatem, mox ſubiectis flammis ad vnam incendio abſumunt. Quæ numero tres, & viginti fuiſſe dicuntur. Inde Diui Sabbæ templum à Lygure communitum eodem impetu adorti capiunt, ac illud magna ex parte diruunt: Genuenſes tanta ſuorum clade audita, vt iniuriam vlciſcerentur, ingentem claſſem decernunt. Veneti quoque arma

Venetorũ victoria. ſedulo parant. In Syriamque profecti hoſtem medio mari ſibi obuiam factum ferociter inuadunt, pugnaq; inde cruenta oritur. Qua tota ferè claſſe exutus Genuenſis profligatur, & Venetus hoſte deuicto, Ptolomaidem continuo aduolat, ibique omnia Genuenſium publica, priuataque Aedificia diruit: Duo millia ad hæc, & amplius ex his capti in vincula coniecti ſunt: Nec multo poſt tres aliæ Lygurum naues non procul à Tyro à Venetis opprimuntur, ac totidem circa Cretam. In Pontificis tamen gratiam inducijs pactis captiuos Genuenſibus Veneti reſtituerunt: In hoc motu res in Syria erant: quum interim turbulentior Græciam tumultus agitaret. Infeſtis enim Ioannis Vatatij armis, ita Conſtantinopolitani Imperij res collapſæ, acciſæque iacebant, vt niſi Veneti quandoque in Ponticum mare auxiliari claſſe transfretaſſent, actum iã anteà de Baldoini Imperio in Græcia fuiſſet. Quod ipſum tamen non multo poſt euenit, ſiquidem Michael Paleologus nobiliſsimo inter Grȩcos genere ortus, poſt Ioannis Vatatij, & Theodori eius filij obitum tutor ab ijs relictus. Liberorum, qui ſuperſtites erãt, cũ principatus adminiſtrandi poteſtate, ad Imperiũ Conſtantinopolitanũ occupandũ animũ adiecit, ſuſceptaq; primũ puerorũ cura eos ſtatim infanda cȩde ſuſtulit, mox opibus ſuis firmatis Guelmũ genere Gallũ Achaiȩ Principẽ bello aggreditur, cuius opes non fregit ſolũ, ſed eũ etiam illata ingenti clade captiuũ, vinctũq; traxit: qua victoria elatus vir inquieti animi Baldoinũ Imperatorẽ armis infeſtare auſus eſt: cõtractis igitur maximis terra, marique copijs Paleologus ab Euxino ſoluens Byzantium petebat, quum Baldoinus ad aduentantis hoſtis famam excitus, cum valida militum manu vrbe, vt hoſti occureret, & Mar. Gradonicum cum claſſe maritimã rẽ aduerſus Paleologum geſturum ad Pontici maris anguſtias

Att. Baldoini Impe. inopiã. miſit. Sed aſsiduis bellorum ſumptibus ad tantam Baldoinus inopiam deuenerat. vt à Burgenſibus mercatoribus mutuam accipere pecuniam coactus ſit, ac tegulas plumbeas, quibus publica ædificia tecta erant, precioſiſſimaſque Diuorum reliquias incredibili impulſus egeſtate alienauit, & vendidit: viribus igitur debilitatus quũ tenui tãtã vrbẽ firmaſſet præſidio, in domeſticas incidit inſidias, quidã enim Graij ſanguinis viri Gallicũ, Latinũq; nomen exoſi rati quod erat, urbẽ immunitã facile occupari poſſe, cũ Paleologo per fidos nũcios agunt, vt intẽpeſta nocte tacito agmine ab vrbẽ acce-

deret,

deret,fore,vt ĩ eā ſtatim receptus ſine vllius cęde Imperio,rerũq; potiretur, haud quidem ille tantam bene gerendæ rei occaſionem prætermiſit, verũ (vt conſtitutum fuerat)noctis ſilentio expeditiſsimas ſecum trahẽs copias ad vrbem venit.In quam proditores(repente cæſis portarum vigilibus)Paleologum cum omnibus copijs pacate admiſſere. At Baldoinus Imperator,& Panthaleo Iuſtinianus Patriarcha nocturno armorum ſtrepitu exciti vt vrbem captam ſenſere,nauim feſtināter ingreſsi velis datis in Euboeam ſunt delati:ac per hunc maxime modum Conſtantinopolis amiſſa dicitur.anno poſtquam à Venetis,Galliſque capta eſt tertio, & ſexageſimo, Byzantij caſus ingentem ciuitati męſtitiam attulit. miſsique proinde ad Pontificem,& ad Ludouicum Galliæ Regem Legati, vt auxilia aduerſus fędifragos Græcos peterent: Interim quia apparebat,tanto ſucceſſu elatũ Paleologum non quieturum,aſsiduiſque infeſtaturum armis maritimam Græciæ oram,Veneti confeſtim ne inſulæ,& loca,quæ circa Helleſpontũ, & in Aegeo, Ionioque mari tenebant,indefenſa manerent, duo de viginti triremium claſſem ĩſtruxerunt. eaque ſub.M.Michaelij Imperio in Gręciam ducta nullam in tutandis Venetorum finibus maritima illa ora prætermiſit occaſionem.tantaque ſtrennuitate res à Veneto geſta dicitur, vt Paleologus deſperatis remedijs breui fuiſſet Byzantium relicturus,niſi Genuenſes auxiliari claſſe ei opem tuliſſent. Ea propter Veneti vt hoſtium conatibus firmiore præſidio reſiſterent,veteri claſsi quam in Græciā prius miſſerant.Septem,& triginta triremes in ſupplementum addidere. Eę autẽ domo profectæ circa Theſſalonicenſem ſinũ ſexaginta Græcorũ, Genuẽſiumque naues obuias habuerunt. Illis vero nihil mouentibus nec Veneti vtpote nauium numero impares hoſtem laceſſere auſi ſunt.præteruecti igitur ſilentio.in Euboeam cum tota claſſe veniunt, indeque eiecto Anfoſio Federici tertij Siciliæ regis filio(vt aiunt)ſpurio tota inſula potiuntur:at hoſtium claſsis è Theſſalonicenſi ſinu digreſſa tres Venetas naues quæ prædā di ſtudio in Helleſpontum vſque proceſſerant. Subito oppreſsit. ac inhumana crudelitate captiuos omnes, quos ſortiti ſunt, Genuenſes ad vnum interficiunt.reliqui à Græcis obcęcati.poſtea duo, & triginta longæ naues Venetijs ſequenti anno ſub Gilberti Danduli auſpicijs emiſſæ cum Hoſtium claſſe tumultuaria pugna conflixere. Genuenſeſque quattuor amiſsis nauibus fugati ſunt:nec multo poſt pari pene clade illata tres Venetorum onerarias cõmeatu onuſtas lygur oppreſsit: in Syria quoque haud res omnino quietæ erant.Sæpiuſque inter Venetos,& Genuenſes naualibus prælijs varia Fortuna eſt dimicatum. Claſſeſque vtrinque plerunque emiſſæ,plerunque reuocatæ,nouiſsime quum Venetijs decem onerariæ, atque vna alia inuſitatæ magnitudinis nauis quam vulgo validam Arcem appellabāt. Ad negociationem exijſſent. Curſumque in Aſiam intenderẽt, cognita per exploratores ex Adriatico ſinu earum profectione, Genuen-

ſes

Byzantii diuiſio.

Veneta claſsis.

Euboeam Veneti occupant.

ſes ſtatim ſexdecim triremes in inſidijs poſt ſcopulos locat. Quod vbi per ſpeculatoriam nauim veneti reſciere, nulla mora interpoſita quando ad dimicandũ imparati erant, res omnes in littus tuto loco exponunt, ac naues vacuas hoſtibus relinquunt. Cetheaque ipſa per medios hoſtes Venetos omnes incolumes eduxit: nec multo interiecto temporis ſpacio ad reſarciendum onerariarum damnum Veneti ſeptem triremus Iacobo Dandulo profecto in Dalmatiam mittunt. Cum mandatis, vt is aucta fo ris claſſe hoſtem vbique inſectetur, ex Iadera igitur Dandulus tribus triremibus acceptis, totidemquè Cretenſi remigio adiunctis, ad fretum vſque ſiculum progreſſus eſt, vbi aliæ etiam quattuor ex Euboea additæ, & ex Raguſio. M. Gradonicus cum decem longis nauibus affuit: auctaque in hunc modum claſſe omnem Siciliæ oram, quæ ad ortum ſpectat, & eam fere totam ad meridicem poſt Pachinum promontorium iacentem Venetus circunuectus rem ibi præclare geſſit. circa autem Lylibeum tris Genuenſium triremes. Quibus Lanfrancus Barbonius præerat, ſibi obuias factas, fugáque molientes opprimit: At Genuenſes hanc cladem vlturi duo de triginta triremes confeſtim educunt. Quę continua nauigatione. e tyreno in Siciliã delatæ ad Drepanum Venetis occurrunt: tantoque animorum ardore vtrinque pugna inita eſt, vt uix Ducum Imperia audiri potuerint. Sed hinc odium, Emulatioque, inde laudum cupiditas animos accendebat. tam hi quàm illi. certa virtutis ſuæ ſigna hoc maritimo congreſſu in Siculorum conſpectum oſtendere nitebantur diuque & ęquis viribus dimicatum, demum Genuenſium fortuna inclinante, quum hi mortem oppetere potius, quàm fugam arripere animati eſſent. viginti triremibus partim captis, partim combuſtis, aut alto mari depreſsis magna clade profligantur. nam præter multos ex deuicta claſſe captos mille, & ducenti ex Genuenſibus ferro abſumpti, fluctibuſque demerſi, aut vi alia extincti periere. Nec victoria Veneto incruenta fuit. ob multorum cædem, & ingentẽ ſauciorum numerum. verum quia ea pugna Genuenſium opes pene euerſę videbantur. Paleologus qui eorum ſocietatem ad eam diem ſtudioſe coluerat, cum victore Veneto in quinquennium inducias pepigit. Nec ad eam tamen cladem ferox Lygur animum remiſit. Sed reparatis viribus continuo inſurgens nouam claſſem inſtruendam curauit. Et Veneti ne Lyguſticis armis maritima Græciæ ora premeretur. vnam, & viginti triremes ad Methonis pręſidium in Achaiam miſerunt. Hoſtis vero apud Rhodum nauem Venetam præcioſiſsimis mercibus onuſtam ſubito oppreſsit. mox in Cretam curſum tenuit: vbi depopulata magna inſulę parte Cydonẽ vrbẽ (quæ nunc Canea appellatur) ſubito incurſu occupat. direptamque pene totam diruit. Dum hęc in Græcia geruntur. Grauis ſeditio domi orta ciuitatem in non paruum diſcrimen adduxit. Diuturni enim belli Conſtantinopolitani, Lyguſticique onera Aerarium ita exhauſtum, exinanitumque ad eam

Veneta claſsis.

Genuenſium claſſis.

Lygurum clades.

Lygur claſſem reparat.

ad eam diem reddiderant, vt coacti ſint patres ad alendam claſſem noua tributa excogitare. Quum igitur. In multuris perpetuum vectigal commẽ ti eſſent. mandaſſentque illud præconis voce in foro publicari, tum ad ſubi tam oneris impoſiti denunciationem furibunda plębs commota clamori bus inconditis, miniſque aſperis in curiam impetum fecit. Rei nouitate perculſis patrum animis, Raynerius Princeps ad primum tumultum cum conſiliarijs curia egreſſus in medium proceſsit, vt ducaria authoritate ſtrepentem multitudinem à furore reuocaret, concitatoſque blandiori ſermone animos deliniret: ad primum autem ducis conſpectum plębs indignata amariſsimas voces tollere cœpit. Principemque, & patres accuſare, qui nouis, inſolitiſque tributis benemeritum populum nulla habita egentium ratione opprimerent. Reque in ſeditionem verſa ingens periculum imminebat, & quum Raynerius placidis verbis exaſperatos multitudinis animos emollire tentaret. atque ad accipiendam legem, quæ neceſſaria erat, omnes hortaretur. plæbs furens Ducaria Maieſtate neglecta, lapides cõtinuo in Principem, ac patres temerario auſu coniecit. parũque abfuit, quin ſummus in vrbe magiſtratus violatus fuerit. Sed ceſsit ille plæbeio furori. Nec imperita multitudo Principe è medio abeunte, à vi abſtinuit, per totam enim ciuitatem armis arreptis diſcurrens aliquot nobiliũ domos diripuit. Ac minis, & terrore, nec non armorum ſtrepitu cuncta ardebant: tandem ſedato tumultu diligentiſsima inquiſitio habita eſt. Qui turbata ciuitatis quiete publicam maieſtatem tam temere violaſſent. capti ſunt ſontes, meritiſque ſupplicijs omnes damnati. In quibus fuere Nicolaus Bochus, & Ioannes Candianus: per hæc quoque tempora viæ vrbis publicæ, vici, cõpita, lateribus ſtrata dicuntur: & pons Riualtinus inſtauratus, poſt hęc quũ Cydonis dirutæ memoria in vltionem contra Genuenſes Venetorum animos inflamaret. claſsis proinde ſub. M. Gradonici auſpicijs in eos eſt emiſſa. Quæ Ptolomaidem primum profecta lygurem varijs cladibus affecit: pugna demum ad tyrum cum hoſtium claſſe conſerta. Quinque naues his Venetus ademit. alij octo interceptas tradunt. non apud Tyrum, ſed circa Rhodum: His domi, foriſque geſtis. Zenus Princeps decimo ſeptimo ducatus ſui anno moritur: Laurentium Theupulum Iacobi Principis filiũ Zeno in Principatu ſucceſſorem ciuitas dedit. primaque adminiſtratione quum Bellum adhuc arderet inter duos potentiſsimos Italiæ populos. vulgoque crederetur. in Aſia Chriſtianam rem ex eo plurima incommoda ſubiturã. Clemens quartus Pontifex maximus per legatos ad pacem Venetos, Genuenſeſque viciſsim ineundam plurimum hortatus eſt. petijtque ad id cõmodius tranſigendum, vt Viterbium ad ſe vtrinque oratores mitterentur. Galliarum quoque, & Siciliæ Reges hoc ipſum precibus contẽdere. Miſsi ad Pontificem Legati, quorum nomina authores non ponunt. Qui poſt aliquot menſes altercationibus hinc inde habitis, re infecta domum abiere, poſt

Nouũ vectigal.

Populi temeritas in principẽ.

Lauren. Theopolus Dux. xlvi. 1268.

re poſtmodnm quum Philippus Gallorum Rex vehementer optaret. vbi ad pacem Venetos,Genuenſeſque perlicere anteà non potuiſſet.ſaltem in ducijs eos ab armis retrahere. Vtrorumque Legatos ad ſe Cremonam acciuit.eoſque modo hortando,modo leniendo,pollicendoque tantum effecit,vt ad inducias publico ciuitatum ſuarum nomine paciſcendas pellexerit: Ac per id tempus fames ingens Venetam vrbem inuaſit. Frumentatione ex Sicilia, Appuliaque negotiatoribus ob maximam illius anni in his regionibus ſterilitatem negata. Ad vicinorum itaque opes in tanta Annonæ pennuria eſt recurſum. Miſſi Taruiſium, Patauium, Ferrariam,& ad alias vrbes finitimas,qui oblata ingenti pecuniarum vi, precibuſque additis orarēt,vt ſiqua Veneti nominis meritorum in vicinos extaret memoria, cum in alios,tum in Patauinos,quos nuper ſuis opibus Veneti ab infanda Eccelini Tyrannide liberarant.vellent amice ciuitati in tanto diſcrimine re frumentaria.Qua ipſi abundabant,pie ſuccurrere, q̃ ſi naturæ humanæ vitio beneficia obliuioni mandata a grato remunerationis opere animos retrahunt,iure humanitatis ſaltem id bene merito,amicoque populo impetratum concederent: Sed neque precibus,neque pecunijs ingrati vicinorum animi permoti.Negata itaque, vbique frumentatio eſt,tum Veneti indignitatem rei haud ferentes vt ſcirent omnes,quàm inhumane,quàm ingrate finitimæ ciuitates ſecum egiſſent. Legem tulerunt, quæ ad hunc vſque diem tenet,vt omnes,qui intra fanaticum ſinum,& Padi fluminis oſtia negociandi cauſa vltro, citroque nauigarent. Vectigal Reip. penderent, ad quod perſoluendum, & ad mercē ipſam eſtimandā Venetias accederent, ne autem legi fraus fieret, nouus magiſtratus inſtitutus eſt, cui aliquot nauigia,quæ omnem maritimam oram accurato ſtudio perluſtrarēt, aſsignata: Ad primam latæ legis famam vicini populi commoti iniquiſsimo rem tulere animo. Sed præcipue Bononienſes,qui per id tempus maximam flāminiæ partem Imperio obtinebant.ſtatuerantque niſi Lex à Venetis abrogaretur,rem armis gerere,vt mare negociatoribus ſuis liberum, apertumq́; redderent: Legatique ad id miſsi Venetos conſtantes in ſeruanda Lege inuenerunt,quo factum eſt, vt ſtatim ingenti armorum apparatu Bononienſes in Venetos fines irruperint.Occupataque belli ſede omnia his infeſta reddebant.Nec Veneti in ocio fuere, qui nouē triremibus celeriter inſtructis, aduerſus hoſtes ad Padi oſtium,quod Primarium vocant, progreſsi ſunt: vbi non multos poſt dies vtrinque cruento marte pugnatum. Fueruntque Bononienſes prælijs ferè omnibus ſuperiores. Quippe qui copiarum magnitudine longe præſtabant.nā ad quadraginta hominum millia in eorum caſtris militantia, belloque apta fuiſſe memoriæ proditum eſt, multæque hinc, inde clades illatæ, acceptæque, multæ vtrinque inſidiæ intentatę, in tertiumque annum laborioſiſsimum bellum eſt protractum: nouiſsime. M.Gradonici auſpicijs prælio inito Victor Venetus hoſtem fudit.qua aduerſa

Fames ingens Venetiis.

Nota Legem.

Bellū Bononienſe.

ueſſa pugna Bononienſes fractis animis pacem his conditionibus accepe-
runt: vt diruto ad primarium Caſtello, quod in Pado belli initio erexerant
liberam nauigandi facultatem haberent, immuneſque à lege de Portorijs
in quarundam rerum eſſent aſportatione: In reliquis legi parerent: Libera
autem Padi Oſtia Venetis relinquerentur: Anconitani & ipſi ob hanc cau
ſam commoti ad arma reſpiciebant. Qui apud Gregorium Pontificem
conqueſti in Venetos turpi maledicentia inuehebantur. Sed purgata per
legatos calumnia, Anconitani Pontificis authoritate per id tempus
quieuerunt: Dum hæc in Italia geruntur, In Græcia noui bellorum
motus exorti Rempublicam turbarunt. Nam Euboeæ Reguli qui tertiam
Inſulæ partem à proxima Imperij Conſtantinopolitani inuaſione, quæ
a Venetis, Galliſque facta eſt, adhuc tenebant. Inuito Andrea Dan-
dulo Chalcidis prætore, cum ſexdecim triremibus, eam minoris Aſiæ
partem, quæ tum Paleologo parebat, tumultuoſe inuadunt: Qua Re-
gulorum inſolentia motus Imperator armis iniuriam vlciſci conſtituit:
Comparata igitur claſſe confeſtim ab Helleſponto in Euboeam tranſ-
greſſus eſt: Oreumque Inſulæ oppidum obſidione cingit: illi autem vt Belli motus in Gręcia.
ſuis opem ferrent, cum viginti triremibus in hoſtes illati eos ad tentandũ
prælij fortunam pertraxere: ſed fuſi, fugatique a Paleologo tota pene claſ-
ſe exuti ſunt, nec ſine aliquo Venetorum detrimento, & iactura id factum
aiunt. Quorum non exiguus numerus in Regulorum claſſe captus dicitur:
omnes autem comiter appellatos, liberatoſque Apocriſarijs ſuis Paleolo
gus Venetias adducendos tradidit. mãdatumque vt in quinque proximos
annos fœdus hi cum Venetis nomine ſuo renouarent: poſt hæc Theupo-
lus Princeps anno ſui Regiminis ſexto circũacto vita deceſſit. ad Gemel-
lorumque ædem elatus paterno conditur Sepulchro: Iacobus Contarenus Iac. Contarenus. D. xlvii. 1274.
in eius locum ſuffectus eſt: Sub cuius prima adminiſtratione cethea Vene-
torum Nauis mercibus onuſta a Lygure induciarum tempore capta Bel-
lum prope renouauit: placuit tamen more maiorum per legatos res prius
repeti. Quibus receptis a vi temperatum: In Hiſtriæ finibus nouum dein-
de Bellum oritur: ob Iuſtinopolis defectionem. Quæ Ciuitas quum Vene-
ti nominis præter cæteras maritimæ illius oræ oppida ſtudioſiſſima habe-
retur. ab Imperio alienata in libertatem eiecto prætore ſe aſſerere auſa eſt.
Ad eam autem in fidem retrahendam Veneti ſubito And. Baſeium cum
valida claſſe in Hiſtriam mittunt; Qui ſtatim terra, mariq; vrbem adortus
crebris oppugnationibus, belliciſq; operibus eã fatigabat. Iuſtinopolitani
vero vbi terra, mariq; Venetis ſe armis circũuallatos viderũt. omniaq; mar
tis horrore obſtrepere, ad Aquileię Patriarchã in vicinos carnos mittũt, o-
rantq; vt iure veteris, mutuæq; amicitię circumſeſſę vrbi ferat opem, auxi-
liariq; manu Venetũ communẽ hoſtẽ a mœnibus depellat: motus Patriar-
cha his precibus delectu ſtatim habito tumultuariũ militẽ cõſcribit. In pro

mes ſub Dominici Sclauoni ex plæbe viri fortiſsimi ductu in Lyguriæ orã proceſiſſe. Eaque fœde depopulata Genuæ medio in portu Nauim mercibus onuſtam cœpiſſe. vbi etiam pecunia à Veneto in Lyguſtici nominis contemptum ſignata, ac viuo ſuper molum Saxo Diui Marci effigies inſculpta dicitur. Indeque ſtatim Sclauonus digreſſus in altum abijt, & circa Baleares. Tyrhenumque, ac ſiculum mare plurimis hoſtium nauigijs oppreſsis, victor Venetias reuerſus eſt. tandem poſt mutuas clades citro, vltroque toto mari illatas pacem ferox vterque populus inter ſe firmauit: cuius dulcedine vix guſtata periculoſiſsimæ ſtatim ciuium coniurationes emerſſere. Quibus Reſp. conflictata parum abfuit. quin exciſa, collapſaq; ruerit. nam primũ Marinus Bachonius honeſto genere ortus, ſed homo audax, & ad omne facinus promptus coniuratione cum quibuſdam facinoroſis viris inita, de cæde principis, ac optimatum cogitare cœpit. qua perpatrata Remp. inuadere conſilium inierat. Ad idque prorupiſſe nefas ferebatur. vt iniuriam vir nequã vlciſceretur, qua affectus eſt (vt ipſe exiſtimauit) ab ea die, qua comitijs occluſis Gradonico Principe authore Patritiæ dignitatis. repulſo plæbeio ordine, ratio habita eſt. publicæ igitur libertati Bochonius inſidiatus Principem, Senatumque obtruncare ſtatuerat. adiuuabaturque ab hominibus ſuæ factionis. Quos ad id præmijs ingentibus pellectos ſceleris ſocios habebat: ſed in tanto rerum diſcrimine diuina fauente clementia coniuratio patefacta eſt. Quæ ad Principem delata vehementer eius turbauit animum, ſtatimque cum primoribus ciuitatis re communicata, ad coniuratos opprimendos viri fortiſsimi mittuntur. qui paruo negocio Bochonium, & ſocios ſceleris improuiſo proprijs ædibus interceptos in ſuã ad vnum redigunt poteſtatem: nec mora. Flagitij conuicti omnes ad Geminas columnas laqueo publice necati ſunt, atque ita nefaria coniuratio extinguitur: Poſtea cũ patauinis res nouas in ſtagnis molientibus diſcordia orta Venetos ad diruendum locum. quem hoſtis erexerat, exciuit, tuleruntque id Patauini iniquo animo. Sed nihil in præſentia mouere auſi, vim, armaque continuerunt: cum Paleologo quoque Græciæ Imperatore hoc tempore Bellatum, quòd is grandem pecuniam ſoluere quam Venetis multo iam tempore debebat, obſtinate recuſaſſet. qua autem ratione ea debebatur. an tributi nomine, an mutuo data, parum compertum habeo. Claſsis igitur ſeptem, & triginta triremium ſub Belleti Iuſtiniani Imperio ad extorquendam armis pecuniam (quando alia via non potuit) ſtatim emittitur. Hęc autem in Helleſpontum ducta multas Græcorum naues inter eundum oppreſsit. Conſtãtinopolitanoſque omnes (quia paucis ante annis eorum fraude Venetum nomen Byzantio eiectum fuerat) Belletus ad vnum laqueo necauit. inde ad populationem conuerſus omni maritima Græciæ ora vſque ad Argyrũ, & Propótidé. Ferro, ignique fęde populata. tantum hoſti terrorem iniecit, vt pecunia, quæ debebatur,

Not. Veneti viri audacia.

Bochonia na coniuratio.

Vene. claſſis, in Paleologũ.

bebatur,ſtatim reddita, pacē Paleologus pene ſupplex à Veneto impetrauit:victricemq́ue claſſem cum quindecim Iperperorum millibus Iuſtinianus Venetias reduxit: video autem hoc loco manifeſtum Sabellici errorē qui è Gręcia quindecim captiuorum millia à Iuſtiniano cum victrici claſſe abducta tradit,quod profectò ab ſonum eſt.Nec enim exiguo illo tempore,quo Belletus ad repetendam pecuniam miſſus maritimam oram deuaſtauit.tot captiuorum millia abducere potuiſſet. idq́ue multis rationibus innititur. Sed ea potiſsimum, quòd infrequens, ac deſolata pene aſsiduis bellorū motibus tunc Græciæ maritima illa ora erat: vnde difficillimum eſt credere,tot captiuorum numerum à Veneta claſſe abductum fuiſſe. Adde,quòd vbi hoſtilia increpuerint arma, quæ fędas maritimis oris populationes agant.In mediterranea omnes relictis littoribus ſe recipientes in tutum euadunt.nec expectant, vt in captiuitatem trahantur: Sed error eſt.

Not. errorem.

Iperperia

In captiuorum illo verbo, quod Iperperorum dici debet. Iperperia enim Græco nomine pecuniæ quoddam genus eſt, eamq́ue Venetis à Paleologo repetētibus miſſa claſſe quindecim Iperperorum, non captiuorum millia ab inuito hoſte expreſſa Iuſtinianus è Græcia auexit: Poſt hæc Rempu. Ferrarienſis motus in maius quoddam coniecit diſcrimen. Nam Accione eſtenſi interempto, Friſcus eius filius, qui patrem ad mortem compulerat,

Ferrarienſis motus.

Ferrariæ Principatum plurimis ciuibus ei fauentibus parricidio quæſitum ſibi aſtruere ſtuduit. Et quia per ſe id præſtare non potuit, ad Venetorum opes confugit,à quibus auxiliari claſſe adiutus,Arcem vrbis Pado incubantem expugnauit.Interea Ferrarienſes, vt ſunt mobiles populorū voluntates,ad Pontificis Legatum.Qui tum ferrariæ erat,friſci partibus relictis,deficiunt,ſecutus deinde clamor eorum,qui apertè rebus Eccleſiæ, propriæq́; libertati fauebant. Tyrannum omnino turbauit ipſe tamen ob ſubitā nouitatem Ferrarienſibus iratus, legionibus armatis ex munitiore loco miſſis.Vrbem pluribus locis incendit. Tum ciues quum parum Pontificis Legatum præſidij rebus ſuis afferre cernerent, Tot malis circumuenti Venetorum fidem implorant, cōtinuo deditione facta Veneti vrbem muniūt, mittuntq́ue eò Ioannem Superantium prætorem. At Clemens Pontifex qui cum tota Romana curia in Gallia tunc rēſidebat,audito Ferrariæ motu ægerrime ferens vrbem Romanæ Eccleſiæ Vectigalem ita indigne ſæuiſsimi Tyranni armis vexatam, ac nouiſsime Veneto Imperio adiectam, ira accenſus continuo Venetos Anathemate notatos à Chriſtiano cætu excludit,propoſitoq́ue edicto permiſit, vt eos tanquàm communes hoſtes fas eſſet,cuiq́ue capere, venundare,interimere, quæ res plurimum Veneto nomini obfuit mercimonijs vbiq́ue terrarum eorum direptis,ac negociatoribus,nauibuſq́ue tota Europa Pontificio interdicto opreſſis, Quare Veneti per Legatos Pontificem ſuppliciter orarunt, vt interdictum in Chriſtianiſsimam Rempu. fulminatum abrogaret, quàndo Venetus nil tanta

animaduerſione

animaduerſione dignũ egiſſet,quin tãquã fortis,ac indefeſſus pugil prò pie
tate,& fide Chriſtiana Hereticos,tyrãnoſq; debellãdo ſępe ſanguinẽ effu-
derit. claſſem in ſubſidium terrę ſanctę toties emiſſerit, pro Romana Sede
acerrime ſemper pugnarit,ſed clemẽs i ſua animi perſeuerauit,inclemẽtia,
interea eius legatus maximis copijs cõtractis.Ferrariã cõtẽdit, ciues ſtatim
appropinquante eccleſiaſtico exercitu à Venetis deficiunt, ipſi autẽ hoſte
in vrbem iã admiſſo intra Thealdæ arcis munitiones ſe trepide receperũt,
ad eum locum oppugnandũ ſtatim legatus copias admouit.Datoq́, ineun
di prælij ſigno Veneti,& Friſcus,ne aliquam maiorem cladẽ adirent.Arce,
quam adhuc præſidio tenebant,vltro ceſſerunt:conſternatam his malis ci
uitatem altera coniuratio Bochoniana illa atrocior adorta eſt, eiuſque in-
fando furore pene Imperiũ cum libertate exciſum concidit:vix enim à pri
mo illo motu ciuitas reſpirarat.quum Baiamons Theupolus nobili, ac illu
ſtri familia ortus.Sed crudeli, inimicoque in patriam animo rem Venetã
in ſummũ deſcrimen adduxit.Hominẽ autem ſuapte natura arrogantem,
ac nouarum rerũ cupidum ſola Ambitio,ac dominandi libido ad tantũ fa-
cinus impulit.cum non paucis igitur Patritij ſanguinis, eminẽtioriſque for
tunæ viris.Baiamons velut alter Catilina patriæ excidium machinatus.
Reip.ſtatum euertere conatus eſt. Diuitijs enim præpotens, & maiorum
honoribus inflatus,priuatam is vitã ducere in libera ciuitate indignabatur.
animũq; ad tyranidem adiecit.In coniurationem aũt ſecum hos pellexiſſe
opibus,ac nobilitate inſignes viros dicitur:Marcũ,Petrũ,& Laurentiũ Qui
rino:And.Daurũ,Baduarium eiuſdem cognominis,Iacobũ,& Ioannẽ Ba-
rotio,ac pleroſque alios,ſed ex familia præcipue Quirina complures, quæ
primaria fere in Ciuitate erat, multique Patauini qui Venetum nomen
infenſe oderant,à Baiamõte ſollicitati hanc coniurationem ſequuti ſunt.
ad eoſque opportuno tempore adducendos Baduarius vir audax Paduam
clanculum ſe contulit. Feruntque inter coniuratos conueniſſe, vt hi cum
parata amicorum, & clientum manu proximi Iunij menſis idibus in cu-
riam omnes ſubito prorumperent.ac momẽto temporis Principe cũ Pa-
tribus,ac maiori nobilitatis parte trucidata, Remp. inuaderent. Rebuſque
Imperij inter ſe diuiſis,expilatoq; Aerario.apertã exercerent tyrannidem:
quã plurimos quoque ex infima plebe in ſocietatẽ ſceleris Baiamons pol-
licitationibus,pręmijſq; attraxit:exulũq; magna manus,ac ſordidæ vitę ho
mines ad eum confluebant: quos ipſe omnes ferro armatos pridie quàm
facinus patrandum erat, quàm occultiſsime potuit,coniuratorum ædibus
abdidit,vt quum ſtatuta ſceleris dies adueniſſet, eorũ infando miniſterio
in patriæ excidium vteretur. Sed diuina prouidẽtia factum eſt, vt rem ali-
quanto antea Princeps, Patreſque ad eos trepidiſsime delatã præſcirent,
ingentẽq́; ſceleris atrocitas omnibus ęque attulit terrorẽ.rei tamẽ grauitas
animos haud diu iacere paſſa eſt. Continuo iuſſu Principis ad arma tota

Veneti ferraria eiecti.

Baiamõtis Theupoli cõiuratio.

Coniuratorũ conſilium.

M vrbe

vrbe conclamatum. Ferro vnde omnes ſubito cincti in curiam ad opem patriæ ferendam in tanto diſcrimine aduolant. Vbi vero dies illuxit. Quo gerenda res erat. Ferunt quaſi aer ſceleris præſagium reddere vellet, ingentem tempeſtatem repente coortam procelloſo grandinis, hymbrium, ventorum, tonitruum, fulgurum, mixto ſtrepitu, omnia compleſſe: Coniurati autem non modo tanta cæli comminatione non territi, Sed abuſi etiam ad peragendum conceptum ſcelus prodigioſa illa tempeſtate circa crepuſculum elatis vexillis cum vociferatione, ſtrepitu, tubarumque clangore, trifariam in publicum prorumpunt: Pars enim vna mercatoria via. Altera e teſſelarum ponte: Tertia ad Diui Baſsi Fanum in forum eſt delata. Sed prius in Riualtum coniurati irrupiſſe dicuntur, vbi publicos quinq; virum à pace libros combuſſerunt. Horreoq; frumentario direpto maximam pecuniarum quantitatem inde abſtulere, è Riualto demum in forum ſub ſignis delati aduerſus Principem, ac optimates, qui ad vim propulſandam ferro cincti in Martianam Aream accurrerant, magno impetu feruntur, eorum impreſsionem fortiſsimè optimatum factio ſuſtinet, Oriturque fœdiſsimum inter ciues certamen. Libertas in medio erat, illinc nefandiſsimi homines crudeles illi manus inijcere tentabãt. Hinc Princeps, & patres aut mori ſtatuerant, aut eã omnino illæſam ſeruare, luctuoſum, & miſerabile erat. cernere illuſtriũ familiarum viros armis inuicem media vrbe decertare, ciuilem, cognatumque ſanguinem effundere, diuerſoque animorũ habitu res gerebatur. Hi enim pro ſalute patriæ, pro libertate, parentibus, vxoribus, liberis, ac publicis, priuatiſque fortunis, illi pro ambitione, pro odio, pro prædæ, & Imperij cupidine pugnantes in ferrum ruebant. Durum erat, his libertatem eripi, pro qua retinenda priſci illi Veneti qui vrbẽ fundarunt, ac Imperium conſtituerunt, aduerſus immaniſsimas gẽtes. Belgas, Hunnos, Longobardos, Mauros, terra, marique toties dimicaſſent; pugnatum eſt igitur vtrinque diu ferociter: Demum coniurati cum multa cę de ſuperãte optimatium factione cuius Dux erat M. Iuſtinianus vir patrię amantiſsimus, victi; fugatique è foro repelluntur. Atque in ea trepidatione Baiamons, vbi fortunã inclinare vidit, cũ globo iuuenũ mercatoria via ſe proripiens armis, ſtrepituq; omnia miſcebat. Ad quẽ tumultũ Muliercula Iuſtina nomine ſpectandi ſtudio ad feneſtrã accurrens molari lapide ſuperne deiecto Signiferũ qui equo vectus armiſq; inſignis cęteros vertice excedebat, ſupra caſsidẽ terribili ictu percuſsit: Ipſeq; ſemianimis ab equo in terrã ruẽs ab inſequentibus confoſſus eſt: tũ fugato Baiamõte Marcus Quirino, & Benedictus eius filius medio foro pugnãtes ceciderũt, Ioãnes, Mapheus, & Petrus Barotij ad theſſelarũ pontẽ interficiũtur, inerme quoq; vulgus ferro oppreſſũ iacuit. Ad hæc multi ex proditorũ numero in pugna, ac fuga capti Prĩcipis, ac patrũ iuſſu patibulo affixi fuerũt: Sedato aũt tumultu ad abolẽdã tã atrocis facinoris memoriã publice eſt decretũ, vt Baiamõtis

Ciuile ꝑlium.

Mulieris virtus.

Signiferi cædes.

&

& omniũ qui cũ eo coniuraſſent. Signa, & nomina vbique tollerẽtur. Aedes ad hæc eorũ à fundamẽtis dirutæ, bona publicata, atque in perpetuã contumeliam ſuperba Baiamontis in Auguſtini vico. Domus ſolo æquatur, & Marci Quirini quæ eſt ad Riualtum. In Macellum verſa. ex Aerario quoque ſtipendium mulieri; Quæ ſigniferum ſubito ictu percuſſerat, ac poſteris perpetuo decretum. Illudque adhuc quotannis ſeruatur, feſta Viti luce, qua infanda coniuratio oppreſſa eſt. Vexillum ex feneſtra domus, qua mulier Molarem lapidem proiecit, extra producitur. Quo ſigno illius facti memoria renouatur. Eademque Diui Luce quotannis ſtato die Princeps Ducalibus cultus inſignibus cum frequenti Senatu præeunte clerò pro liberata à ſæuiſſima coniuratione patria illius Diui fabricato ſuper canale magnum ponte, Aedem inuiſunt. Gratijſque illi pie actis, inde reuerſi omnes laute in curia epulantur. Cæterum non deſunt, Qui ſeriem coniurationis huius diuerſam memorant: traduntque Principem coniuratione detecta ſtatim publico nomine .M. Michaelem, Matthæum Manoleſſum, & Guidonem Canalem ad Baiamontem miſiſſe; Qui eum orarent, vt poſitis armis, quæ aduerſus patriam nefarie induerat, res nouas moliri deſiſteret, nec quietum ciuitatis ſtatum tanto motu turbare vellet: Legatis autem penè violatis. repente a coniuratis in publicum inſtructa, acie itum aiunt, ac quibuſdam locis incendio, & rapina fœdatis, Principem, patreſque cum tota ferè nobilitate ad vim propulſandam, impetum in eos feciſſe, medioque foro acriter dimicatum, demum repulſos, victoſque coniuratos in Riualtum ſe recepiſſe, ibique fracto, reciſoque ponte, ſe ſe armis tuentes aliquãdiu vim ſuſtinuiſſe: Sed in hoc omnes conueniunt, Vgolini, Iuſtiniani Clodiæ prætoris interuentu, qui ad patriæ opem ferendam inde cum magna hominum manu aduolarat. Coniuratos metu territos in Principis, & patrum fidem ea conditione veniſſe, vt omnes extra Venetias, ac vrbis fines eiecti in exilium abirent, atque ita accidit, vt nulla ferè vrbs in tota Ciſalpina Gallia fuiſſe traditur; quæ ex coniuratis aliquem exulem, ac Relegatum non habuerit. Et Baiamontem vltro in exilium, In Illiricum abijſſe ferunt. Nõnulli autem ſupplicij metu in Galliam aufugere; alij ſecuri percuſſi, plurimi exilio dãnati ſunt, atq; alij aliò ſeorſũ relegati. Nã Petrus Quirinus Parmã in exiliũ abijt. Alter Petrus Quirinus Firmum. Nicolaus, & Iacobus Quirini fratres Cremonã, Paulus Quirinus Taruiſiũ, Laurẽtius Quirinus Anconã, ac eiuſdẽ familiæ Nicolaus cognomẽto Durãte Brixiã, Simonettus Senogalliã, & Thomas Sibinicũ, Andreas vero Daurus, & Michael Tetulus Ariminũ, Nicolaus Vẽdilinus Comũ, Frãciſc. Baſeius Glemonã, Petrus Baduarius Fanũ, Nicolaus Barbaro Veronã, Barth. & Ioã. Barotij Rauẽnã Marinus Baſſus Vtinũ, M. Venerius Mediolanũ, Porcellinus Babilonius Veronã, ĩ hac autẽ Coniurationis oppreſsione, Antonini Danduli, Baldoini Delphini, & Vgolini Iuſtiniani virtus pluri-

Coniuratorum domus euerſæ.

Celebris diui Viti Lux.

Legati ad Baiamontem.

Not. Baiamontis, & aliorũ exilium.

mũ enituit. Captuſq; eſt ab his Baduarius vnjus ex cõiuratis. qui è Patauio
facinoroſorũ hominũ caterua ſtipatus Venetias ad ſceleris ſocios feſtina-
bat. ſtatimq; is Patrũ iuſſu medio foro ſecuri ſubijcitur, eodẽq; ſupplicij ge-
nere Marinus Barotius, & Iacobus Quirinus afficiũtur: atq; in hũc modũ ſe
ditioſiſsimis viris partim necatis, partim exilio, ac carceribus Dānatis, ſum
ma ciuitatis trãquillitas ſecuta eſt: ferũt (nã id apud annales quoſdã ſcriptũ
reperio, Ioãnẽ vigeſimũ Põtificẽ Maximũ exulũ nomine p legatos, et litte-
Not. Pontificis litteras.
ras à Venetis petijſſe, vt ij ab exilio in patriã reuocarẽtur, vellẽtq; patresciui
bus ſuis parcere, qui in diuerſis Italię oppidis cõſtituti, acerbiſsimũ patiebã
tur exiliũ. Senatus aũt Põtifici ita reſpõdiſſe fertur: rem dignã beatitudinẽ
Senatus responſio.
ſuã facere, quę Dei vices in terris gerit, procurare ea quę pietatis eſſent. Ma
iores vero ſuos, ipſoſq; omni tẽpore Romanę Eccleſię veluti obſequẽtiſsi-
mos filios paruiſſe. Sed dolere Senatũ, pro Iuſtitia, & ęquitate, non poſſ: in
pręſentia ipſius Põtificis morẽ gerere volũtati, ſanctitatẽ itaq; ſuã orare, vt
tanquã verus, Iuſtuſq; Chriſtianorũ parẽs pro ſua ſapiẽtia ſinat, hoſce om-
nes, qui peccarint, meritas perfidię ſuę pęnas pẽdere, ĩdignos enim eos eſſe,
in patriã recipi. Quã tãto ſcelere nefarij homines violarint: Et pro hac cõiu
ratione Decẽuirale cõſiliũ inſtitutũ fuiſſe publica monumẽta fidẽ faciunt
in his enim hęc verba ſcripta reperiuntur. Anno Milleſimo, Tricẽteſimo-
decimo 16. Iunij ꝗ eligantur decẽ ſapientes ſuper proditionibus, qui poſ-
ſint legata ſoluere, & ligare ſoluta, ſi opus fuerit, pro conſeruatione Reip.
Poſt hęc Iadrenſes hac tẽporũ nouitate freti (vt aſſueti erãt) ab Imperio ad
Pãnonas ſubito defecerũt. Michaeleq; Mauroceno prętore eiecto Barbari
cũ in vrbẽ pręſidium admiſſere. Claſſem igitur Veneti ad eã recipiendã cõ-
feſtim decernũt. Eiq; pręficiũt Belletũ Iuſtinianũ. peditũ quoq;, ac equitum
nõ paruã manũ contrahũt: ſub Dalmaſij Hiſpani ductoris multi nominis
auſpicijs, vt terra, mariq; inimica vrbs oppugnaretur: quum itaq; claſsis in
Illyricũ trãſmiſiſſet. Dalmaſius cũ copijs in cõtinentẽ egreſſus caſtra ad Ia-
derã repẽte admouit: mari pariter Iuſtinianus vrbẽ adoriri parat: Interim
Princeps Gradonicus per has Reip. turbationes quũ ducatũ ſupra duode-
cim annos adminiſtraſſet. Diẽ ſuũ obijt, & in Cypriani Aede ad Muranũ
humatur: Marinus Georgius in eius locũ ſucceſsit: Venetiq; ad Iaderę obſi
Marinus Georgius Dux. L. 1303
dionẽ intenti erant, valloque, ac foſſa vrbẽ cinctã maritimis, terreſtribuſq;
viribus premebãt: eaq; breui potiti omnino fuiſſent, niſi Dalmaſius pecu-
nia corruptus, ſubitaq; tranſitione in vrbẽ ab hoſte admiſſus, non ſolũ rem
Dalmaſi ſcelus.
peruertiſſet, ſed Venetũ etiã in ſummũ diſcrimen adduxiſſet: qui deſerto-
ris, perfidiq; hominis nefarios conatus timẽs ab vrbe procul caſtra amouit
ipſe vero trãsfuga Iadęra paruo nauigio digreſſus quũ in Appuliã curſum
teneret, fęda ſubito tẽpeſtate coorta rebus omnibus amiſsis vix naufragiũ
euaſit: ſeminuduſq; in terrã egreſſus perfidię ſuę nequiſsimus Hiſpanus me
ritas Veneto nomini pennas luit.

FINIS.

PETRI IVSTINIANI RERVM VENETARVM HISTORIA.

LIBER QVARTVS.

NEC Bellum Dalmatiæ Interim ciuitas omiſsit. In quo gerendo dum eſſet occupata. Georgius Dux menſe decimo ſui principatus vita deceſsit. vir ſanctimonia, & Innocentia clarus, à quo Diui Dominici fanum erectũ eſt: frequenſq́ue ibi collegium religioſorum, qui ſacris operarentur, inſtitutũ, piũq́ue ad hæc hoſpicium Princeps optimus ſtatuit. Donarijſq́ue inſtruxit, vt languentium pauperum ibi cura haberetur. victuſq́ue ei ſubminiſtraretur, per Diui Marci procuratores. Quibus hoc nomine bona ſua cuncta legauit: Ioannes Superãtius huic Princeps creatus ſucceſsit. Homo præter generis nobilitatem, blando, manſuetoq́ue ingenio, cuius initio principatus ſtatim Dalmatia recepta eſt. Iadratinis, Enonenſibus, Spalatrinis, Tragurinis, Almiſſanis, Siccenſibus in fidem redeuntibus. Ac eodem ferme tempore Veneta Ciuitas Clementis Pontificis interdicto pientiſsima Fr. Danduli oratoris opera liberatur. Qui cathena ferrea collo iniecta tandiu ad Pontificis menſam in morem canis proſtratus iacuit. Donec placata illius ira ignominioſam patriæ notam exemerit. vnde illi poſtea canis cognomen inditum ferunt. Verum enim vero ſi libere ea quæ animus ſentit, enunciare fas eſt. haud quidem (vt decuit) pio Chriſtianoq́ue more Pontifex egiſſe videtur. qui hominem libero, ac illuſtri loco natum tam humili, abiectoq́ue ſtatu demiſſum iacere diu paſſus eſt. Exemplum Saluatoris noſtri minime ſequutus. cuius ipſe in terris Vicarium nomen gerebat, qui ne flagitioſiſsimo quidem latroni Rex ſummus veniam denegauit: ſed expleuit ille aduerſus clariſsimum Italię populum ignominioſo legati ſtatu iram ſuam, expleuerit certe. Dum huius mortales patientiam laudent. illius ſeueritatem improbent. ille quia potuit, innato naturæ vitio ſuperbe egit. Hic vero blando animi affectu humiliter quia voluit. Ille in excelſo ſtans opprobrium, hic humi procumbens gloriam meruit pauci illius factum probabunt. Huius omnes manſuetudinem, & pietatem admirabuntur: nec fuit ciuitas ingrata, quæ hominẽ, qui pro ea in tam humili, deformiq́ue ſtatu conſpectus eſt: ſummi honoris cultum inſignibus ad altiſsimum faſtigium euexit: liberati autem à Clemẽte Pontifice Veneti interdicto maximo gaudio affecti ſunt. Qui etiam mandaſſe fertur, ne vllo vnquam tempore hoc, alioue nomine illi poſteą

Ioan. Superantius. Dux. li. 1304.

Fr. Dãdu li pieta.

à Romano Pontifice tam lethifero anathematis ſpiculo peteretur. Quod quidem reſcripto Apoſtolico apparere nonnulli affirmant:ac ſub id tempus quattuordecim triremes Veneti in altum eduxere.Quibus Iuſtinianus eiuſdem cognominis præficitur.Huic datum negocium, vt vndecim Lygurum longas naues toto mari perquireret.Quę Venetorum res in quibuſdam Europæ,Aſiæq́ue emporijs aſsiduo incurſu infeſtare dicebantur. vbi vero in Ponticum mare Iuſtinianus cum tota claſſe aduenit. omni maritima ora ab Helleſponto vſque in Tauricam Cherſoneſſum perluſtrata. In Genuenſium claſſem nuſquam incidit,vanoſq́ue rumores de ea diſsipatos fuiſſe intelligens,nulla bene gerendæ rei occaſione oblata demum incolumen claſſem reduxit:& hæc foris,At domi.Nauale aliqua ex parte auctum eſt.quod hodie producta longe,lateq́ue ædificiorum mole in tantam amplitudinē excreuit,vt eius ambitus qui mœnibus,turribuſq́ue vndique munitus eſt.Inſignis cuiuſdā oppidi procul ſpectantibus ſpeciem prębeat. Locum ipſum non ſine ſtupore nemo perluſtrare poteſt. Armamētarium potius,quàm nauale appellandum.In quo ducentę,& amplius triremes paratæ viſuntur,aliaque minora nauigia.Lembi,Celoces,Biremes,Vrſſerij, Parandariæ quæ græce Hyppaga dicuntur,ad conuehendos equos accommodata infinito prope numero: taceo diuerſas cuiuſcūq́ue generis officinas, in quibus opificū vis ingens artes ſuas lignarias,ferrarias,tormentarias, cæmentarias affabre exercēt, quid numeroſam illam armorū copiā referam? Belliq; omnis generis apparatus?Catapultas,Baliſtas, Scorpiones, ad hæc ferrū,ęs,Linteum,Spartum,Picem, Querna, Abigneaque ligna, aliamq́ue naualem materiam,ad ædificandam quamlibet opulentiſsimam claſſem. Per hæc autem tempora ad oram Ionij,Aegeiq́ue maris tuēdam aduerſus Genuenſes aliquot longe naues ſub Iuſtiniani Imperio miſſæ ſunt. Qui in Ponticum Mare delatus circa Thracium Boſphorum non paucas Lygurū naues oppreſsit.Inde ad Peræ oppugnationem claſſe admota oppidanos metu territos impetrata facere coegit.Noua poſtmodum Cretenſium defectione excitus,in inſulā propere venit.cuius per opportuno acceſſu Græcorum motus mira celeritate compreſsi,& hæc foris: Domi autē Procuratorum vt ſex illi eſſent,numerus auctus.creatiq́ue Nic.Falerius, & Marinus Maurocenus:his geſtis ſuperantius,cuius Principatus annos ſexdecim cum dimidio habuit,ex humanis migrauit:in eius locum Franciſcus Dandulus Romana legatione clarus,Dux creatus eſt. Qui ſtatim vt ciuitatem magna Annonæ caritate laborantem leuaret, aliquot naues onerarias, & ad earum præſidium plures triremes, quibus omnibus Nicolaus Falerius procurator præfuit,in Siciliam frumentatum miſit.vnde ingens vis tritici paucis diebus in vrbem aduecta populi inediam diſcuſsit, octoq́ue per id tempus Genuenſium triremes duas Venetas ex Gallica negociatione redeuntes medio mari oppreſſerunt,mercibuſq́ue direptis,remiges, ac Socij

nauales

Claſsis veneta ſub Iuſtiniano pręf.

Arm.nauaлis Venet. opulētiā.

Procuratores Additi.

Fr. Dādulus. D.lii.

nauales fuga in littus dilapſi ſunt. In Hiſtria quoque Reſp. Bellicos motus ſenſit. Nam Pollani, & Valenſes, quos Aquileienſis Antiſtes iam antea à Venetis alienauit. vltro in fidem rediere, id ille iniquo animo ferens ad recipienda oppida confeſtim arma contrahit: at Veneti vt Hiſtros tuerētur. Qui nuper ad obſequium rediſſent, ingentes ſub Iuſtiniani præfecti auſpicijs in prouinciam copias tranſmiſerunt, quibus modico negocio hoſtis victus ceſsit. Hiſtriaq́ue paccata eſt. Ac eodem ferme tempore maritima clades illata ciuitatem turbauit: ſex enim Lyguſticæ triremes cum octo Venetis congreſſę. Quibus Thomas Viarus præerat, quinq́ue earum poſt multam cædem profligant, & capiunt, reliquæ tres trepidanter Venetias reuerſæ ſunt, eam rem ciuitas indignè tulit, edoctiq́ue patres viari præfecti ſoccordia, qui maiorem nauium numerum habebat. Cladē acceptam in vincula coniecere. vbi reliquum ætatis agens vitam cum morte commutauit. Turci interea Schytica gens. Sarracenis, Mauriſq́ue in mixti tunc primum in Aſiam claris aliquot facinoribus Bello æditis in lucem emergere cœperunt. ij non contenti ex tota Syria Chriſtianos miro victoriæ curſu eieciſſe, iam Maris Imperium occupare animos adiecere. Claſſeq́; primum cōparata quicquid aquarum, ac pelagi late patet. Supra Cretam, Cyprum, & Rhodum, ita infeſtum reddiderant, vt eorum incurſionibus nihil tota illa pelagi vaſtitate tutum nauigantes haberent. Ad Turcorum igitur conatus Bello euertendos. Veneti ſocia arma cum Ioanne vigeſimoprimo Pontifice Maximo, & Carolo Galliæ Rege coniunxerunt, miſsiq́ue hoc nomine Romam Legati. Philippus Belegnus, Blaſius Zenus, & Marinus Maurocenus, expreſſumq́ue eſt noua fœderis formula, vt viginti equitum millia, peditum quinquaginta ab illis communibus expenſis armarentur. Veneti autem claſſem centum nauigiorum armis, viriſq́ue inſtructam conflarent. in quibus eſſent onerariæ naues. (Quæ Parandariæ vocantur) ad commeatum, Machinas, militariaq́ue alia impedimenta ad vſum Belli deferenda: ſed Gallis inerti mora ceſſantibus paulatim Belli gerendi ratio, Martiuſq́; apparatus remiſſus eſt. Non tamen Pontifex, Venetuſq́ue Senatus inchoatam deſeruere expeditionē. Quin ſocijs ſtatim armis ille terreſtres, hic maritimas copias ingentes pararunt. Quæ ſub legati Apoſtolici, & Petri Zeni Imperio. vt Turcum bello peterent. In Aſiam tranſmiſere: cæterum imprimis Veneta claſsis longe, lateq́ue Barbaros toto pelago inſectata omnem maritimam oram à Turcorum iniuria vendicauit. Smyrnamq́ue Pontificis Legatus, & Zenus Venetæ claſsis ductor terra, mariq́ue adorti expugnarunt. In Mediterranea poſtea loca cum ſelecta armatorum manu progreſſi aduerſus eam gentem fęliciter rem Chriſtianam adminiſtrarūt: ſed quū forte Sacris feſto die in Sacello quodam intereſſent. Subito Turcorum incurſu, qui ex inſidijs in apertum proruperant, circumuenti opprimuntur. Legatuſq́ue, & Zenus nunquā adduci potuerūt, vt Sacra è Templo abeuntes

Th. Viari ſoccordia.

Turci.

Romā legati miſsi.

Fędus in Turcas.

Legati Pōtificii, & Pet. Zeni cædes.

ciſsime Imperas. Extremis bellorum periculis? Quid tibi cum littoribus Venetorũ? quos maiores tui ſumma obſeruantia proſequuti ſunt. Quos nõ ſolũ Italia, ſed totus fere orbis maxime colit, & admiratur. Dimitte illis ſua Aeſtuaria, quæ omni prorſus carent inuidia. Tu vrbes, Imperiaque virtute parta moderare. Noli vicinũ, & prępotẽtẽ populum inimicũ ex leui cauſa tibi reddere. Satis, ſuperq́; cęteri Italię Principes te odio habent, tuũq́; exoptant excidiũ. Si Venetos quoq; à te alienaueris, res tuæ (vtinã falſus ſim vates) in ſummo erunt diſcrimine: Deliniẽdi igitur ſunt Veneti; quorũ fauore, cuncta (Si quæ forte impedunt) pericula prorſus ceſſabunt. raro enim eę actiones ex voto ſuccedere ſolent; Quæ perperam, ac minus recta ratione digeſtæ ſunt: Hæc ille amice, & fideliter locutus dicitur: tum Maſtinus toruo ſupercilio Petrum intuitus, aut puſilanimus eſt. ait. Qui iſta timet, aut inuidus, qui ſub cautioris Conſilij ſpecie facta noſtra retardat: Petre, quę dicis, non ſunt nobis grata. Exeatq́; de noſtro Conſilio: qui aliter ſentit. Statimque Maſtini iuſſu cum potenti armatorum manu mittitur Federicus Caballus ad locum, vbi Caſtellũ conſtruebatur, vt eius præſidio opus perficeretur: Si id forte Veneti armis impedire auſi eſſent: erat tũc Venetijs Maſtini legatus. Qui de more eius nomine in vrbe reſidebat. Hunc Patres in curiam euocarunt: ac grauiſsimis verbis cum eo conqueſti ſunt. De tot tantiſque iniurijs, Quas Domini ſui Venetis inferebant, contra pacta, & antiqua fędera: Legatus ipſe vt (erat acri, ſagacique ingenio) ad Principẽ conuerſus. De amore, & obſeruantia, qua Scalligeri Domini ſui Venetam Rẽpub. omni tempore proſecuti fuerant. Sermonem habere cępit. Caſtellum que illud, quod conſtruebatur, aſſerebat, ibi omni iure poſſe ædificari, vtpote in loco Patauini agri, de iuriſdictione Dominorũ ſuorum, licereq́; vnicuique in proprijs finibus rem ſuam agere: Ad hæc Princeps turbatus reſpondit, Nullam cauſam Domini tui habent. Ex qua nobis tam impudenter officere debeãt: Quin eos ſemper tãquàm filios diliximus, eorumq́; incremento, rerũq́; ſuarum proſperitate lętati ſumus. Verum acerba hęc eſt, grauisq́; iniuria: nã vt (cętera omittamus) Caſtellũ in ſtagnis noſtris dominorũ tuorum iuſſu conſtruitur. Id quàm indignũ ſit, quis nõ videt? proinde petimus, vt caſtellũ illud omnino deſtruatur, ſi pacẽ potius cũ nobis, quàm bellum Maſtinus habere mallit, reſipiſcantq́; tãdem Domini tui, ne parua hæc ſcintilla ingens exuſcitet in Italia incendium, cum funeſta rerum ſuarum pernicie: His auditis, legatus vt tempus traheretur, ſcripturum Dominis ſuis de poſtulatis Venetorum pollicetur. At dũ literæ citro, vltroq́; mittuntur. Caſtelli interim munitio perficitur, cum forti vallo, triplici foſſa, altiſque aggeribus: illudque valido militum prędidio firmatur: Legatus poſteà in curiã ad Principẽ venit, ac literas attulit, quibus Scallani vanas, ineptaſque fallacias contexentes rem trahebant: Tum Princeps, vidimus aperte ait. Dominos veſtros bellum quærere. Et bellum dabitur, quod illis in

Maſtini ſuperba reſponſio.

Principis verba.

Fauſtum fore ob cauſæ iniuſtitiam ominamur: Atque ita dimiſſus eſt Legatus. Conuocato igitur Senatu, Dandulus Princeps bellum aperte cum Scallanis gerere minime è Repu. eſſe cenſebat. Quare rogatus ſententiam in hunc modum è Tribunali locutus fuiſſe dicitur: Dum præſentem Reipub. ſtatum Patres conſcripti conſidero: veſtraque egregia pace, belloque geſta, non poſſum non ſummam Dei benignitatem erga nos recognoſcere, diuinæque maieſtati immortales habere gratias, Quum in tantis totius orbis bellorum incendijs, fœdiſque Italiæ turbationibus, Veneti nunc ſoli ſint, qui paccate, tranquilleque agant. Nec pacis ſolum fruuntur ocio ſed in maxima nominis exiſtimatione apud omnes Principes habentur: Huius tantæ fęlicitatis. Quis veſtrum non optet perpetuū huic Reip. arridere ſucceſſum? Quem ſi Scalligeri iſti in præſentia turbare inſolitis tentant nouitatibus, ad eorum retundendum impetum nouis conſilis uti debemus, nam ſi ad arma recurrimus, omnia bellorum incendijs breui in terra Italia ardebunt. Ac tranquillus is Reipubli. noſtræ ſtatus perturbabitur. Adde pecuniarum profuſionem, Quas Belli ci abſorbent fluctus, ductorum incertam fidem, mercenariorum militum ingluuiem, quibus nihil eſt auarius, leuiuſque. Præterea Lyguſticis bellis, ac ciuilibus ſeditionibus, à Perri Gradonici Principatu ciuitas exinanita nondum ad priſtinam redijt opulentiā vt ex dignitate Reip. bellum geri poſsit. Quid igitur agendum? Dicet quiſpiam? inultos ne tot tyrannorum inſultus in Venetum nomen patiemur? nec aperto bellǫ iniurias propulſabimus? minime equidem: Sed alia ratione Scallanorum improbitas caſtiganda, Quam maiores noſtri ſequendam nobis relinquerunt. Ea autē eſt, vt Tranſitus fluminum obiectis repagulis ad impedienda hinc. Inde commercia occludantur. Acceſſus quoque ad loca noſtra ſubditis ſuis terra, marique negetur. Quod eis in tantum damnū cędet, vt velit, nolitq; Maſtinus ab iniuria abſtinebit. ad pacēq; à belli ſtudio animū auertet: Nobis autē patres conſcripti nihil vſquàm timendū eſt. qui liberū, apertūq; mare habemus, libera padi, liquētię, plauiſq; oſtia, vnde omnis rerū copia, vbertaſq; nobis affluet. quid bella in cōtinēti tentamus? armorūq; terreſtres furores? Qui nullū Reip. Venetę fructum afferre poſſunt. nā cōtēti maris potētia, & pręſentiū rerū fortuna, terreſtrę Imperiū minime affectatis, maritimis vos viribus gloriamini, his Veneta fama, his Imperij fines mari propagādi. Quare patres cōſcripti cēſeo à bello abſtinēdū, nec armis cū Scallanis ad præſens rē gerēdā. ſed interdictione cōmerciorū hoſtes aggrediamur, qui facile ab iniuria deinceps inferēda reuocati mitius nobiſcū agēt. Illud tamē Patres ampliſsimi habetote. In quācunq; partē hodie Senatus cōſultum factū erit, vigilātiſsimē nos omnia curaturos, quę ad Veneti nominis gloriam amplificādam profutura cognouerimus, poſtquàm Princeps perorauit: Senatorū vnus ab eo lōge diſſentiēs. talē habuit orationē: Scio in libera ciuitate Princeps optime liberā vnūquēq; in publicis

Dāduli P. oratio.

Oratio.

cis cōſultationibus diſſerēdi habere poteſtatē. Benigneq́;ac attente ex patrio more omnes audiri ſolēt. Qui ea quæ ſentiunt,in pacis,Belliq́; actionibus conſtāti,fidelique animo explicant. Hac ego ſpe adductus in medium hodie proceſsi, vt publicam cauſam ſalutari ſententia dicta in conſpectu veſtro agerem. In dubium enim venit,an ſæuisſimi tyranni Scalligeri bello ſint a vobis petendi, a quibus tot acerbisſimæ iniuriæ profectæ Venetum nomen indigne dehoneſtarunt. Mihi autem(ſi ingenue fari licet) ea mens eſt.vt aperto bello iniurias illatas vlciſcamur,Tyrannorumq́ue ſuperbiam armis contudamus:Quis enim non eorum proteruiam ſtomachetur? ſiquidem non contenti hi tot Italiæ præclaras, præpotenteſq́ue vrbes ſuo adiecisse Imperio. In noſtros etiam fines irrumpere violenter audent: Omitto etenim quanto armorum ſtrepitu munitisſima oppida Mottam,Caminū, Buſſolettum circumſedentes,à noſtra ditione auellere tentarunt, reliquas prætereo veteres,nouaſq́ue iniurias, quas vobis, ſociſq́ue veſtris fęderum ruptores intulere:recens autem hoc factum quàm graue? quàm tyrannicā? auſi enim ſunt regijs opibus, fortuniſq́ue ampliſsimis inflati Caſtellum iuxta Clodiam in ſtagnis,ac prope in viſceribus noſtris conſtruere:idq́ue valido firmatum præſidio,neſcio quid tremendum, atroxq́ue in libertatem noſtram minatur:admoniti ſunt legationibus,literiſq́ue,vt reſipiſcant. His ſpretis Boni viri,in tyrannica prauitate obſtinatiori animo perſeuerant,ſuiſq́ue inſiſtentes violentijs, veſtra occupare ſtagna cogitant, & vos tantas iniurias perferre poteſtis?extinguendum eſt Princeps optime tā vicinū incendiū,non commerciorū interdictione, non fluminū obijcibus,ſed bello, vi,armis, noui tua omnia facta, dictaque Princeps illuſtris ſpectare ad publicum huius Imperij commodum,ad decorem,ad gloriā,verum alia præſens temporum conditio expoſcit cōſilia,bellum autem ex voto,ac ex Rei pu. dignitate facile conficietur,quum Dei benignitate,licet præteritis bellorum turbinibus non parum exhauſtum fuerit Aerarium, maximæ tamē adhuc opes,& publicæ,& priuatæ ſuperſunt:Quibus quælibet grauiora belli onera ſuſtinere præpotens ciuitas facile poſſet: Nec cum nobis Solis Scallani bellum gerent, habebimus ſocijs armis coniunctos non modo totius ferè Italię Principes Florentinos,Vicecomitem,Eſtenſem,Gonzagam,ſed Ioannem quoque Boemiæ Regem,qui omnes in tyrānos exacerbati iniurias ſuas vlciſci miro flagrant deſiderio:has vires ſuſtinere illi poterunt? nō dubito quin tanto armorum impetu tyranni opibus ſuis euerſis,aut funditus opprimētur, aut iniquiſsimas pacis leges cum ſumma Veneti nominis gloria à nobis accipiēt:Bellum igitur patres cōſcripti in tyrānos decernite Bellū inquā neceſſariū,quo res veſtrę ſpero ampliores,melioreſq́;reddētur, & ferox hoſtis edomitus deſinet, tanto ſtrepitu omnia turbare, quid enim eo violētius?Rubriorū eiulatus ac cęlū vſq́;tollit, quibus eiectis Parmā impij tyrāni occupauere:Illi autē cū fratribus,filijs,& vxoribus patrię extorres

tota Italia vagantur. Simili carrarium affecere iniuria. Nos quoque in ſtagnis, ſuburbaniſque aquis infeſtant: quouſq; tot inſultus patiemur? an expectamus, vt totius Italię parto Imperio, frenoq; cunctis gẽtibus iniecto, Venetã euertant libertatem? Dij precor veſtro numine caliginem ex mentibus noſtris diſcutite, vt quod Veneto, ac ſocio nomini, beneuertat. hodierna die decernatur, eſtoteque nobis pace, Belloque propitij ad peruertenda hoſtium conſilia, qui rerum humanarum immemores aliena tam ambitioſe appetunt: vehemens huius oratoris actio adeo Senatum omnẽ accẽdit, ad id per ſe antea ſp. ctantem, vt Bellum in ſcalligeros miro omnium conſenſu decretum ſit. In ſocietatemque recipiuntur Ioãnes Boemię Rex, Florentini, Vicecomes, Eſtenſis, Gonzaga, quibus omnibus Scallanæ opes ſuſpectæ erant: ſed Veneti, Florentinique primas belli partes exceperunt, cõmuni itaque vtriuſque populi impenſa ad viginti, & amplius hominũ millia (alij numerum augent) à viceſimo ad ſexageſimum ętatis annum conſcripta dicuntur ſub Petri Rubrij parmenſis rei militaris peritiſsimi ductu. quem Veneti abſentem tanti exercitus Imperatorem legere: is tum Pontremuli grauiſsima à Maſtino obſidione premebatur. audienſque. quòd à Venetis copiarum ſibi Imperium demandatum fuiſſet, ne moram vllam traheret, per hoſtium ſtationes ignoto habitu ſilentio noctis elapſus Florentiam primum, inde Venetias ad accipienda militaris Imperij ſigna aduenit. quem mox magna nobilitatis frequentia in curiam comitatum lęta fronte Princeps, patreſque excepere, multaque Rubrius de Scallanorum iniuria queſtus operam ſuam in hoc Bello patribus promptiſsimam pollicitus eſt: ſpemque ingentem fecit, militari Imperio recte adminiſtrato hoſtis ferociam in perpetuum domandi: poſtridie ſolẽni pompa publica ſigna (quod fęlix, fauſtumque Veneto, ac ſocio nomini eſſet) à Principe accepit: in Bellumque ſtatim profectus cum duobus legatis. M. Cornelio, & Andreatio Mauroceno viris præſtantiſsimis. Mottam cum omnibus copijs contendit. Atque hic recognito, luſtratoque exercitu, ac in Acies diſpoſito ad Anaxum Fluuiũ peruenit. Taruiſinoque agro ferro, igniqúe vaſtato rem impigre Veneti geſſere, interim quum hoſtes nullibi apparerent, ad Medoacum Amnẽ caſtris promotis Rubrius Imperator in vlteriorem fluuij ripam copias traduxit, quod vbi Patauium nunciatũ eſt: trepidare omnes, Bellum horrere, tyrannos deteſtari, qui metu perculſi egredi mœnibus non auderent. Venetumque ſinerent totam impune regionem populari. His vocibus Albertus, qui Patauium valido tenebat præſidio. excitus cum delecta, militum manu hoſti occurſurus vrbe ſtatim egreditur. non auſus tamen cum Veneto congredi ab eo procul conſedit. At Rubrius pugnandi ſtudio accenſus in hoſtem alacri animo mouit. nihil aliud die, noctuq; à dijs immortalibus præcatus, quàm poſſet veteres Scallanorũ in ſe iniurias vel egregie vlciſci, vel ſi aliter ſtatutum in fatis eſſet, fortiter pugnãdo occumbere:

Bellum in Scallanos decernitur.

Pet. Rubrius.

Albertus hoſtium Dux.

cumbere: Albertus interim hoſtium viribus, atque animo impar prælium recuſabat. Sublatiſque ſignis tuto, idoneoque ad Montium radices caſtra poſuit loco. Venetus autẽ aperto cãpo ad portas Patauij adequitauit. inde ad prædã miles conuerſus longe, lateque omnia fœdis rapinis depopulatus eſt. Saccenſesque armis petiti continuo deditionem fecerunt. à quibus commeatus victoris iuſſu exercitui abunde prębiti. ad ſingulareque hoc in loco certamen Rubrius Maſtinum prouocaſſe dicitur. Sed Scallanus pugnam, Duellumque renuit. mox ad Boulentam vicum Rubrius caſtra admouit. Atque hic auxiliares Florentini populi, aliorumque Sociorum copiæ Venetis. ſe per ocium iunxere. ex Boulenta autem motis repente ſignis Patauium, eſt itum. atque pro portis, mænibuſque Venetus obequitans hoſtes ad pugnam prouocabat: Inque eorum ignauiam inuectus probra addebat: vt in certamen eos attraheret. Sed quum illi intra męnia ſe tenerent, conuerſis alio ſignis caputaggere oppidum petijt. Inde Caſtellum. Quod tyrannorum iuſſu ad ſtagna conſtructum fuerat. Bellicis operibus aggreditur: miſſuſque eo. M. Lauredanus vir impiger cum inſtructa complurium nauigiorum claſſe. ad maturandam loci oppugnationem venerat: communi itaque conſilio res geri in hoſtem cæpta eſt. tentataque voluntaria deditio, nec ea ſecuta, vi agendum Rubrius, & Lauredanus rati, atroci oppugnatione Caſtellum terra, mariquc aggrediuntur. telaque, & Miſsilia hinc inde iactata cœdem hinc, inde non paruam ædunt. Spiritellus que inter alios, Qui Scallanorum nomine munitioni præerat. Subito vulnere. à ſagittarijs Venetis transfixus, concidit: cuius cęde conſternati reliqui qui in præſidio erant. Inducias octo dierum paciſcuntur, ad tradendum locum, niſi Maſtini auxilia aduenerint: ipſo autem admonente, vt ſaluti ſuæ milites conſulerent. facta eſt Caſtelli Deditio. Quod receptum continuo Senatus iuſſu à fundamentis diruitur. Conaglenſes & ipſi per eos dies Scallanorum nomen exoſi, in Venetorum fidem venerunt: Horum exemplo ingens à tyranis ſecuta eſt defectio. Qui tamen vt ſuas partes firmarent, magnam mercenariorum militum manum contraxerant. In quibus tria Germanorum millia ſtipendio inauctorata cenſebantur: hi multa militari licẽtia in Patauinos hoſtilia feciſſe dicuntur. Ac rapinis, ſtupris, cędibus totam vrbem fędarunt: atque hinc vulgo creditum eſt. præcipuam Patauinæ defectionis cauſam deriuatam, multique tumultus à Barbarorũ iniuria exorti. multi compreſsi, parumque ab fuit, quin media vrbe ciues, & Barbari inter ſe dimicarint. Rubrius interim ad Ateſtum aduerſus hoſtes proſpere pugnauit: trecentoſque ex Germanis captos ademptis armis ad conciliandam manſuetudinis famam miſſos fecit, tum tyranni res ſuas in apertum adduci diſcrimen prima Belli alea cementes, à Ciſalpinæ Galliç populis, & extra Italiam à Ludouico Bauariç Duce auxilia per legatos implorare cœperunt. Viribuſque reparatis Venetorum conatibus obuiam ire

M. Lauredanus.

Spiritelli interitus.

Not.legationũ numerum. ire quoquo modo ſtudebant.Sexagintaque Principum, ac populorum legationes ad agendum de pace, ac de Italiæ rebus, vno tempore Venetias acceſiſſe dicuntur:venit & Marſilius Carrarius Scallanorũ nomine, quem lapidibus in hoſtium inuidiam contra ius gentium à populo Veneto violatum pene ferunt. Arteque id factum fuiſſe aliqui interpretantur,ne tyrãni illum ſuſpectum haberent.Qui ea mente ad Venetos ſub oratoris nomine acceſſerat,vt occulte cum eis de tradenda Padua ageret, adduntque in huiuſce rei comprobationem,Marſilium in curia Principi demiſſo ſermone dixiſſe.dum alij adeſſent oratores, et quid ſi tibi Princeps Paduam daremus?tum illum vultu hilari ſtatim reſpondiſſe.Eam tibi habẽdam traderemus:quod non multo poſt ſecutum eſt:idem à Carrarij ipſius legato iampridem dictum quidam memorant.Dum ille feſta viti Martyris luce iuxta Principem lauto conuiuio publice diſcũberet.Sed prior opinio magis tenet:Conſtat enim.Marſilio Patauij dominationẽ ab initio promiſſam. Legati autem de pace ſecreta colloquia cum Venetis diu habuere:va riæque,& multæ altercationes inter eos ſæpe ſubortæ: nam Veneti Pataium,Taruiſium,Parmam,qui in poſſeſsione victoriæ prope erant, poſtu labant,vt Scallani in priſtinam libertatem reſtituerent,Lucaque in Hetruria Florentinis traderetur.cætera ipſi prout tenent. Legitimo titulo poſsiderent:eas autem conditiones velut ignominiæ plenas Maſtino repudiante.Infecta re dimiſſi ſunt legati:At dum hæc domi circa pacem aguntur: interim aliquot Patauini,Taruiſiniique agri oppida Triuille, campus ſancti Petri,Cittadella,Aſilum,Nigicolum,Vidorum, ſanctus Zeno à Rubrio hoſtibus adempta in Venetorum poteſtatem rediguntur. Quibus geſtis munitiſsimum quoque oppidum Meſtram deditione facta Venetus occupauit. Admotis inde Taruiſium caſtris vrbem Rubrius repente aggreditur.ac duas ciuitatis portas illato ingẽti terrore noctis ſilentio ferro, igniq; demolitas,combuſtaſque diſiecit.quas eodem temporis momẽto Ribaldonus Prætor,Gilbertus de Foiano,Palmerius de Saxo. qui pro Scallanis vrbi præſidio erant,cum valida militum manu accurrentes cæmẽtitio muro obturarunt:tantus tamẽ nocturna illa trepidatione metus ciuibus, oppidaniſque omnibus iniectus eſt,vt multi vmbra noctis tecti per auerſa ab hoſte loca ex vrbe migrarint:ex his nonnulli media fuga capti, in quibus caminenſis fœmina illuſtris Clara nomine ſeruili habitu oppreſſa dicitur: interim Serrauallum Taruiſino hoc tumultu ad Venetos à Scallanis defecit,aliaque oppida in fide titubabant:qui cognito rerum ſuarum diſcrimine in ſummis animi anguſtijs conſtituti erant,ad hæc accedebant noui Luchini Vicecomitis,Philippi Gonzagę,& regis Boemię motus. Quorũ iam armis hoſtiliter premębantur:atque ita accidit,vt vno tempore tribus locis in tyrannos impetus fieret.Illi autem ad vim,& arma reſpicientes. prælij Fortunã tentare ſtatuerunt. Venetæ autem, & ſociales copiæ hoſtium fines

De pacis cōditionibus.

Oppida a Rubrio capta.

Taruiſinorũ fuga.

fines ingreſſæ.omnia ferro,igneque vaſtabant.Rubriuſque ſatius eſſe exiſtimans,Bellum in longum trahere,cuius onus apparebat,Scallanum haud diutius laturum,à prœlio pertinaciſsime abſtinuit:cedensque hoſtilem congreſſum declinabat : Maſtinus vero quaſi acie viciſſet, quòd Venetum cædentem videret,cum tribus equitum,& peditum millibus,ad confirmandos ciuium animos Pataujum continuo venit. Inde ad Boulentam caſtra mouit.vbi ſubito acceſſu viginti Venetorum nauigia quæ circa munitiones in aquis ſtationem habebant,oppreſsit· Hic ad ſummouendum loco hoſtem.Rubrius magnam vim contuſæ herbæ Gualdę appellatæ guſtui amariſsimæ in fluuium proieciſſe dicitur, vt Aquationem Scallanis infeſtam redderet.Dum itaque Maſtinus cum copijs circa Boulētam ſedet.ad Rubrij conatus euertendos intentus ecce trepide affertur, Brixiam Luchinū vice comitem grauiſsima obſidione fatigare:quo ille nuncio turbatus, relicto cum valido præſidio ad Patauij cuſtodiam fratre,citato agmine Veronam ſe contulit,vt inde Brixie ſubito opem ferret. Interea Marſilius Carrarius ad patriæ liberationē Maſtini opportuno receſſu erectus quod iam antea animo conceperat,exequi parat: confeſtim igitur per occultos nuncios Rubrium cum ſuis copijs acceſsit.Qui nulla mora cum lecta militum manu accurens patefacta repente porta,quæ ad pontem curuum eſt, intra mœnia admittitur:in forumque armatus cum peditum Robore progreſſus Scallanos,eorumque fautores perterruit.At Carraria factio quæ in armis præſto aderat,cum magno gaudio Rubrium exceptum Patrem,liberatoremque appellat:atque in ea trepidatione quinque ex ciuibus Scallani nominis ſtudioſi interficiuntur. In quibus fuit Dominicus de Agrapatis cauſidicus,& orator ea tempeſtate clarus.At Albertus, & Riccius Foranēſis,ac plerique ex Tyrānorum neceſſarijs capti ſunt, reſque eorum direptæ, Venetiaſque Albertus captiuus miſſus eſt,quingentique Germani equites, qui in victorum poteſtatem venerunt:equis,armisque benigne reſtitutis, à Rubrio dimittuntur: ſtatimque Venetorum nomine ciuitatis regimen miro omnium fauore Marſilio Carrario defertur:Hæc Maſtino in Cęnomanis agenti nunciata maximum attulere męrorem : Boemi quoque per hoſce dies Feltrum,Bellunumque ad Montana profecti occuparunt. Secuta eſt poſtea Brixiæ,Bergomique defectio.Quibus cladibus concuſſus Maſtini animus vehementer angebatur.in Bello tamen ferox ille perſeuerauit:propoſitaſque eaſdem pacis conditiones quæ antea oblatæ fuerant. prorſus reiecit,opeque à Bauariæ Duce petita partes ſuas firmare curabat, vt quæ aduerſo marte amiſſerat, proſperiori Fortunæ aura (vt ſunt Belli exitus varij)reciperet.Hac ſpe Scalliger ductus copias reparare ſtudebat: Paduam interim tres Venetorum Legati viri inſignes.M.Lauredanus,Iuſtinianus Iuſtiniano,& Andreatius Maurocenus à Senatu miſsi fuerunt,vt patrum nomine Patauinæ vrbis principatum Marſilio antea attributum confirmarent.

Patauium captum.

Nob. capti uos.

Patauium Marſilio traditur.

Legati Venetorum

cõfirmarent: His aũt ſummo honore à tota ciuitate exceptis, ac in forũ ad ductis, vocato ad concionẽ populo. M. Lauredanus vir facundia clarus publico nomine Patauinis gratulatus eſt, q̃ à ſæuiſsima tyrannide liberati velut è procelloſa tempeſtate in portum ſalutis euaſiſſent: diemq́ue hanc lętiſsimam omnes celebrarent. Qua decreto patrum Marſilio ciuitatis Regimen ſe tradere ex collegarum quoque aſſenſu pronunciauit: cuius innocẽtia Veneti optime Patauinis conſultum fore ſperabãt. irent igitur (& quod ipſis, Venetoq́ue nomini bene, ac proſpere verteret) Marſilium popularẽ ſuum in rectorem, Principemq́ue acciperent. Illius dicto pace, Belloq́ue obediens quisq́ue eſſet. æquitatiq́ue, ac Iuſtitiæ acquieſcerent, qui ſub tyrãnide tandiu vixiſſent: Inde ad illum cõuer ſus, te quoque Marſili. Inquit. eniti decet, vt demandatum huius ciuitatis à Veneta munificentia principatum recte adminiſtres. populiq́ue tui incolumitati inſeruies. cõmodorumq́ue tuorum oblitus publicam amplectaris vtilitatem. Ac ſi vrbis noſtrę inſtituta, moresq́ue imitaberis in moderandis populis, forſan non errabis. Reliquum eſt, vt quum tantum beneficium hęc à nobis ciuitas acceperit. Quæ intra paucos annos noſtris armis bis ſeruitutis iugũ excuſſit. Aſſueſcas cum ea ad Venetam amicitiam colendam: potuimus enim tam illuſtrem ciuitatem iure Belli noſtris rebus adiungere. Sed à terreſtris Imperij cupidine alieni tibi eam habendam permiſimus. Quod libenter à nobis factum eſt, vt omnes intelligant, aliena nos non appetere: viciniq́ue, ac cognati populi ſalutem charam habere: vt veriſsima. ita omnibus, ac in primis Marſilio grata fuit Lauredani oratio. Tum ille venerabũdus aſſurgens. Veneto nomini ingentes gratias egit, ſeq́ue ſtudio curaturum affirmauit, vt ſuæ nunquam adminiſtrationis ne vnum quidem ciuem pœniteret: daturumq́ue ad hæc operam, vt gratiſsimum, ac tanti beneficij memorem ſe perpetuo Veneto nomini exhiberet. nec erga munificentiſsimum Senatũ vllo vnquam tempore conſeneſcet vis grati animi, à quo ſumma Patauini principatus dignitate ornatus ipſe fuiſſet. nullis ſuis meritis, ſed innata, peculiariq́ue patrum optimorum benignitate: quos perpetua obſeruantia ipſe, Carrariaq́ue omnis domus coleret. velut vnicos in terris moderatores, & dominos beneficentiſsimos, principatumq́ue iſtum ſuum, reliquũq́; Fortunarum Veneto nomini poſt Deum, perpetuo acceptum eſſet relaturus: Veſtræq́ue ait, vrbis clariſsimi oratores indolem ſecuti gratia, moderatione, benignitate, Iuſtitia, ita contendemus, vt omnes iudicaturi ſint. Venetos ſuum in Marſilio officium præclare collocaſſe: hæc ille. quæ circunfuſa multitudo ingenti plauſu excepit. Gratulationeſq́ue inde mutuæ ſecutæ. Venetorum omnes laudare munificentiam, legatorum induſtriã, Marſilij virtutem, totaq́ue ciuitas ingenti gaudio exultare: Sed præſentis letitiæ feſtiuitas Rubriorum fratrum continuatis prope funeribus eſt deformata: Padua namq́ue recepta ad Monſilicem Petrus oppugnãdum ſub ſignis profectus,

Not. M. Lauredani verba.

Marſilii reſponſum.

profectus, inito certamine. Dum rem impigre circa mœnia optimus Imperator gereret. Lethiferum vulnus lanceę ictu accepit. Inde ad curandã plagam Patauium relatus, ingenti omnium luctu paucißimis diebus expirauit. Perijtq́; ętate florẽtißima, quum annum vitę ageret. Sextũ, ac tricefimũ: Et paulopoſt Marſilius eius frater natu maior febri conflictatus moritur: ambo armorum peritia clari, ac à militibus vnice dilecti: Eosq́; pullatus exercitus ob recte militare geſtum Imperium diu luxit: His autem defunctis, Rolando fratri, qui tum abſens in Hetruria Luccã graui bello pręmebat: omnium copiarum Imperium delatum eſt. Qui ſtatim ad Monſilicẽ in caſtra venit. et ne circa mœnia incaſſum tẽpus tereret. cũ robore exercitus in Veronẽſem agrum populabũdus irrupit: Hoſtiumq́; finibus ferro, & igni ad portas vſque vrbis vaſtatis, in caſtra cum ingenti pręda reuerſus eſt: Maſtinusq́ue ex altera parte monticulum obſidebat. In quem Rolandus cum parte copiarum inuectus ab oppido eum fuſum, fugatũq́; reiecit: Marſilius Carrarius interim Pataui medio ardore belli è vita migrauit. Decedensq́; fine liberis Vbertinum. propinquum ſuum ſucceſſorẽ instituit: ac cẽtum aureorum nũmum millia ab eo relicta, vt ędes Venetijs Diuæ Marię Seruorũ dicata. In ea parte vrbis. quæ Iudaica dicitur, conſtrueretur: Quę nunc magnifico apparatu erecta Carrarij Principis legato multa prædia in ſacrarũ rerũ cultum poßidet: poſt hęc Vbertinus ad Monſilicẽ recipiendum intentus. corrupto pecunia præſidio partem oppidi occupauit: Arcem quoq; munitißimã paucis interiectis diebus deditione à Floreno loci præfecto facta. Venetus recepit: tẽtauit interim Maſtinus Montagnanã ꝓditione occupare: negociũq́; Spinetę Marchioni, & Guidoni Foranẽſi quadringẽtorũ equitũ ductoribus datũ, vt hi quã cautius poſſent ad locũ profecti. rẽ trãſigerẽt. Idq́; Venetos exploratorũ ſtudio nõ latuit; quare locata circa Ateſtũ quingẽtorũ equitũ Ala Duce Andreatio Maurοceno Veneto patritio, viro impigro hoſtes inexplorato ducẽtes inſidijs repẽte excepti ſunt, qui ad primũ clamorẽ exterriti abiectis ſtatim armis in fugã turpiter vertũtur, ex his autẽ nõ pauci cęſi. ſed multo plures capti. in quibus Guido, & Gilbertus eius frater fuere, atq́; cũ his equites fermè ducẽti in Venetorũ poteſtatẽ veniſſe dicũtur: Cęteri male habiti ad Maſtinũ in caſtra rediere. At Andreatius Maurocenus, cuius egregia virtus in ea expeditione maxime enituit, equeſtri eſt poſteà dignitate decoratus, nec Rolãdus in ocio fuit, qui cũ tota mole exercitus è Patauino agro profectus vincẽtiã cõtẽdit, factoq́; in vrbẽ impetu ꝑ portã quę Fęliciana dicit. in ſuburbana tecta irrupit. direptiſq́; ędibus ex ꝓpinquo hoſtes fatigabat. Maſtinuſq́; vndiq; tot malis circũuẽtus cũ inire nõ poſſet rationẽ, qua vincẽtiã obſidione leuaret, tãdẽ ad pacẽ eius animus inclinauit, quã ijs ille cõditionibus gemẽs, frẽdẽſq́; accepit: vt Feltrũ, Bellunũ, Cenetã, Boemo regi relinqueret: Bergomũ, ac Brixiã Vicecomiti, Taruiſiũ, Caſtrũbaldũ, & Baſſanum cũ ſuis finibus Veneti haberẽt: & ꝙ nauigatio ꝑ Atheſim

Pet. Rubrij interitus.

Mar. Carrari. mors

Hoſtium clades.

Pax, & eius conditiones.

Atheſim Venetis negociatoribus libera,tutaq́; eſſet: Florẽtini,& ipſi quattuor Lucẽſis agri oppida retinerẽt: Hiq́; præſẽtẽ pacẽ iniquo animo tulere: quippe qui Lucã vrbẽ finitimã Imperio ſuo adiungi in primis volebãt, cautum quoque ſocijs omnibus, ac Regulis, qui Venetos hoc bello ſequuti erant: Albertus, & captiui omnes hinc, inde reſtituti: Atque ita Maſtinus magis neceſſariam, quàm honeſtam amplexatus pacem, grauiſsimo bello finem impoſuit, quòd ſi in Veneta amicitia perſeueraſſet, non vtique tot malis circumuentus, à priſtina fortuna excidiſſet: Pace compoſita Vbertino Carrario Caſtrumbaldum, & Baſſanum Veneti dono dederunt. Ex quo manifeſtè patet. Continentis cura abiecta. ad rerum maritimarum ſtudium Venetos cogitatus ſuos omnes ſemper direxiſſe, ad bellumq́; hoc cũ Scallanis gerendum nulla alia cauſa eos traxit, quàm Italicæ quietis ratio, atq́; vt ſuperbiſsimi hoſtis ferocia retũderetur, quod ita prorſus euenit. His igitur Dandulo Principe domi, foriſque fœliciter geſtis, anno ipſe Ducatus ſui circiter vndecimo obijt: Minoritanẹq́; ẹdis Cẹnobio ſitus iacet: Qui hoc Scallano bello vigilantiſsimam operã prẹſtitit. Arteq́;, & ingenio vſus nullo loco deerat, vt hoſti quoquomodo obeſſet, militariſq́; diſciplinẹ peritis in cubiculũ quotidie ferè ad ſe accitis de ratione belli cum eis aſsidue differebat. Tabellaſq́; in Palati Aula quas ad id effingi curauit. diligenter contẽplabatur, vbi in membranis ſitus vrbium, collium, ſyluarum, fluminũ deſsignati erant. Quã ſolertia vſus plurimũ in bello adminiſtrando Reip. profuit, morieñſq́; magnũ deſideriũ ſui reliquit: Bartholamẹus Gradonicus illi ſurrogaẽ, cuius Ducis tẽpore ampliſsimũ illud cõclaue vbi octauo quoque die omnis ferè patritius ordo ad creãdos magiſtratus ſedet. conſtructũ fuiſſe dicitur. Id nos multò anteà erectum iudicamus. Ac ſub id tẽpus Popiliã, Peleſtrinã, Methamaucũ, Torcellum, in ſtagnis, littoribuſq́; oppida decreto patrum prẹtores ex vrbe miſsi: Aquarũq́; poſteà excreſcẽtia ciuitatẽ pẹnè totam inundauit. Suborta enim noctu ſubita tẽpeſtate diuina ope ſupremum vrbis excidium diſcuſſum eſt: Piſcatore miraculum diuulgante: Is enim quum tempeſtatem inſtare vidiſſet. Cymbam, quam futilem, ac ſemifractam ductabat. Ad Ripam Diui Marci in tutum appulerat: tum omnia fluctu, hymbre, ventoq́; miſcentibus, ad illum tres ſub humana forma viri veniſſe dicuntur, qui eum rogare cœperunt, veluti vrgentiſsimi negocij cauſa, vt ad Diui Nicolai ẹdem, quẹ eſt in littorẹ, quàm primũ eos vellet traijcere: quod piſcator magnitudine tẽpeſtatis deterritus, ſeniliq́; ætate diffiſus negauit, ſe facturũ: Tum ij quaſi per ſe ituri cõfeſtim in Cymbã (piſcatore Muſante) cõſcẽdunt, remiſq́; innixi inoffenſo curſu per aſperos, turbatoſq́; maris fluctus ad littoralẽ ædem peruenere. Vnde ad portus Fauces conuerſi nauẽ Cacodẹmonum plenã ſeni oſtenderunt, qui tantã tẽpeſtatẽ ciebant. Statimque eorum iuſſu nauis in profundum fluctuanti pelago, demerſa eſt: Ad quod ſubita maris tranquillitate orta vis illa procelloſẹ, horrendẹque

Venetorũ liberalitas.

Bartholã. Gradonicus Dux. ãn. 1338.

Not. dirã tempeſtatem.

rendęque tempeſtatis prorſus ceſſauit. tum rei nouitate piſcator attonitus quidnam id eſſet cogitabundus diu hæſit. naulum tamen petere non dubitauit. cui ex his vnus. ibis inquit ad Principem & Patres, a quibus mercedẽ vel cumulatiſsimam habebis, nunciabiſque. noſtra opera Ciuitatẽ hac nocte infernali Diluuio liberatam: Haud mihi credent. ait ſenex, tũ diuus ille. Annulum quem in digito habebat, ei tradidit, vt eo pignore fides præſtaretur. & ne quid erres. ſubdidit, ſcias. Me Marcum Euangeliſtam eſſe, veſtræ vrbis parentẽ, Diuus alter Nicolaus fuit, tertius Sanctus eſt Georgius, Qui & ipſe ſe in ſuum templum e ducarij regione recepit: Hiſque dictis ex illius oculis euanuit. tum ſenex rei miraculo diu ſtetit elinguis: poſtmodum eo pignore confirmatus vbi primum illuxit in curiam aſcẽdit. In principiſq; ac patrum conſpectum admiſſus, rem omnem ſumma audientium admiratione ordine narrauit. Inde in eorum quæ dixerat, fidem, annulum ſibi ab Euangeliſta traditum e ſinu protulit: quo viſo omnes qui aderant in admirationem verſi. miraculi magnitudinem vbique celebrarunt. Cælitibusque ipſis circa templa gratiæ actę. Quorum Numine ciuitas a tanto periculo liberata fuiſſet; ac Seni ſtipendium ex ęrario Decretum: tempeſtatẽ que hãc eueniſſe memoriæ proditum eſt. ob ludi magiſtri immane ſcelus. Qui dæmonum ſe poteſtati permittens, diriſque furijs agitatus, ſe ipſum domi laqueo ſuſpenderat. Atque hinc damnati hominis manes tantam Veneta in vrbe tempeſtatem exciuiſſe creditum eſt: Oratoremque per id tẽpus Odoardus Britanniæ Rex Epiſcopũ Biſſanienſem nomine Ricardum Venetias ad Senatum miſit. Qui maritima auxilia peteret aduerſus Philippum Galliæ Regem. cui Genuenſes Venetorum æmuli fauebant. multaque Regis nomine patribus pollicitus eſt. In Gallorumque ſuperbiam inuectus, qui magnam Anglici Regni partem in Aquitania, in Morinis, iniuſtis armis occupaſſent. Venetos orabat, vt quadraginta longarum nauium claſſe ad repetenda amiſſa regem nauali indigentem ope iuuarent: Quicquid auri in ea inſtruenda Venetus expenderet: Anglus ſoluere paratus erat: Regio Legato ex Senatus decreto ita reſpondiſſe Princeps fertur. Maximo patres affici dolore ob ſummam in ambas Regias Maieſtates obſeruantiã: de vtrorumq; Principum diſcordia: Deumque optimum maximum ſummis precibus orare. vt ſua clementia ſedatis animis ad pacis ſtudia Regias voluntates ab armis auertat: Quoad claſſem petitam. dolere patres in hac re maieſtati ſuæ ſatisfacere non poſſe: quum a Turcorum incurſibus Maris imperium aſſidue infeſtetur: ad quorum impetus coercendos valida claſſe opus eſſe. et niſi maritimas vires Veneti his obijcerent: Chriſtianorum res in fædas ſæpe clades incidiſſent. Sua igitur Maieſtas Venetos his cauſis excuſatos habeat: In reliquis fortunas publicas, & priuatas Senatum ſincera obſeruantia Anglico nomini offerre: atque ita dimiſſus Legatus Italia exceſſit. Cretenſes poſtea quidam Reguli nouis rebus ſtudentes a Venetis de-

Not. rem miram.

Atr. hominis ſcelus.

Legatus Regis Britanniæ.

Principis reſpõſum.

Cretenſiũ motus

fecerunt ad eorum itaque motus reprimendos vis ingens pæditũ ſub triũ legatorũ Nic.Falerij,Iuſt.Iuſtiniani,& And.Mauroceni Imperio miſſa eſt: Hi vero vbi in inſulam venere.tripartito in hoſtes mouerunt, eorumq́ue conatus vbiq́ue repreſsi,arcesq́ue,& Caſtella non pauca à Rebellium poteſtate adepta ſunt. ex quibus intra paucos dies partim fugatis, partim capitali ſupplicio affectis, inſula breui paccata ad Imperiũ redijt: Legatiq́ue, (Nicolao Falerio vno ex collegis vita functo) in patriã reuertũtur :& Gradonicus quum toto eius principatu qui quattuor, Annos non exceſſerat, ingens Annonæ Caritas in vrbe fuiſſet, diem ſuum obijt: Sepulchrumq́ue eius Marmoreum in Aureæ Aedis veſtibulo locatum eſt: And. Dandulus ei ſucceſsit. Vir ſingulari doctrina,& eloquentia clarus, qui Venetorum geſta eleganti ſtilo conſcripſit.comiſq́ue ad hæc,atque natura adeo affabilis, vt comiſini cognomen traxerit. vnde eum tota ciuitas admirata Florenti adhuc ætate ad ſublimia honorum faſtigia euexit,& quod maius eſt.Sextum,ac tricefimum vitę agenti annum Principatus demandatur. quũ alioqui non niſi Patrum Seniores eam dignitatem ſortiri conſueuiſſent: ſub primam vero huius adminiſtrationem Aegyptia nauigatio inſtituta dicitur,ob idq́ue Nicolaus Zane ad Sultanum Babyloniæ regem publico nomine eſt miſſus.Qui cum eo ageret,vt Venetis triremibus commerciorũ cauſa Alexandriam petentibus tutus in Aegyptum nauigationis curſus pateret: Impetrauitq́ue legatus à Barbaro rege: quod publico nomine petijt. Sed certis conditionibus:Aegyptiacæq́ue huius negociationis à Romano. Pontifice Veneti confirmationem. habere cupientes, quum Chriſtiana profeſsione infidelium commercia prohibita eſſe viderentur.Statuere huius rei cauſa Romam ad Pontificẽ oratores mittere.Marino Falerio ęquiti,& And.Cornelio hæc legatio à Senatu demandatur:qui à Pontifice impetrarunt,vt per quinquennium Venetis liceret, cum ſex triremibus circa Alexandriam,Aegyptiq́ue littora negociari: duæ itaque onerariæ naues primo in eam mercaturam exiuere.Quibus ſuperantius eiuſdem cognominis præfuit. ac Petrus Iuſtinianus conſul cum his miſſus, vt Alexandriæ apud Sultanum Regem Venetis negociatoribus in iuridicundo præeſſet Biennio poſt Syriæ nauigatio inſtituta:idq́ue à Pontifice per oratorẽ publico nomine eſt impetratum:Venetiq́; ab eo tempore Aegyptia, Syriacaq́ue negociatione plurimum ditati,tum primum ex oriente in Italiam Aromata,ſericum,gemmas,vniones detulerunt:cum maximo publicarũ, priuatarumq́ue rerum quæſtu,& incremento: Iadrenſeſq́ue hoc tempore iam ſepties à Veneto defecere Imperio. Ludouicumq́ue Regem in Dalmatiam euocantes in vrbem admiſerunt.Qui mox relicto ibi valido militum præſidio in Regnum reuerſus eſt: Patres vero hanc defectionem inultam,impunitamq́ue minime perferre volentes.claſſem cum ſtipendiarijs in eam impoſitis ingentem decernunt.Cui.M.Iuſtinianus præficitur.is

And.Dandulus. D. liiii.1338

Aegypti, et Syriæ nauigatio instituta.

Legati ad Pont.

ſtatim

ſtatim Petro Canali cum quinque triremibus pręmiſſo in Dalmatiam venit. Ad Pagumq́ue primo itum. quem locum dedentibus ſe oppidanis. Canalis ſtatim recepit. Eoq́ue deinde præſidijs firmato, multiſq́ue hoſtium nauigijs toto maris illo tractu interceptis, ad Iaderam tranſgreſſus eſt: vbi M. Iuſtinianus cum terreſtribus copijs ad fontem vrbi propinquum conſederat, vt terra, mariq́ue rebellis ciuitas oppugnaretur, quæ iam bellicis operibus ab ea parte circũuallata Venetorum arma vix ſuſtinebat: Mari quoque Iadrenſes infeſta claſſe vexabâtur. Socij enim nauales vrbem adorti pontes ex triremium tabulatis in muros demittere cœperunt. In propugnatorũq; globum illati comminus rem gerebant, à continenti quoque vineæ, Arietes, aliaq́ue bellica opera mœnibus admouebantur: ſed vtrobiq; res parum proſpere mota. reiectis enim terra, mariq́ue Venetis. Vrbs oppidanorum virtute ſtetit incolumis: erantq́ue in hoc ſtatu Dalmatiæ res. quũ And. Maurocenus, & Symeon Dandulus Principis frater legati in prouincia ad ea quæ è Rep. eſſent curanda Venere. In caſtraque delati rem communi conſilio cum Iuſtiniano, cæteriſq́ue ductoribus adminiſtrabant. placuitq́ue iterum Iaderam terra, mariq́ue oppugnari, acceperant hi (credo) Regem cum ingentibus copijs ad ſubſidium ferendum è Pannonia aduentare: eâ propter ante eius aduentum armis oppidum debellare ſtudebant. vno itaque tempore magno terra, mariq́ue certamine Iadera iterum armis tentata: quam regij, Iadratiniq́ue immixti poſt atrocem oppugnationem egregie tutati ſunt: nautis igitur, militibuſq́ue (Hoſtium rebus Fortuna arridente) datum eſt ſignum receptui. poſt hæc durante obſidione Ludouicus Rex cum centum, & viginti millibus armatorum (vt quidam annales tradunt) ad Iaderæ fines tumultuoſe conſedit. Qui vt vrbem Pannonici nominis ſtudioſiſsimam obſidione leuaret: confeſtim explicata acie in Veneta caſtra impetum fecit, datoq́ue pugnæ ſigno vndique Barbari coorti Venetum vallum inuadunt. Iadrenſes quoque & ipſi eruptione facta Regios adiuuant. contractoq́ue momento temporis ingenti certamine Veneti hoſtium multitudine opprimebantur. Interim qui in nauibus erant. Audito armorum ſtrepitu, militumq́ue clamore, rati quod erat. ſuos impreſſione hoſtium vrgeri. confeſtim quicunque arma ferre poterât. relictis nauibus in littus deſiliunt: ac denſo agmine in Barbaros feruntur. è caſtrorũ quoque munitione impetu facto atrox ſtatim pro vallo oritur certamen: fœdiſsimaq; ſimul per aliquot horas dubio marte vtrinque cædes. Sed Barbarus, qui ſub primum Venetorum acceſſum trepidanti acie fugam circũſpectare cęperat, vt noſtrorum ferocitate rem inclinatam vidit. victus, profligatuſq́ue ingenti accepta clade pene deletur. pulſuſq́ue rex in Pannoniã fugienti ſimilis abijt: vix equidem (vt ingenue fatear) credere poſſum. tantum exercitum Ludouicum in Dalmatiam ſecutum, à paucis vinci potuiſſe: ſed in numero à librarijs erratum exiſtimo, propiuſq́ue fidei eſt credere.

Iadere oppugnatio.

Att. Ingẽtẽ Pannonũ exercitum.

Hoſtium clades.

dere.viginti ea hominum millia fuiſſe.Quæ Rex in Dalmatiam aduerſus Venetos duxerit:poſt hanc pugnam Iadrenſes obſidionis incommodis fatigati vrbem impetrata venia Venetis dedunt.Et Iuſtinianus prætor ciuitati datus.Dalmataſque defectionis authores ex Senatus conſulto procul domo ablegauit:ex qua tenui irrogata penna facile cognoſci poteſt.Quanta ſemper in Venetis clemētia,mãſuetudoq; animi fuerit:qui ciuitatem toties rebellem paucorum ciuium exilio mulctandam cenſuerint.quum pro delicti magnitudine.atque iteratis rebellionibus ingratiſsima vrbs grauiori affici animaduerſione digna eſſet.Hęc foris.At Domi.tres ſub id tempus publico decreto Auditores creati ſunt.Veteres appellati.Qui in prouocationibus quid iuris forenſes haberent cauſæ. diligenti examina inſpiciebant.Has Triumuiri Aduocatores audire conſueuerant: ſed quum parum cõmode ob ingentē gerandarũ rerũ curã operã ſuam pręſtarēt.Nouus hic Magiſtratus inſtitutus eſt:Ad quē prouocationes iudiciarię deferebãtur: Alias quoq; ſanctiones à Iacobi Theupoli Principatu approbatas in vnum volumen Dandulus Princeps redegit.Capitibusque ſuo indice ordine notatis patriarum ſanctionũ ſextum inſcripſit: Ciuiliaque ad hæc acta perſcrutatus magna diligentia cuncta ſummi concilij decreta ſub vno quoque Authore annotanda curauit: Ingens deinde Annonæ caritas ciuitatem pręmebat; ad quam leuandam cum aliquot triremibus. M. Iuſtinianus in Appuliam,& Siciliam vſque frumentatum miſſus eſt: cuius diligentia ingens tritici copia coacta ciuitatis penuriam ſubleuauit:Eo malo ſublato.alia calamitas ſubſecuta: Nam ſubito motu terræ feſta Cõuerſi Pauli Luce circiter viceſimam diei horam,ita vehementer, ciuitas concuſſa eſt, vt ædificia multa tam publica, quàm priuata ingentem traxerint ruinam. Sacrarum enim Aedium multæ turres vehementi motu deiectæ, aut corruerunt,aut terribili ſpecie acclinarunt, naturalium rerum perſcrutatores tremorem hunc,terræ cauſari exiſtimant, à Ventorum turbinibus, qui in ſubterraneis cauernis conditi ex Abyſsi viſceribus erumpere tentãt: Quorundam vi Syderum nonnulli id accidere aiunt.Aerio alij improportionabili,condenſoque vapore motum terræ generari arbitrati ſunt.Attonita autem in magna omnium trepidatione ciuitas fuiſſe dicitur,per quindecim enim circiter dies continuos terra intremuit.Quo factum eſt,vt nulla fere grauida mulier fuerit, quæ tanti motus agitatione perterrita abortum non fecerit.Nec multo poſt grauiſsima peſtilentia ſecuta ingenti clade ciuitatem deformauit.ex Schytia ea pemicioſa lues primo orta dicitur, in Pontumque tranſgreſſa Thraciam, Myſiam, Conſtantinopolimque corripuit.per totumque fere orbem crudeliter euagata infinita mortalium millia abſumpſit.Sed Veneta præcipue ciuitas eam ſenſit calamitatem: nã ex omni Languentium numero centeſimus quiſque mortem euaſiſſe traditur:aut ſex,ſeptēue ad ſummum:cadebãt miſeri mortales alij ſuper alios

procumbentes,

Iadrea recipitur.

Audit.vet. creatio.

Fames.

Terremotus.

Peſtilētia.

procumbentes. Deſerebant parentes filios, frater Germanum, Maritum vxor, non Medicus vllus, non remedia aderant, funera, lamentationes, plo ratus paſsim audiebantur, tribuſque menſibus ea vis morbi ſæuiſsime graſ ſata eſt. Quæ vrbem mirum in modum populo exhauſit. Et quia vaſtitas, infrequentiaque habitantium ingens in ciuitate facta erat. ad reparandam ſolitudinem lata lex eſt, vt quicunque Venetias habitandi cauſa per id tẽ pus migraret, fuiſſetque ibi totum Biennium, pro ciue admiſſus haberetur. Veriti interea Patres, ne ea peſtilentiæ clade allectus Ludouicus Pãnoniæ Rex Dalmatiam improuiſo inuaderet. Qui per id tempus in Italiam aduerſus Ioannam Neapolis Reginam cum valido exercitu venerat. Tres ad eum legatos miſerunt. M. Iuſtinianum, And. Maurocenum, & Nic. Gradonicum, qui cum rege publico nomine in decem Annos inducias pepigere: poſtmodum Iuſtinopolitanis ab Imperio deficientibus, Bellum in Hiſtria repente exarſit. Quod etſi alieno, aduerſoque Reip. tempore inciderit. armorum tamen cura non eſt omiſſa, ſtatimque claſſem Veneti expediunt, cui Pancratius Iuſtinianus præficitur. Ipſe autem traiecta in prouinciam claſſe paruo negocio Hiſtros ad Imperium retraxit, defectionisque principes Venetias ſunt ducti, vbi tantiſper manere iuſsi. Quoad de his patres ſtatuiſſent, capitaliſque dicta erat illis penna, ſi eorum in iuſſu abiſſent: in Albertum quoque croatiorum regulum per hęc tempora mota ſunt arma. Qui Hiſtriæ fines excurſionibus infeſtabant, miſsique à Senatu duo patritij cum validis copijs communi conſilio bellum adminiſtrarunt. Sed non diu cum eo armis diſceptatum, ad primos enim fere motus territus Barbarus legatorum fidem implorauit, à quibus permiſum eſt. vt ſi ſibi conſultũ eſſe vellet, Principem, Senatumque adiret, ex Veneta autem benignitate venia illi data, bellum ſoluitur: vixque ab his motibus Rep. reſpirante noua eam bellicæ rei turbatio excepit. Genuenſes enim qui in Venetos inimi ciſsimo ſemper ex antiqua Imperij æmulatione fuere animo, quum mariti ma quædam in pontici maris ora oppida tenerent. rem nouam moliri auſi ſunt. nam iam inde ex quo Veneti, Gallique Byzantio à Paleologo eiecti fuerant, cogitare nũquam deſtitere. Qua vi, qua ve arte Pontici totius ma ris excluſis Venetis ſibi Imperium vendicarent: claſſe itaque parata cuncta maria ab Helleſponti faucibus vſque in Peloponeſſum infeſtare cœperũt, ac circa Prothoſparum in Thraciæ tractu oppidum Cretenſes, Venetaſq; naues oppreſſere. In Caphatinumque hæ portum retractæ præcioſis mercibus ſpoliatæ ſunt. repetitis itaque per Legatos rebus, nec redditis validiſ ſimam Veneti in Genuenſes quinque, & triginta triremium ad demendã ignominiam claſſem decernunt. cui. M. Ruccinius vir nauali arte clarus Imperator datus eſt, is autem in Græciam celeri nauigatione profectus, Euboeamque circũuectus, quattuordecim Lygurum triremes mercibus onuſtas ad Cariſtium portum ſtationem habere cognouit. in eaſque ſtatim

Nota.

Legati ad regem.

Claſsis Veneta ſub M. Ruccinio præfecto.

tim illatus ſuos ad pugnam expediri iubet.ne tanta præda è manibus elaberetur.tum impigre omnes arma capiunt, directiſque in Lygurem proris à fronte,à latere omnem exitum occludunt: At hoſtis locum vadoſum nactus.Quem Venetis inſidere auſus non fuerat,ob vicinos ſcopulos,è portu ab ea parte erumpere tentauit,obſeruatoque tempore dum mare alte intumeſceret,velis,remiſque innixus apertam fugam molitur.& iam quattuor triremes vna poſt aliam è loco dilapſæ euaſerant. quum.M. Maurocenus Adriatici ſinus præfectus vir impiger indignitate rei motus naui lóga qua vehebatur, in hoſtem repente vadit, ac quintam Genuenſium triremem aliarum curſum ſecutam ex tranſuerſo irruens,roſtro ferit. qua ſubito oppreſſa,reliquæ noué,quæ proxime ſequebantur,conſternatæ, viciniſque littoribus impactæ,paruo negocio capiuntur.Et quia circa eas prędæ cupidine obcæcati remiges, ſocijque nauales, inſequendi reliquas triremes curā abiecerant,proculque abire patiebantur. tum Ruccinius tantæ victoriæ occaſionem ſuorū auaritia è manibus elabi iniquo animo ferens, quinque hoſtium ex captarum numero triremes iuſſit incendi,vt ſpe potiūdæ prędę ablata,naualęs ſocij ad hoſtem inſequendum nulla mora interpoſita cōpellerentur.Verum dum tempus ad imperata facienda teritur. Quattuor interim Genuenſium illę triremes quàm longiſsime abierant, quinque tamen incendio abſumptis, totidem roſtratę, hoſtium naues cum præfecto claſsis,& ſeptuaginta nobilibus Genuenſibus præter alium infinitum prope captiuorum numerum in Venetorum poteſtatem venere.Ex his mille in Chalcidem abducti in cuſtodiam traduntur; reliqui, qui quadringenti, circiter fuiſſe dicuntur,in Cretam miſsi in vinculis,& ipſi habiti:Ea victoria ingenti lętitia ciuitatem affecit, Dieſque, quo ad Caryſtium Lygur victus eſt.In Ioannis Baptiſtę Decollationis lucem incidit,iſque ſolennis, religioſuſque ex inde in hunc vſque diem habetur. Nec Venetus circa Euboeam diu moratus ad Perę oppugnationem ire pergit, ſed fruſtra oppidum tentatum,quum illud valido à Lygure communitum eſſet præſidio, verum intra paucos dies circa Boſphorum cōplures Lyguſticas naues oppreſsit. Interea quattuor illæ Genuenſium triremes, quæ e Caryſtio portu effugerant. Sex alijs, quas Philippus Doria nuper Genua eductas habebat, iunctæ,audito Venetæ claſsis è Græcia diſceſſu ad recipiendos captiuos,qui Chalcide aſſeruabantur.In Euboeam contenderunt,ad oppidique oppugnationem conuerſus Lygur rem fœliciter geſsit;nam terra,marique improuiſo męnia adortus tantum terrorem iniecit, vt ſine alio maiore certamine oppido potitur,captiuiſque omnibus receptis,turbaque alia ingenti ciuium à Lygure abducta,vrbs incenſa eſt.Atque in hunc modum vindicata Caryſtia clade lętus Doria è Chalcide celeriter abijt. Venetorum euitans occurſum,quos ſciebat vindictæ cupidos haud diutius ocium laturos, Verum claſſem Ruccinius cum præda quadringentis nummum millibus æſtimata

M. Maurocenus.

Venetorū victoria ad Caryſtiū.

Captiuorū receptio

æſtimata domum incolumen reduxit: ſæuienteque inter vtrunque populum bello Veneti, vt ſuas partes firmarent, cum Aragonum Rege ſocia aduerſus Genuenſes arma iunxerunt: Ad quem hoc nomine Michael Stenus Legatus miſſus eſt. Cum Paleologo quoque Græciæ Imperatore fœdus ictum: Conſtantinopolimque ad id ineundum Ioannem Delphinum oratorem Patres deſtinarunt. Tantorum autem Principum ſocietate Veneti ad maioris alicuius rei gerendæ ſpem erecti ingentem claſſem decernunt. Eiuſque Imperium Nic. Piſoni demandatur, is cum Pancratio Iuſtiniano Adriatici ſinus præfecto triginta triremium, aliarumque nauium claſſem ducens in Siciliam curſum tenuit; vt circa inſulam Hiſpanę claſsi, quę iā ad uētare dicebatur, ſe iungeret. Nec multo poſt Pontius Arragonij Regis pręfectus cum quattuor, & viginti triremibus aduenit. Duabusque hic claſſibus coniunctis ex Sicilia ſtatim diſceſſum eſt. medio autem maris curſu fęda tempeſtas orta totam fere claſſem huc, illuc diſiecit. atque ex triremibus vna vndis abſorpta omnino perijt. Ac plerę que aliæ male habitæ proximis Littoribus impactæ ſunt: triſtique hoc omine confederatis Principibus aduerſa pręnunciari non defuere, qui interpretarentur: remittēte demū tempeſtate ad Methonem in Græciam ventum. At Genuenſes audita horum potentatuum ſocietate ad res ſuas tutandas, & maris Imperium retinendū validiſsimam ſexaginta triremium claſſem decernunt. cuius Paganum Doriam virum naualis artis peritiſsimum ductorem, præfectūque conſtituūt. is vero celeriter Lyguſtico emenſo pelago pugnādi ſtudio cum tota claſſe in Græciam venit. In Euboeamque delatus Chalcidem adoriri ſtatuit: oppidum autem Veneti valido preſidio munierant, ne (vt antea) in cuſtoditum hoſtis occuparet, Lygur interim ferox admota claſſę oppidum aggreditur. initoque certamine cum multorum cæde Veneto ſtrennue rem gerente a mœnibus cum ignominia reiectus eſt. Mille enim, & quingenti ex Genuenſibus in ea oppugnatione deſiderati ceciderunt. e Chalcide Paganus digreſſus Phitoleum oppidulum in inſula expugnauit. expugnatumque euertit: progreſſaque triremis vna Lyguſtica ſpeculatum, Venetę longe Naui forte occurrit. cui Ioannes Mēmus præerat. paribusque animis aliqādiu pugnatum. Demum Venetus eo certamine victus cum ipſa Naui in hoſtium poteſtatem venit. Et hæc toto hyemis tempore geſta: Ad prima autem veris ſigna. inſtructa armis, & cōmeatu claſſe, Arragonius, & Venetus in hoſtem denuo mouerunt. adiunctaq; haud procul a Propontide Grecorum claſſe, ad prçlium capeſſendum vtraque pars impellente fato, progreditur. circa igitur Thracium Boſphorum concurſum ferunt. Quas maris Anguſtias ideo Lygur præoccupaſſe dicebatur, vt ſi aperto mari contractum fuiſſet certamen, aduerſus tres validiſsimas claſſes vno, eodemque tempore velut in orbem pugnare, cum maximo rerum ſuarum diſcrimine cogeretur: viſum eſt ei iccirco tutius. Venetum, Hiſpanumque à fronte

Not. fœdus.

Claſsis.

Nic. Piſo.

Pōtius Arrag. præfectus.

Ingēs Genuenſium claſsis.

Hoſtium cōſilium.

excipere. Eo quidem loco anguſto. vbi tanta vis nauium hoſtilium vno tempore prælium capeſſere non poſſet, à latere vero irruentem Græcum modico negocio ſuſtinere Lygur ſperabat. His conſilijs commiſſum circa Boſphorum certamen eſt, ac duabus fermè horis dubio marte pugnatum. Nam prælium alto iam die præter Piſonis Imperatoris conſilium initum fuerat: Indefeſsis tamen vtrinque animis iam Sole ad Occaſum vergente, in nocturna pugna perſeueratum: Fœdiſsimaque cæco marte oritur cædes, maiorque omnino fuiſſet, niſi ſubito vis ventorum coorta plurimas ex vtraque claſſe triremes à præſenti certamine auerſas aliò curſum tenere coegiſſet. At ne id quoque prælium diremit. Quod per ſe ſatis crudele, & atrox, ſuperuenientes tenebræ terribilius reddidere. Nam armorum ſtrepitus, atque horrendi morientium gemitus ad cœlum ibant. Ferroque, ac aquis fortiſsimi vtrinque bellatores cadebant. totaque nocte vſque ad inſequentem lucem pugnatum eſt. Qua aduentante Græca claſsis vix tentata prælij fortuna hoſti turpiter ceſsit. At Venetus, Hiſpanuſque militaris decoris non obliti in ſuo veſtigio pugnantes permanſere. Demum cadente Pontio Regiæ claſsis præfecto, Arragonijſque cædentibus, Veneti & ipſi vltimo loco depulſi, quia plus non poterant, haud incruentam victoriam Lyguri reliquerunt. Contentuſque hoſtis ſibi loco deceſſum. quaſſata claſſe in ſuam ſe ſtationem ad Peram recepit: multi autem vtrinque fortiſsimi viri pugnando cecidere, nam pręter Arragonenſem Pontium, ex Venetis Pancratius Iuſtinianus, Thomas Gradonicus, Stephanus Contarenus, Ioannes Stennus, & Benenatus Bembus viri patritij interfecti ſunt: Et ne quid fictum videatur in huius Boſphoranæ pugnæ narratione, Ecce Fr. Petrarchæ viri eloquentiſsimi teſtimonium adeſt. Qui ita memoratum reliquit, viciſtis inquit ille ad Genuenſes ſcribens, Quieſcite, ne quis vos veſtrorum morum putet oblitos, Venetorum hoſtium cruore ſpumantem Boſphorum vidimus, quando ad veſperam violentiſsimo ſpirante auſtro inter Conſtantinopolim, & Chalcedonem trium validiſsimorum claſsium in vos eſt factus incurſus, vobis vero contra hoſtes, contra ventũ, cõtra mare pugnantibus: hęc ille. poſt cõflictum autem Piſanus in Cretã cum Veneta, & Regia claſſe conceſsit. hic ſubductas triremes aliquot per ociũ reſarſit. cum quibus poſtmodũ in hoſtẽ vadens ad pugnã eum rurſus prouocauit. Sed ille congreſſu euitato ab infeſſo loco diſcedere non eſt auſus. aduerſę pugnę nuncius Venetias perlatus ingenti męſtitia patres affecit. quorũ animos non magis męror, quàm pudor cõficiebat. Nec. N. Venetus Secũda fortuna aſſuetus ęquo animo pati poterat. cladẽ acceptã. ac Genuẽſẽ, qui viribus inferior ſuccũbere debuiſſet, victoria potitũ, vt igitur in poſterum maturiore cõſilio res naualis adminiſtraretur. placuit quattuor Legatos in maritimam prouinciam mitti. Qui cum claſsis Imperatore omnia quæ è Repubblica eſſent, communi

Atrox prę lium.

Venetorũ clades.

Not. clarorũ virorũ cædem.

Nota de Fr. Petrarcha.

conſilio

conſilio prouiderent: Legati autem fuere Principes ferè Senatus. Ioannes Delphinus, M. Comelius, Marinus Grimanus, & Marinus Falerius eques, claſſem quoque Patres ſtudio repararant. In cuius ſupplementum Paulus Lauredanus cum nouem triremibus ad Piſonem Imperatorem venit. nec multo poſt Ioannes Sanutus, octo alias longas naues optime inſtructas adduxit: Interim quattuor Lygurum triremes Adriaticum ſinum ingreſſe in Hiſtriam vſque predabundæ proceſſere. ad quas opprimendas confeſtim quinque naues roſtratæ, ſub Marci Michaelij auſpicijs in altum eductæ ſunt. Hoſtis autem Veneto non expectato ſinu trepide exceſſit. Varijque hinc inde armorum conatus fuere: Ac multa Piſanus Genuenſium nauigia, inter Helleſpontum, & Peram intercepit. In quibus Cethee duę fuiſſe dicuntur merce precioſa refertæ. Prædaque inter nauales ſocios æqua portione diuiſa eſt: His proſpero curſu confectis, quum Piſanus per exploratores intellexiſſet. Genuenſes ingenti claſſe parata propediem in expeditionem aduerſus Arroganenſem, Venetumque exituros, confeſtim relicta Græcia, In Sardiniam cum tota claſſe venit: vbi quàm occultiſsime potuit. Hiſpanæ claſsi viginti longarum nauium, & cethearum trium ſe adiunxit. Quibus Gerardus Caprarius vir bello acer præerat. Obſidebatque per id tempus Regius Ductor Algerium Inſulæ oppidum: ibi cōiunctis claſsibus ambo Imperatores in Caralitanum ſinum proceſſere; expectantes, quid nam hoſtis moliretur, Qui Boſphoranæ pugnæ memoria ferox iam cum tribus, & quadraginta longis nauibus è Genua profectus ſub Antonij Grimaldi ductu in Venetam, Arragonenſemque claſſem dimicandi ſtudio ferebatur: Excepitque circa Cyrnum Sardoo in mari irruentem Lygurem ferox Hiſpanus: Qui in prima fronte locatus erat. Cœptumque vtrinque acerrime pugnari. Sed vt Veneti in prælium prodeuntes ſigna in puppibus erexere. His conſpectis, tantus Genuenſes terror inuaſit. (nondum enim eos Lygur in Sardiniam aduenſſe crediderat) vt haud à victo ille procul abeſſet. Fugamque repente arripuiſſet, niſi Veneti iniectis Harpagonibus, ac iunctis tenaci nexu nauibus omnem ſpem fugæ Lyguri ademiſſent: apparuitque vel ex hoc vno, quo animo Veneti, ſocijque eo die conflixerint. Quippe qui cathenatis nauibus prælium cientes, aut delere vincendo Boſphoranam ignominiam ſtatuerant, aut omni ſpe effugij prærepta fortiter occumbere: ſunt qui dicant. Ioānem Sanutum cū decē triremibus Piſonis iuſſu à reliqua claſſe diſiunctū medio pugnæ ardore ex tranſuerſo Lygurem inuaſiſſe: Quod ita impigre ab eo factum eſt. vt à fronte, à latere hoſtis grauatus inſignem eo die victoriam, Veneto, ſocioque nomini reliquerit. Nam duæ, & triginta triremes: (Alij numerum augent) captæ ſunt. Quas in ſuam poteſtatem redactas cum totis turmis, bellatoribuſque, Ad Lyguſticum nomen, abolendum medijs fluctibus Veneti, Hiſpaniq; implacabili odio merſiſſe dicuntur: ſed vix ego

Atrox prælium.

Ant. Grimaldus.

Nota prælium.

Ioan. Sanutum.

Ant. merſas hoſtiū naues.

adduci poſſum, vt credam, tanta ſæuitia illos in Lygurem vſos quum de maris, Imperio, non de vita, inter vtrunque populum dimicatio eſſet. Nec vllo vnquam antea Bello acciderat, vt armis ſubactos tam inhumane victor necarit: Hæc autem Sanioribus ingenijs æſtimanda relinquimus: Grimaldus hoſtium Imperator vix triremi ſua prætoria ex ipſa colliſarum, captarumque nauiũ ſtrage reuulſa. Genuam ſe trepide recepit, vulgataq; per vrbem inſigni clade maxima ab omnibus comploratio facta eſt: At victor Venetus vna cum Regia claſſe Sardiniam circunuectus duo oppida vi capta Lyguri ademit. Inde hoſte ſupero, inferoque mari depulſo, Venetus, Hiſpanusque diuerſi cum victrici claſſe domum abierunt: interim Genueſes vna aduerſa pugna, & ea ſane atrociſsima fracti, quia rebus ſuis acciſis vires per ſe reparare amplius non poterant. ad alienas opes confugerunt: & quum alij Regem Gallorum, nonnulli Germanos Principes, quidam Conſtantinopolitanum Imperatorem ad tradendum Genuæ dominium euocarent. vicit tamen Sententia, mittendi Legatos ad Ioannẽ Vicecomitem Mediolani Archiepiſcopum. virum Iuſtitia, & Pietate inſignem. cui Genuæ Imperium publico nomine Legati traderent. Orationis autem quæ apud eum habita eſt. Hæc fere ſumma fuiſſe dicitur, vt Lygur deplorando diceret. Genuenſium opes ita vno aduerſo nauali prælio euerſas, vt quæ antea florentes, ac prævalidæ in Italiæ ora fuiſſent. modo depreſſæ Fortunæ impetu iacerent. verum multis bellis fœliciter per tot Annos contra potentiſsimum populum geſtis. Genuenſes inuiolatam libertatem vſque ad id tempus retinuiſſe. Sed quamuis ſua omnia vno Fortunæ ictu concidiſſent. odiũ tamen in Venetos non modo non remiſſum, ſed implacabilis iræ facibus quodammodo recruduiſſe, malle itaque ſe dulciſsimum antiquæ libertatis nomen amittere. quàm viribus inimiciſsimi populi rerum deſperatione cædere. acciperet proinde ille. Quod fœlix, ſalutareque ei, inſubrumque nomini eſſet. Genuam vrbem ampliſsimam. cum fortunis omnibus publicis, ac priuatis, in eiuſque fidem, ac poteſtatẽ Genuenſem populum cuncta tam diuina, quàm humana libere tradere: ipſe vero Lyguſticum nomen præſenti ope ab armis, ac iniuria Venetorũ tueri vellet. pergeretque volens rei Genuenſis ita curam deinceps ſuſcipere, vt omnes intelligerent, non fruſtra Genuenſem populum Vicecomitis præſidium, fidemque in aduerſis rebus ſuis imploraſſe: ad hæc inſuber pauca ſubiecit: legatoſque benigne complexus, affatusque iubet, eos bono animo eſſe. omnem operam, ſtudiumque enixe adhibiturum, vt Lyguſtica res vicecomitum Fortuna incolumi à quacunque Iniuria ſalua redderetur. Curaturumque, ne vllo vnquam tempore Genuenſem præſentis conſilij pœniteret. Qui ſponte ad eius obſequium venerit. irent igitur, nec dubitarent, præſidium potentiſsimę vicecomitum familię pace, Belloque. Lyguri (quem libens ipſe in fidem ſuam recepiſſet) vnquam defuturum. Atque cum

Att. Genueſiũ deſperationem.

Legati Genuen. verba.

Att. Archiepiſcopũ Med. reſponsũ.

cum his Legati dimiſsi.cæterum hoc in loco non poſſum non mirari, ac quodammodo non dolere. Quod & Sabellicus in Hiſtoria ſua deplorat, præpotentem poſt Venetos Italiæ populum, ac in armis Bellicoſum, rerumque geſtarum gloria terra, marique clariſsimum, tam turpiter, ne dicã ſtulte.amiſſa libertate, alieno Imperio ſe ſubieciſſe:ſed ita profecto eſt (vt Philoſophus ait)cæteros affectus hominis mentem trahere.Solam iram ratione poſt habita, præcipitare: vbi autem deditionis Genuenſium fama Venetias eſt perlata.quia apparebat,cum vicecomite magnum inſtare Bellum:ad finitimos Principes Carrarium,Scallanum,Gonzagam, Veneti & ipſi Legatos mittentes cum his fœdus inierunt. At Genuenſes vicecomitis opibus,armiſque adiuti cum quattuor triremibus Adriaticum ſinũ ingreſſi Pharum,& Curzulam in Illyrico oppida expugnant,atque incendio abſumunt.Qua rei indignitate patres moti quattuordecim triremes expediri iubent. Decemque alijs non multo poſt priori numero adiectis quattuor, & viginti longarum nauium claſsis expletur. cui tertium Nicolaus Piſanus præfuit,iuſſuſque confeſtim in hoſtem mouere.Lygur interea reparatis viribus quinque, & viginti triremes in altum ſub Pagani Doria Imperio eduxit. Iſque plurima Venetis damna inferens haud procul à Veneta vrbe in Hiſtriæ ora conſedit,vbi Parentio occupato, ac direpto, non minus Venetijs trepidatum eſt,quam ſi Lygur minitabundus in conſpectu fuiſſet,& quia robur claſsis procul domo aberat. ne ciuitas in aliquod diſcrimen hoſtili impetu incideret.vigiliæ,ac ſtationes per vrbem diſpoſitæ,ſpeculatoriæ naues ad præſentiendos hoſtium motus paſsim dimiſſę, verum cognito eorum diſceſſu, trepidari deſitũ: Paganus vero ex Hiſtria profectus Cetheam vnã,& non multo poſt tres alias longas naues Venetorum intercepit,nihilque hoſtium incurſu mari tutum erat. Hinc Patres indigne ferentes Lygurem tributarium, vectigalemque parum à priſtina ferocitate remiſiſſe.Piſoni mandant, vt confeſtim hoſtium res claſſe inſtructa,auctaque quam acerrime poſsit,vbique infeſtet.Et vt vicecomitẽ (cuius opibus Lygur maritimum bellum alebat)aliquo domeſtico incommodo implicarent.cum Carolo Boemiæ Rege aduerſus inſubrem fœdus renouarunt. Interim Dandulus poſt annos duodecim quibus Reip. præfuit, florenti adhuc ætate ex humanis deceſsit, & ad Baptiſmi lauacrum in Diui Marci æde præclarum ſortitus eſt tumulum:eo defuncto Marinus Falerius vir opibus affluens,quum oratorem nomine publico Romæ ageret, Dux declaratur.Maximiſque aduerſis eo Principe iactata eſt Reſp. quod infauſtus eius in vrbẽ ingreſſus præſagiuit.quum is ſub obſcuram noctem per Geminas columnas,vbi reis capitale irrogatur ſupplicium,ex clodienſi Cymba in terram deſiliens in Ducarium perexerit.Quę res infauſtam adminiſtrationem,triſtemque eius caſum denũciauit.nam pręter varias clades maritimis acceptas cõgreſsibus,fame quoque, pęſtilẽtia, variſque prodigijs

Claſsis Veneta.

Genuẽſiũ claſsis ſub Pagani Doria. Auſpicis.

Mar. Falerius Dux lv. 1354.

digijs ciuitas conflictata eſt:ac nouiſsime parum abſuit,quin publica libertas nefaria illius conſpiratione amiſſa opprimeretur. Initio enim Falerij Principatus res parum proſperæ foris fuere.nam præter aliquot negociatorum nauigia à Lygure intra ſinum intercepta. Peloponeſsiacam quoque cladem luctuoſam,acerbamque ciuitas adijt:Piſanus enim dum ad ſapientiam inſulam iuxta Methonem cum tota claſſe conſediſſet. ſedulam operam præſtabat.ne quid detrimenti ab hoſte Reſp.pateretur.intentuſque in omnem occaſionem in Portum longum ſe recepit.ibique ſpeculatoria triremi(cui Nic.Quirinus præerat)ad cuſtodiam portus locata,ſtationem ſatis tutam habebat,neque egredi in apertum cum claſſe ſtatuerat:ducalibus parens mandatis:ſi quidem Patres non ignari de hoſtium inopia,& neceſſitate,Piſoni per litteras mandarant,vt prælio cum Lygure omnino abſtineret:congreſſuque euitato,quantum in ſe eſſet,tuto loco claſſem teneret. Ipſe igitur Patrum Imperata facturus ad ſapientiæ inſulam in Peloponeſſi ora portu ſe cum tota continebat claſſe:At Paganus hoſtium Dux cum ſex,& triginta triremibus abeundi Genuam conſilio quum huc forte curſum direxiſſet,per exploratores ad id ſcapha præmiſſos certior factus eſt. Venetam claſſem paruo negocio deleri poſſe.portu libero,& aperto ſedentem.In quem facilis pateret aditus.Paganus autem non omittendam tantam occaſionem ratus inſtructa continuo ad pugnam claſſe. in Venetum vadit,portumque tacite ingreſſus ſine cæde, ſine ſanguine memorabilem victoriam obtinuit:nam præter triremem vnam,quę in ea trepidatione ſubito elapſa eſt.tota claſſe Lygur potitus maritimis eo die Venetum viribus,armiſque ſpoliauit:Piſoque Imperator cum quinque hominum millibus in hoſtium poteſtatem venit.Ferunt autem pridie, quàm Veneti tantam cladem accepiſſent.manifeſtiſsima prodigia eam prænunciaſſe. Coruorum enim vis ingens ſupra claſſem horriſono crocitamine conflixiſſe dicitur.plumaſque, roſtro, ac vnguibus inter ſe alto Aetere auulſis labentes cruoris guttæ in Venetas triremes deciderunt.Remigéque ad id ex ſua naui in proximam medio pelago tranſilientem inter natandum ab immani piſce deuoratum aiunt.tantę cladis nuncio ciuitas perculſa ingenti mœrore affecta eſt.nunquam alias fędiorem cladem acceptam omnes prædicare.vulgo actum de Imperio Veneto credere. ſi victor Lygur mari libero, & aperto ad vrbem recenti clade conſternatam adnauigaſſet.vbi maritimę vires?vbi arma?vbi copię paratę eſſent?quę illum à faucibus portus, à furibunda irruptione arcere poſſent?ingenſque omnino clades ſubeunda erat (niſi quod ſępe Romanorum,aliarumque gẽtium Bellis euenit) hoſtis neſciens vti victoria alio curſum flexiſſet. quod ita ſane accidit, nam Paganus,qui egregie viciſſet.Quum ſolus vniuerſo late mari imperitaret. nullibique Venetus appareret.pręſenti tamen ſucceſſu cõtentus Genuam cum tota claſſe abijt, vbi maximo populi plauſu exceptus opulentiſsima pręda

Ingẽs Venetorũ clades.

Piſo Imp. captus.

Att. prodigium.

Aerarium

Aerarium ditauit At Veneti(vt mira gentis eſt in aduerſis rebus conſtan-
tia)minime ocio,deſidiaque obtorpuere.Siquidem continuo ad armorum
reparationem conuerſi quattuor triremes intra paucos dies ad præſidium
maris priuatis ſumptibus eduxerũt.Quarũ ductores ex populari,plæbeioq́;
Triremiũ præfecti.
ordine fuere.Marinus fradellus, Brati vido, Petrus Nani, & Conſtantinus
Zucholus ,ipſi autem impigre rem gerentes in Siciliam,& Sardiniam, inde
in Tyrhenum mare delati hoſtium fines depopulati ſunt:multaque naui-
gia hoc curſu intercepta. Venetus oppreſsit.Nec Lygur in ocio fuit. Qui
in Peloponeſsi ora Venetam longam nauim è ſapientiana clade elapſam
cœpit:mox vero aliam,atque aliam Cretico mari,creſcente inde ex pro-
ſperis rebus audacia gradum vſque triremis illa Lyguſtica impauido curſu
populabunda decurrit.Ad arcendum autem è finibus tam vicinum hoſtē
ſtatim cum tribus roſtratis nauibus Nic. Iuſtinianus in Hiſtriæ oram miſ-
Nic Iuſtinianus.
ſus eſt.cui negocium datũ.vt omnia ex propinquo tuta redderet. Falerius
interim Princeps quum iam nouem mēſes his Belli turbationibus Remp.
adminiſtraſſet.execrabili inductus ſpiritu ad opprimendam patriȩ liberta-
tem vt ſolus regnaret.Nefarius homo animum adiecit.Beneficiorũ namq́;
Att. Falerii.P. Scelus.
oblitus,quæ in maiores ſuos,& in ipſum ciuitas cõtulerat.crudele, & atrox
facinus machinatus eſt.Statuerat ille immenſa regnādi ambitione tractus.
optimatibus cȩſis. Remp.inuadere , mutatiſq́; pro arbitrio magiſtratibus,
apertam tyrannidem exercere.Ad quod etiam ſcelus vt ſcriptum reperio,
cum impuliſſe dicitur leuis cauſa ab adoleſcētulis quibuſdam patritijs pro-
fecta.circa vxoris impudicitiam.In quos leni admodũ pœna à Triumui-
ris aduocatoribus animaduerſum fuerat:Atque vt facilius ille conceptum
facinus exequi poſſet.Multos ex infima plȩbe ſibi ſocios ſceleris adiunxit .
Quos nobilitati infeſtos eſſe ſciebat.In quibus fuit Bertutius Iſraelo : pri-
Nota de Bertuccio Iſraelo.
mus coniurationis author.Accidit enim,vt is, qui inter nautas honeſtum
locum habebat,à Ioanne Dandulo viro patritio ad armamentum remigũ
expendiēdorum locum colapho percuſſus fuerat. Quo facto Bertutius ira
accenſus percuſſorem interficere cogitabat.Stipatuſq́; facinoroſorum ho-
minum manu publico loco danduli vitȩ inſidiabatur.nam per forum deā-
bulando pone ſatellitum armatorum caterua inſequente conceptum ſce-
lus exequi omnino volebat.At Dandulus hȩc timēs Principem , et Patres
de Bertutij inſolentia admonitos orat,vt inſidiatorem à vi inferenda , quo
quo modo deterreant.Qui cȩdem ſibi comminatur,perturbatque peſsimo
exemplo quietum ciuitatis ſtatum.Ipſeque ob id intra armamenti parie-
tes occluſus inde egredi non audet.comprimāt itaque Patres Bertutij vim
vel minis,vel Imperio,his auditis ſtatim Princeps , conſiliarijque acciri in
curiam Bertutium iubēt.Quem ad tribunal progreſſum Falerius Princeps
ſimulate amariſsimis verbis continuo increpare cœpit: quòd ad eam te-
meritatem,impudentiamque is proruperit, vt publica contempta maie-

ſtate Nautarum,Ganconumque turba ſtipatus vim in Patritiũ virum pararet.iret igitur ac arma continuo deponeret,q̃ ſi forte à Dandulo iniuria aliqua affectus fuiſſet.ordinarijs iudicijs reum conuinceret.Qui iuxta leges dignas crimine ſuo pęnas lueret.Abſtineretque interim omnino à vi,quę in libera ciuitate intolerabilis eſſet.His à Principe dictis Bertutius è curia indignans diſceſsit,eodem autem die ſub noctis vmbra à Falerio in Ducarium ſecrete ille euocatus ad eius conſpectum venit,habitoque inter ſe ſummotis arbitris colloquio,ſuum Princeps odium in optimates acerbo ſermone aperuit.In quos inuectus nefandam cum eo cõiurationem inijt. vt ſcilicet ſtatuto die coacta facinoroſorũ hominũ colluuione nobilitas omnis trucidaretur,negociumque patrandæ cædis ſexdecim audaciſsimis hominibus plebeis communi conſilio datum.Quorum ſinguli ſexaginta ſub ſe armatos haberent.Et quum ſignum campanæ datum fuiſſet,ſub ſimulato Lyguſticę claſsis aduentantis metu continuo ſuis ſedibus exciti diuerſis itineribus in curiam armati prorumperent,atque liminibus inſeſsis obuium vnumquenque ex nobilitate trucidarent.qua extirpata tum demum Falerius non Princeps amplius,ſed Dominus ſalutaretur:interim ad augendum in optimates plæbis odium noua res à coniuratis excogitata dicitur.nam profunda nocte per vrbem ex his aliqui diſcurrebãt.Qui in plebeios homines coniurationis ignaros alta voce conuicia iactabant,eorũq́; vxores,& filiæ ad ſtuprum euocabantur, datoque ſibili ſigno cachinantes inter ſe cognomina nobilium familiarum enunciabant,vt hæc illi audientes in Patritios excandeſcerent,& ſane per id tempus in maximo diſcrimine Veneta Libertas cõſtituta erat,oppreſſaque proculdubio interijſſet. niſi diuina prouidentia factum eſſet, vt ſcelus per eũ detegeretur. Qui facinoris particeps,alienum à Reip.ſalute animum habere videbatur verũ enim vero Ariſtocratia Veneta,in qua optimates ſumma concordia habẽt Imperium,Deo.Optimo.Maximo gratiſsima. cum ſæpe alias,tum illa præcipue tempeſtate eius clementia,& pietate euidentiſsime ſeruata eſt: nam Beltrandus vnus ex coniurationis principibus pridie illius diei,qui cędi deſtinatus erat.pœnitentia tanti ſceleris ductus.Suo inditio patriæ perituræ attulit ſalutem.is enim ad ædes Nicolai Leoni patritij viri clandeſtine primis tenebris accedens eum in ſecretum adduxit locum,precatusque vt patrocinium ſuum præſtaret.ne in vitæ ipſe diſcrimẽ incideret:rem pandit. Falerium Principem coniurationis authorem,aliosque tãti ſceleris ſocios nominat,aitque ſe patriæ charitate impulſum in tanto eius diſcrimine ſilentium tenere non potuiſſe:obſtupuit Leonus,atque aliquantiſper ſceleris nouitate ſtetit defixus.Sed mentem poſtmodum,animumque reuocãs, ac publici,priuatique periculi memor continuo domo egreditur,ac Seniores patrum adijt,coactoque occulte ad Saluatoris ædem Decemuirum cõſilio nefaria coniuratio propalatur.Quam etiã Marcus niger vnus ex coniuratis

Not. Falerii.P. cum Bertutio conſiliũ.

Not. coniuratorũ adinuentionem.

Beltrãdus cõiurationis index.

M.Niger.

iuratis per Iacobum Contarenum cognomento Longum indicauit: Detecto itaq; ſcelere, conſtitit inter omnes, eadem hora publicos mittendos lictores, qui coniurationis Principes in poteſtatem redigerent. Habebatq; tũ Falerius Princeps in Conſiliariatu iuxta ſe Aſſeſſores Ioannẽ Mocenicũ, Hermolaum Venerium, Thomam Viarum, Ioannem Sanutum, Petrum Triuiſanum, & Panthaleonem Barbum. Erantq; Triumuiri Aduocatores, Zusfreus Maurocenus, Aurius Paſqualicus, & Nic. Falerius, Decemuiralis autem Conſilij Præſides. Ioannes Marcellus, Thomas Sanutus, & Michelectus Delphinus, reliquoſq; ad explendum Decemuirum numerum hos fuiſſe accepi. Lucam Legium, Petrum Muſtium, M. Pollanum, Marinum Venerium, Landum Lambardum, Nicolaum Triuiſanum, M. Falerium, Decretumque, vt viginti ex Patrum primoribus, Qui conſilio, & prudẽtia cæteros in Ciuitate anteirent, his adderentur: qui fuere. M. Iuſtinianus, And. Eritius, M. Superãtius, Ganzanus Marcellus, Raynerius Muſtius, And. Cõtarenus, Ioãnes Lauredanus, Nicolaus Vulpius, M. Diedus, Ioannes Gradonicus, Symeon Dandulus, Ber. Iuſtinianus, And. Cornelius, Nic. Leonus, Marinus Maurocenus, Stephanus Bellegnus, Philippus Aurius, Iac. Bragadenus, M. Triuiſanus, & Ioãnes Foſcarenus, Atque ab illa die Decemviralis Additio inſtituta dicitur. In qua nunc quindecim tantum quotannis ex Senatus primoribus in comitijs eligi ſolent. Abeũtibusq; ex Conſilio duobus Falerijs, qui de Principis familia erant, reliquorum iuſſu ſtatim fortiſſimi Patritij, ac ciues vocantur. Qui armati patribus adſint. ſi quid Coniurati in eos mouerent, miraque celeritate adhibita Sexdecim ea nocte coniuratorum Principes capiuntur. Qui ad vnum omnes ſtatim ſuſpendio necati ſunt, reſte ex ipſis columnis ſuperiori parte curiæ dimiſſi: Hi autem fuere, vt perpetua infamiæ nota taxentur, Bertutius Iſraelo, M. Torellus, Stephanellus Triuiſano, Nicolaus Zucholus, Philippus Calendario, Statuarius, & Architectus inſignis, Nicoletus Brazadoro, Antonius Bindi, Marcus Pollinius, Nicolaus Roſa, Ioannes Corſus, Marcus Muda, Iacobus Dogallinus, Nicoletus Blondo, & Ioannella Brunõ, atque alij, quorum memoria non extat. Falerius etiam ipſe princeps quum Ducarium ab armatis hominibus cuſtoditum tota ea nocte fuiſſet, ſummo mane iuſſu patrum ſuper marmorea Palatij ſcalla Ducalibus exutus inſignibus, capitali ſupplicio eſt affectus: Eius Cadauer locullo ſtatim, ita truncum impoſitum ad Gemellorum Aedem parua Cymba elatum eſt: Multi alij quoque vario ſupplicij genere necantur: Ad quadringentoſque ſupra intra octo dies ſceleris conuictos ferunt, quorum maior pars exulatũ abijt. In quibus fuere Victor Niger, Criſtophorus Fõtana, Iacobellus Blõdus, & Fr. Belliſari, viri nequiſsimi, qui fuga elapſi voluntario exilio ſe ſe vltimi ſupplicij periculo ſubtraxere: At Beltrando coniurationis indici. non ſolũ venia data: ſed annuũ mille aureorũ nũmum ſtipendium ex ærario perpetuo

Q decretum:

Not. conſiliarios.

Aduocatores Triumuiri.

Decẽuiri.

Additio ad Decẽuiros.

XV. virorum additio.

Not. coniuratos.

Falerii P. ſupplicii.

Indicis pœna. decretum: Priuatæ quoque Falerij Principis Aedes ad Apoſtolorum famum conceſſæ,& quod maximum eſt,ad patritium ordinem traducitur: verum ille adhuc impio,hoſtiliq; in Remp. animo quaſi parua pro ſidei magnitudine accepiſſet.aperte patres ingratitudinis accuſare,eorum fam., publicoque honori,nullo loco,nullo tempore parcere.palamq; probra,conuiciaq; iactare,tum illi impudentia hominis cōmoti parū abfuit,quin deleta recentis beneficij memoria ſeueriſsimā pœnam irrogarint.Raguſiū tamē adempto omni publico emolumento in decem annos relegatus eſt. Inde poſteà cōtra præſcriptum vir inquieti animi profectus quū ad Pānonas iter intēderet,perijſſe dicitur:talē exitū Faleriana habuit cōiuratio:multiq; ī ea honeſtæ conditionis viri aut publice necati periere, aut in exiliū acti ſunt: pleriq; etiam non omnino culpæ expertes adeo infames habiti,vt diu conſpectu hominū euitato in publicū exire erubuerint.mirumq; eſt,qua Falerius ſpe adductus,quum iam ſenio confectus haud procul ab extremo vitæ die,fataliq;hora abeſſet:in tātum facinus proruperit;nā antequàm ad Ducatū eueheretur,in maxima apud omnes exiſtimatione erat:habebaturque vir,Senatorq; prudētiſsimus,multaſq; legationes, & præturas ſumma cum laude geſſerat. Sed inperſcrutabiles ſunt hominum ſenſus, varijſq; aſsidue motibus(vt mare efferueſcens)agitantur. Cæteriq; mortalium animi ita ambitione æſtuant, vt à rationis tramite ſæpe aberrant: ac prope inſaniunt: Quid enim immanius?quàm patriam nefaria tyrannide opprimere? libertatemque,ac ius violare?Qui autem id agunt. tetra mentis caligine obcæcati ſunt.Offuſcatiſq; ſenſibus delirant. Deoſque immortales aduerſos habent,quos ſceleribus ſuis irritarunt. Dicente Propheta. Irā Domini portabo,quia peccaui ei:ita forſan in Falerio euenit:cui Dij irati fatuam, irrationabilemque mentem reddidere.præuaricauitque homo ſuperbè,& impiè in patriam agens,quo ſcelere,& infame ſubijt ſuppliciū,& familiæ alioqui illuſtri (Quæ tot præclaros vrbis Principes, maris Imperatores, viros pace,belloque inſignes Genuit) magnas offudit tenebras. Diſcantque minores hoc exemplo admoniti pio patriam amplecti affectu. Cuius violatores Diuinam ad vindictam indignationem,iramq; prouocāt. omnes enim patriæ debemus.pro qua vita effundenda eſt. Et eam qui iuuerint,auxerint,defenderint(vt Cicero ait)certum eſt,in cælo diffinitum eſſe locum, vbi Beati æuo ſempiterno fruantur:Atque hæc dicta ſufficiant:Patres autem vt pernicioſiſsimi Principis memoria, nomenque perpetuuo deleretur, eius imagine in comitijs ſub tecti aurei conuexura ablata, vbi ex maiorum inſtituto viuo ore omnium Principum figuratæ locis ſuis ordine Imagines repreſentantur, Tronum vacuum nigro velo opertum reliquerunt: Ea ſolum inſcriptione poſita: Hic eſt locus Marini Faletro decapitati pro Criminibus: Marcus Cornelius ex Senatorum numero vir, clariſsimus quoad ciuitas in ea conſternatione fuit. Pro Princeps Rempublicam

Marginal notes: Not. indicis improbitatem. — No. de Falerio P. — Michæas Propheta. — Ciceron. Verba. — Imago Faleri. P.

blicam adminiſtrauit. Armatiſque Septus, quia adhuc in coniuratione periculum erat: Comitia habuit: Inde Ioannes Gradonicus Naſono cognomento. Dux eſt declaratus: Ac ſtatim ſeptem triremes: Quibus Bernardus Iuſtinianus præfuit, in altum eductæ Lyguſticas res toto mari diu euagatæ infeſtarunt. Maioraque adhuc damna hoſti intuliſſent. Niſi opportuna poſt bellum quinquennale pax ſequuta eſſet: Nec mari tantum: Sed terra quoque cum Bernaboue, & Galeatio arma depoſita: Reſtitutique hinc, inde captiui: Ex quibus Genuenſes interciſa Diuæ Magdalenæ Luce, qua vinculis ſoluti fuerant, ad illius ædem in Canaregium vrbis partem longo agmine acceſſerunt: Gratijſque Diuæ actis, omnes qui ad duo millia fuiſſe dicuntur. Salui, incolumeſque domum rediere: atque inter feſtos dies illa exinde habita eſt. Pace autem terra, marique parta. Continuo ciuitas ad mercaturam conuerſa in Aegyptum, Syriam, ac Cyprum naues quàm plurimas dimiſit: Et ne aliquo Barbarorum incurſu res Veneta inter nauigandum infeſtaretur. Sex triremes, ad earum præſidium miſſæ ſunt. Quæ Bernardum Iuſtinianum præfectum ſecundo habuere: is quum mercatorias naues tutis ſtatuiſſet littoribus. Subito in Dalmatiam redijt: vbi aliqui rebellionis motus ſuborti dicebantur: Rebus autem Prouinciæ conſtitutis à Senátu Iuſtinianus Venetias cum claſſe reuocatus eſt: Ac ſub id tempus Ioannes Baduarius in Vallem Marinam. (Quæ Veneto Imperio Falerij morte ceſſerat) primus Prætor mittitur. Nec multo poſt duo Legati Marcus Cornelius, & Marinus Grimanus in Pannoniam ad Regem venerunt. cum quo inducias in octo annos pacti ſunt. Bellumque Dalmaticum. quod atrox, & cruentum fuit, extingui inter Regem, & Venetos perpetuuo potuiſſet: Si annuum equi albi cenſum pnblico nomine Oratores Regi ſe daturos polliciti fuiſſent: Quod ne fieret, Senatus conſulto cautum erat. Abeunte igitur induciarum tempore ſine alia belli denunciatione cum Barbarica equitum, peditumque ingenti multitudine Dalmatiam ille tumultuoſe inuaſit: atque vno tempore Iaderam, Siccum, Spalatrũ, Tragurium, Enonãq; obſidione cinxit. Et cum nullũ ad eam diẽ Veneti pręſidium in prouinciam miſiſſent. circũſeſſa oppida parum tuta à Pannonũ armis erant. Feſtinanter tamẽ (ne indefenſus prouincię ſtatus relinqueretur) arma comparant. Claſſem, militẽ, commeatum expediunt, validoq; vrbes firmant pręſidio. Sed Barbarus vt Venetũ pluribus locis bello occupatũ teneret. Fędere cum Franciſco Carrario occulte inito, in Italiam cum maximis copijs tranſgreſſus Cunianum, Saciliũq; primo impetu occupauit: Inde ad Taruiſium caſtra admota ſunt. Vrbem autem Veneti miſſis eò tribus Legatis viris fortiſsimis. M. Iuſtiniano, Ioanne Delphino, & Paulo Lauredano, cum valida militum manu egregie muniuere. Interim Collatini comites, alijq; plerięq; Reguli ſubito ad Barbarũ deficiẽtes Taruiſinũ Agrũ depopulãtur. Regiaq; ſequuti ſigna Venetis vbiq; infeſti erãt. At

Ioã. Gradonicus. Dux. lvi. 1356.

Pax cum Genuenſibus.

Legati in Pãnoniã.

Bellũ Pannonicum.

Lega. Taruiſiũ miſſi.

Gradonicus Belli curis anxius, quum menſes quattuordecim Reip. præfuiſſet, è vita deceſsit. In eius locum Ioannes Delphinus Princeps creatur. Qui tum Taruiſina fungebatur Legatione. Ipſe vero armatorum cuneo ſeptus, inuitis Regijs, qui circa mœnia ſedebant, auerſa porta vrbis Venetias ad Principatum abijt. At hoſtis Bellicis operibus admotis Taruiſium acri oppugnatione aggreditur, multique vtrinque, cæſi oppreſsique periere. Inter quos Regius fuit ductor propinquitate ſanguinis Ludouico coniunctus. Qui cum multis alijs ex Pannonica cohorte ſub ipſis mœnibus dum fortiſsime pugnaret, occubuit. Strennueque vrbs à Veneto defenſa eſt. Spe igitur potiundæ vrbis Rex in præſentia destitutus, ne tam cito inglorius inde copias amoueret, ijs ad continuandam obſidionem relictis, in Pannoniam abijt, & Veneti ſuas partes firmantes ingentem ex Germaniæ oris militarem manum contraxere, ea autem ad Medoaci ripam inexplorato progreſſa ſubito hoſtium aduentu fuſa, magnaque ex parte cæſa eſt. Nec ita multo poſt induciæ cum rege in quinque menſes ab Legatis. And. Contareno, Mich. Falerio, & Bonintendio ſcriba ſunt pactæ. Quum pacem hi fruſtra petijſſent. Inducijs interim exeuntibus Serrauallum munitiſsimum oppidum in hoſtium poteſtatem venit: ſed in Dalmatia maior omnino clades accepta: tota namque belli mole in Italiã inclinãte, pręcipua copiarũ pars Senatus decreto è prouincia reuocata fuerat, ſtatimq; militari pręſidio abducto, Spalatrũ, Siccũ, Traguriũ, ac pleraq; alia oppida ad regẽ defecerunt. At Enona, quã Ioãnes Iuſtinianus vir cõſtantis animi pręſidio tenebat, hoſtiũ conatus diu remorata eſt. nec in eorũ poteſtatẽ vnquã veniſſet, niſi fames extremũ humanæ vitæ malum vrbem inuaſiſſet. Qua inualeſcente tanta rerum omnium inopia ciuitas laborauit, vt à nullo obſcæno cibo miles, oppidanuſque abſtinuerit: fame igitur, non armis domita æternum inuiolatæ fidei exemplum Enona, quia plus non potuit, hoſti ceſsit: Iadera quoque arce incolumi (neſcio quid minante Veneto Fortuna Imperio) à Barbaro furtim inita eſt: deſperatis itaque Dalmatiæ rebus, fluctuanteque in Italia Taruiſina ditione, placuit iterum ad Regem Legatos mitti: qui pacem cum eo honeſta aliqua conditione publico nomine componerent, temporique cæderent. In Pannoniam igitur Legati profecti Petrus Triuiſanus, Ioãnes Gradonicus, & Bonintendius Scriba pacẽ his cõditionibus à Rege acceperunt: vt quicquid à fanatico ſinu (qui hodie Quarnerius vocatur) Dyrachium vſque Veneti ad eã diem poſſediſſent. Ludouicus Rex haberet. cędcrẽtq; Veneti Dalmatię Imperio, reliquũ vero terrarũ, inſultarumque, quod circa ſinũ, citraque eſſet. Dimidiũ Veneti retinerent. præterea Rex reſtitueret quicquid in Taruiſino, Cenetenſique agro eo Bello Venetis ademiſſet: pollicitus ad hæc, Dalmatiæ ſe oram à Pyratarum incurſibus tutam præſtare: coacti ſunt Veneti tunc Princeps ex hac

pace

Ioã. Delphinus D. lvii. 1357

Oppidorũ defectio ad Panonas.

Not. Enonẽſium famem.

Legati ad Regem.

Pax cum Rege et eius conditiones.

pace magis neceſſaria, quàm ſpecioſa Dalmatiæ titulum deponere, cum
ſupra fere trecentos annos à prima Dalmatiæ receptione eo vſi fuiſſent:
pace cum Pannonæ firmata tres Legatos M. Cornelium, Ioannem Grado
nicum, & Laurentium Celſum ad Carolum Imperatorem in Germaniam
Patres miſerunt. Celſoque apud Carolum relicto, reliqui duo domum re-
petituri quum per Germaniam iter facerent, à Barbaro Regulo contra ius
gentium intercepti ſunt, atque in æditam Arcem ignominioſe abducti: po
ſteà liberati Auſtriæ Ducis iuſſu in patriam redire. Celſus quoq; auerſo iti-
nere, Seniam ad mare abijt. Aſcẽſoq; nauigio domum incolumis reuerſus
eſt. atque ea æſtate: poſt quintum Principatus ſui annum Delphinus mori
tur: Cui Laurentium Celſum abſentem, qꝫ is tum Adriatici ſinus præfectu Laur. Celſus. D. 63. 1362.
ram gereret. Patres ſurrogarunt, falſoque victoria nunciata, quam à Lygu-
re fama incerta attulerat, Celſum reportaſſe, ſupremo honore ille (dũ qua-
draginta ſex annos natus eſſet) à Patribus decoratur, quem nullo modo a-
deptus fuiſſet: Sed fatis agimur: Et quod ſtatutũ eſt ab æterno, id neceſſe eſt,
(ni fallor) omnino eueniat. Confeſtim aũt ad eũ officij gratia duodecim pa
tritij, qui publico nomine demãdatũ illi principatũ congratularẽtur, miſsi
ſunt, Atque hi (vt accepi) fuere, Fr. Venerius, M. Marcellus, Pe. Cabriel, M.
Georgius, Iac. Marãgus, Marinus Foſcarenus, Onofrius Minottus, M. Dan No. Patritios ad Celſum Prin.
dulus, And. Paradiſus, Iac. Legius, Geor. Baffus, & Landus Lambardus, eũ-
que vrbi applicantem Senatus ferè omnis obuiam progreſſus Bucentauro
excepit. & victor Piſanus ad Imperium maris in Celſi locum mittitur: Fe-
runt aliquandiu noui Principis patrem tum in humanis agentem ab ſalu-
tationis officio publice abſtinuiſſe. ne filium Pater nudo capite adiret: qua
ſi id nefas, ac indecorum eſſet, ſed ne rerum humanarum, ciuiliſque diſci-
plinæ adeo ignarus ille fuit? vt non intelligeret, id officium non filio præſta
ri, ſed Maieſtati publicæ? cui omnis reuerentia, cultuſque debetur: Verum No. P. prudẽs factũ.
prudenti conſilio Celſus Princeps vſus, Crucem paruam auream Ducali
capitis inſigni in fronte appoſuit, vt ſi quando pater filium in eo faſtigio
publice nudo capite adiret, non ſibi, ſed Cruci honorem ille exhibere vide
retur. Interim ſub id tempus Auſtriæ Dux Venetias venit. Nulla alia addu
ctus cauſa, niſi vt vrbem, quam medijs aquis Diuinitus audierat fundatam
inſpiceret, Princeps cum maiori parte Senatus illum venientem Bucentau
ro honorificentiſsime excepit: Deduxitque in Comelias ædes ad Lucæ fa
num. eumque poſt aliquot dies in Germaniam abeuntem mox ſequutus
eſt Cyprius Rex publico & ipſe exceptus hoſpitio, ciuitaſque tum pace ter
ra, mariques parta, ocio fruebatur: Atque vnde minime ſuſpicio erat, inimi
co naturæ humanæ operante. ciuilis rebellio in Creta, bellumque ingens
exarſit: Cuius origo a Venetis Colonis emanauit ex inſita hominum leui- Not. Cretẽſiũ Colonorum defectionem.
tate, porro hi delitijs, ocioque ex inſulæ opulentia affluentes, deuoluti erant
in luxum, à luxu in Venerem, & ſuperbiã, deſciſſenteſque a veteri Imperio
transferre

transferre à Veneta potentia dominium inſulæ in ſemetipſos inaudita temeritate annixi ſunt. Tanti autem motus cauſa hæc fuiſſe dicitur. Nouum Patres vectigal ad reparationẽ Portus, & Moli Candidæ inſtituerāt: quod coloni omnino ſoluere recuſarunt, neglectoque Senatus conſulto omnes fere nobiles, & populares Ducibus Leonardo Gradonico, & T. Venerio, in forum cum ingenti armatorum manu aduolant. Indeque in Palatium properantes clauſas fores inueniunt, eaſque vi tentant euertere. At Dux Leonardus Dandulus cũ conſiliarijs Stephano Gradonico, & Iacobo Diedo comiter illis appellatis, tumultum aliquo meliori modo ſedare tentat. iubetque fores reſerari. tum ſeditioſi magno furore irrumpentes in Dandulum Ducem minaciter ruunt. Armiſque, & vocibus obſtrepunt. Sed ante alios. T. Venerius conuerſus ad Ducem minatur ſtricto gladio, exclamatque, morieris proditor. Sed And. Cornarius, & Michael Faletrus vim repellentes Ducem, & conſiliarios è tumultuantiũ manibus eripiũt. ijſque in priuatis ciuium cuſtodijs traduntur. Iuſtamque habere cauſam tumultuandi rebelles allegantes dicebant. non debuiſſe à Senatu Veneto eis imponi vlla tributa, vigore conceſsionis factæ ſuis progenitoribus, quo tempore illi venerunt ad hanc inſulam incolendam, ſed ſi de iure diſceptandum eſt, ſatis liquet, ex formula priuilegiorum, & conceſsionum, Venetos pleno iure retinuiſſe in ſe verum, liberumque totius inſulæ Imperium, alij trahebant in contumeliam verba prolata publice ab altero conſiliario. in deſtinandis ex colonorum parte viginti ſapientibus Venetias ad ducale dominium. Conſiliariuſque ad eos conuerſus, quis nam dixit, ex vobis ſapiens inueniri poterit? ſed hæ priuatæ iniuriæ, leuiſsimæque cauſæ, Reip. officere minime debebant, nec tantum concire motum in parua offenſa vaniſsimos homines decuit. primum autem victore Piſano prętore eiecto Canea rebellat. Rethimum quoque à Venetis defecit. conſtituitur ad hæc ex colonis. M. Gradonicus Inſulæ Gubernator. Adduntur que quattuor conſiliarij Franciſcus Mutatius, M. Fradellus, And. Panthaleus, & Bartholameus Grimaldus, hi autem in magiſtratu conſtituti ad captandam Græcorum Beniuolentiam, & fauorem vulgi. decernunt, quòd ritus Græcanicus in cærimonijs eccleſiaſticis catholico prorſus ritu abolito, ab omnibus ſeruetur: conſultantibus poſtea ex rebellium primoribus, an vexillum ſolitum ſancti Marci eleuari, attollique publice deberet. Fit maximus populi in forum concurſus, cum ingenti omnium vociferatione, exclamantium, viuat ſanctus Titus, decretum eſt igitur, vt diui illius figura terra, marique publice eleuaretur. Atque ipſa hora non ſine infauſto rebellium omine, dum vexillum Sancti Titi proclamante vulgo ſupra turrim ſublatum eſſet, pedes figuræ ſancti ſupino capite apparuerunt ſuperiores. Quo oſtento multi ex rebellibus territi ſunt, præſidentes hi tamen publicæ adminiſtrationi contra leges, & ęquitatem prorogant tempus debitoribus,

Dux et cõſiliarij capti.

Nota Rebelliũ Magiſtratus.

Att. Miraculum.

ribus,remittunt condemnationes pecuniarias,abſoluunt homicidas, fures, latrones,& quoslibet alios,qui enormia cuiuſcunque generis facinora perpatraſſent:cum hoc tamen,quòd per ſex menſes hi omnes gratuitam operam Bello præſtarent:interim Iacobus Mutatius vir frugi, ac fideliſsimus, accedens in Palatium,vidit Franciſcum Fratrem ſuum ſedentem pro tribunali penes M.Gradonicúm electum Gubernatorem per rebelles.In quẽ acerbiſsimis verbis inuectus, rebellaſti inquit contra Patriam, & ſanguinem tuum, perpetuæque infamiæ tenebris denigraſti & nos, & poſteritatem, Abi de loco iſto,teque non conſiliarium,ſed parricidam appello,talia veridice affatus expellitur de Palatio, ipſe autem per vrbem incedens hortabatur omnes, vt redirent ad priſtinam fidelitatem, & obedientiam Venetorum,& poſt dies aliquot Georgius eius filius adoleſcens optimus in via publica interficitur. nec cædis author vnquam repertus eſt. Senatus poſtea recepta inſula quingenta Iperperia Iacobo patri quot annis donec viueret,quæſtores de fiſco ſoluere iuſsit. Iac. Mutatii fides.

FINIS.

PETRI IVSTINIANI RERVM VENETARVM HISTORIA.

LIBER QVINTVS.

VENETI clariſſimæ inſulę alienatione audita ægerrime tulerunt, nobiliſſimam Coloniam, quam infinitis beneficijs obſtrinxerant, à ſe tanta ingratitudine defeciſſe: decernuntq́; omnia experiri, priuſquã armis rem gerant. eligunturque ſtatim ex primoribus patrum quinque Legati viri eloquentiſsimi. And. Contarenus, Pet. Zane, Franc. Bembus, Ioan. Gradonicus, & Laur. Dandulus, qui Cretam cum ſex triremibus proficiſcantur. Hortéturque, & moneant Rebelles publico nomine paternis verbis, vt redeant ad fidelitatem, Legati igitur emenſo paucis diebus tanto maris ſpatio ad inſulam applicuerunt. Dataque fide publica à rebellium Magiſtratu deſcendunt è triremibus, & intrant ciuitatem, nouitateque rei non parum commouentur. offendunt enim intereundum Rugam Magiſtram (vt ſic appellant) quę ducit ad palatium, hominibus ſtipatam armatis, ac inerme vulgus, & populum ſuper tecta domorum altis, ac varijs clamoribus obſtrepentem, ipſi vero placido, grauique greſſu incedentes, ad tribunal proditorum peruenere; atque ex his legatorũ vnus qui fuit. And. Contarenus vir eloquentia, & iuris peritia inſignis, in Magiſtratum conuerſus talem habuit orationem: Niſi veſtra omnium ſalus, & totius inſulæ incolumitas Veneto Senatui cordi fuiſſet, non vtique ad vos huc inermes, togatique acceſſiſſemus ad priſtinam redintegrandam gratiã miſſi. Quum Veneti Patres priuſquam ad arma prorũpant, ex Veteri Maiorum inſtituto benignitate, blanditijſque emoliri iratos animos conſueuere, & licet profecto hæc veſtra defectio infamis, deteſtabiliſque habetur, Venetumq́ue nomen grauiſſime læſerit. hoſtem tamen humanæ naturæ potius accuſare libet. qui mortale genus varijs tentare agitationibus, inſaniſque furijs nunquam deſinit. proinde minus à vobis erratum, ſi naturæ fragilitate hęc ſequuta eſt rebellio. exurgendum igitur à peccato, in quod prolabi, humanum eſt, nullaque fuit ſane iniuria in vos à Venetis profecta. Quæ irritare, & trhaere animos veſtros in hanc debuit inconſultam defectionem: ſemper enim Reip. noſtrę benignitatem experti eſtis. Huius vos omni tempore mite, iuſtumque Imperium ſenſiſtis, hæc vos benigne ſemper aluit, hæc inuictis protexit armis, immunitatibus, honoribuſque ornauit. An nouum id vectigal ad reparationem portus veſtræ ciuitatis à Senatu

Legati in Cretam.

And. Cõtareni oratio.

Senatu inſtitutum rebellionẽ cõcire debuerat?à meritiſsimoq́; Imperio de ſciſendo tantum excitare incendium?quo profectò miſere cõflagrabitis, ſi alienos à pacis, & fidei ſtudio diu animos veſtros habebitis. nec in externorũ Principum auxilijs ſpẽ reponite;Qui nunquàm pro vobis aduerſus Venetam Rempubli. arma induent;reuerſi igitur, ad Priſtinam Ducalis potentiæ obedientiam in eius pijſsimum gremium tanquàm filij ad parentes recurrite.vt caro ſuæ carni,oſſaque ſuis oſsibus adhæreant: Ducalis enim benignitas (ſi ad ſanitatem redieritis) Vos clemẽter amplexabitur, remiſsiſq́; omnibus iniurijs in gratiam ſuam paterna ſuſcipiet affectione: His paucis a Contareno dictis,irritati,non paccati ſunt rebellium animi. In perfidiaque ſua obſtinate inſiſtentes Legatos ſuperbo reſponſo dimittunt. Dicentes velle libertatem inſulæ defendere. Tuncque patuit,Legatos in ciuitatẽ fuiſſe admiſſos a rebellibus, nullã aliã ob cauſam,niſi vt ſubijceretur oculis eorũ tot armatorũ gẽtiũ fulgidus apparatus, ac fauor vulgi,vt credi poſſet, ad defendẽdum inſulę ſtatum.In omnibus vnã,eandẽq́; eſſe mẽtẽ, mox ſtatim a rebellibus inſtruuntur quattuor triremes,& octo gripparię, metu triremium legatorũ,eligũtur quoq; ex ciuitate, & ſuburbijs ducẽti populares, quorum centum cõſtituuntur in foro ad cuſtodiam ciuitatis, quinquaginta ad portam maritimam,& reliqui circa turrim moli, Veneti vero patres, vt exploratũ habuere in reditu legatorũ,rebelles in ſua perfidia obduratos. ſtatim decernunt cõtra eos terra, mariq́; rẽ armis gerere:Scribuntq́; Vrbano Quinto ſummo Põtifici in Galliam,vbi Romana tunc curia reſidebat, Carolo iij. Romanorũ Imperatori,Philippo Frãcorũ Regi, Ludouico Regi Hungarię,Ioãne Reginę Sicilię,Regi Cypri,cęteriſq́; Ducibus, ac Principibus Italis,externiſq́;,ſignificãtes perfidiã,ac rebellionẽ inſulę,ac Colonię ſuę Cretę,quæ immemor beneficiorũ incredibili ingratitudine ab ipſis defecerat.rogaruntq́;,ne perfidis Colonis opẽ,auxiliũq́; pręſtarent. quod Regali ſua iuſtitia dignum erit, & gratum Venetæ Reip. in perpetuum foret. Ab omnibus benigne reſpõſum,auxiliaq́; oblata, vt perfidi Inſulani ad Imperium retraherentur:Sed Veneti primo ſtatim rebellium capita, & defectionis authores.M.Gradonicum,T.Venerium,Geor.Barbum,Leon.Gradonicum, Barth. Grimaldum, & Zanachium Rizum, ſtatim proſcribunt. Conſultante poſtea Senatu de delectu gentium,& ad quam, primum inſulæ partem claſsis,exercituſq́;admouendus eſſet.aliqui ex primoribus patrũ conſulebant. armari tantum decem triremes.Quibus Cretenſes arcerẽtur, a maris commercio.vt Annonæ pennuria laborantes ad deditionem facilius cõpellerentur:Nõnulli Caneã primo expugnandã cẽſebant.oppidum littorale,& immunitũ:alij alia ſuadebãt.Celſus Princeps totis viribus inſulã aggredi,& Cãdidęvrbis primarię expugnationẽ tẽtare hortabatur:quę ſicut inclinauit ad rebellãdum cętera inſulę oppida.ita expugnata,& deuicta facilius cũcta amiſſa ĩ integrũ reſtitueret.Prĩcipis itaq́;ſẽtẽtia magno ſena-

No. rebel-lium apparatus.

Senatus literę ad P. Chri.

Conſultatio de bello.

Dolere grauiter Senatū Genuēſē ſalua publica fide nō poſſe nobiliſsimā inſulā aliqua ope iuuare. Cupereq́; Cretēſis populi cauſa oīa agere, quę illi ſalutaria ſint. Sed fędera obſtare: Quę cum Venetis pauloante percuſſa erant; quo minus quicquàm ſalua Senatus Genuenſis dignitate immutari liceat. ita dimiſsi rebellium oratores recedunt ſua opinione fruſtrati, Veneti vero ad bellum Cretenſibus inferendū accenſi claſſem triginta triremiū & duodecim nauium onerariarum cū terreſtribus copijs in ea ad ſex millia equitū peditūq́;, Duce Luchino Vermio (vt antea memorauimus) quàm citius po tuere, expediunt, trāſmiſſoq́; ſecūdo curſu paucis diebus Adriatico, Egeoq́; mari, ad portū Fraſchię à Cādida ſeptē millibus paſſuū diſtātē Veneta claſſis applicuit. Iacet autē inter vrbē, & hunc locum mōs arduus, nomine Strōbolus, cui alij duo montes tā proxime contigui adhęrēt, vt nō tres, ſed vnus fallacis ſimilitudinis errore procul ſpectantibus appareat: Ab oriente in latere huius mōtis eſt, quidā trames anguſtus per quē vix duo milites capaci trāſitū habere poſſent. Locaq́; hinc, inde prērupta aſſurgunt. mirēq́; vndiq́; aſperitatis, quibus inſeſsis, quēcūq́; infinitę multitudinis impetū quàm pauciſsimi facile remorari poſſent. Ex ſubterranea vero ſpecu quę eſt penes radicem mōtis. Salſarum vis ingens aquarum prēcipiti lapſu erūpit. accolęq́; hunc locū à ſalſedine patria lingua, armiron appellāt. ipſęq́; aquę quę à mari proximo per occultiſsimos meatus eō fluunt. ob Torrentium inundatiōnem è proximis decurrētium mōtibus hyeme dulciores fieri creduntur. elabiturq́; hinc haud procul fluuius molis aliquot deſeruiēs. accolis, viciniæq́; admodū cōmodus, qui per mille paſſus intra continētē curſu velociſsimo elapſus: ad Aquilonē in mare euoluitur: Ab oſtio fluminis ad vrbē propter arenarū cumulos, & latentes cautes, tota maris ora importuoſa eſt. Hic igitur, terreſtres copię dūē nauibus ingēti armorū ſtrepitu, diſſoniſq́; turmarū, militūq́; clamoribus, atq́; equorum Hinnitibus exponuntur. Ad centum milites predę auidi temere ad molas progreſsi ab hoſte, qui ibi in inſidijs locati erant, ad vnum omnes trucidantur; quorum genitalia, & linguæ à Gręcis abſciſę illa dentibus, hæ natibus contumelioſiſsime inſerta ſunt: Cuius rei fęditas plurimum Venetorum animos exaſperauit, expoſitis itaque in continentem copijs Luchinus Imperator terra: mari autē Michael cū claſſe ad vrbem obſidendam ire pergunt: rebelles quoque ex altera parte Franciſcum Mutatium virum acrem, & bello aſſuetum cum exercitu non contēnendo ex vrbe contra Venetos emittunt. Sed Luchinus antequàm caſtra moueret concione àduocata vt militum ſuorū animos excitaret, ita eos dicitur allocutus, Virtus veſtra abunde mihi cognita viri fortiſsimi, ne vos lōgiori oratione teneam, me ſuadet, nec illud, prefari, admonereq́; vos operę pretium videtur. cur per tam longa maris ſpatia relictis patrijs ſedibus vecti, in hanc inſulam à Venetis miſsi ſimus; quum clare pateat, huc ex Italia curſum nos direxiſſe, vt nobiliſsimam Coloniam rebellem, & in fidem

Genuenſium reſponſum.

Topographia.

Nota foeditatem.

Luchini Vermis oratio.

armis.quando alia ratione non potuit. Veneto Imperio receptam ſubijce
remus. Defecerunt impijſsimi coloni abſque vlla iuſta cauſa à clementiſsi
mo Imperio, armiſque rem gerere auſi tot fideles nobiles, cõciuesque ſuos
obtruncarunt Has tãtas vlturi iniurias huc commilitones venimus,& quo
rebellium cauſa eſt iniuſtior, eò fortius nos niti decet, vt meritam, celereq;
de perfidiſsimis hoſtibus victoriam conſequemur, quæ profecto certa, &
indubitata erit. cum propter militarem peritiam,& virtutem veſtram, tum
propter imbelles hoſtiũ vires, quippe qui neque natura Bellicoſi ſunt, ne-
que armis experti, degenerauere enim Græci, & qui hac ſtirpe, & genere
Nota. ſunt orti,& ſub hoc cœlo nati, à Græca illa priſca Indole, vt nihil penitus
præter nomen in poſteris ſuis relictum intueri liceat. Adde quòd fortiſsi-
me pugnandi neceſſariam cauſam habemus. In loco quo cõſtituti ſumus,
vndiq; enim mari cinctis effugij nulla nobis ſpes relicta. amica claſsis alio
curſum ſuum direxit, ad vrbemque oppugnandam admota longe à nobis
abeſt. Itaque aut intra hoſtile littus,& hos montes cadendum, aut cum vi-
ctoria ad vrbem perueniendum, vt claſsi denuo pulſis hoſtibus iungamur.
adhortari quoque nos iure debet ad rem benegerendam opulẽtiſsima in-
ſula. Ex qua victa præda ingens,& diuitiarum affluẽtia parabitur. cum ma-
xima veſtra laude,& emolumento. Eſt præterea, fuitque ſemper Senatus
Venetus in ſtrennuos,& benemeritos de Rep. viros gratiſsimus, dabit is
vobis ampliſsima præmia virtutis veſtrę memor, largoque,& cumulato ſti
pendio, ſi veſtris armis victos hoſtes domabitis, & nunc, & in perpetuum
vos, veſtroſque liberos ditabit: quod ad me attinet, paratus ſum, in hoc mi-
litari Imperio quo me ampliſsimus Senatus decorandum cenſuit, aut mo-
ri, aut vincere. Idem exemplo noſtro, fortiſsimi commilitones pro ante
actæ,& præſentis militiæ gloria agẽdum eſt vobis, vt vel inſigni victoria,
vel (quando aliter fieri non poteſt) glorioſa morte noſtrum nomen,& Ita-
licum decus vbique terrarum perpetuo celebretur: tali hortatione ad Mi-
lites vſus vermius eorum corporibus curatis ſigna canere iubet. Quadra-
toque agmine prælio intentus in hoſtem vadit. Græci interim locorũ pe-
Preliũ capeſsitur. ritia freti intra montium anguſtias ſe continebãt. Mox longioris impatiẽ-
tes moræ, commeatuſque penuria adacti, in æquum deſcendunt, explica-
taque acie in aduerſas Venetorum copias ferociter inuehũtur: excepit Lu-
chinus irruentem Græcum pari audacia: ordineſque circunuectus in præ-
lium ſuos accẽdit, primo autem congreſſu ferox Italus in mediam illatus
aciem hoſtem turbat,& eodem fere momento magna edita cæde profli-
Venetorũ victoria. gat, multi præcipiti fuga ad montes proximos delati ſeruantur. Sed maior
pars in prælio pugnando occubuit. Nec mora victor Venetus hoſte dele-
to ad vrbem infeſtis ſignis properans omnia tumultu replet. Suburbiaque
prædę exponit. magno oppidanorum terrore, ac agreſtium fuga: qua clade
territi candacẽſes quum ſpem nullam aliam domeſtici, externique auxilij
haberent,

haberent,cernerentque ſe vndique terra, marique hoſtium armis circunſeſſos,continuo in Veneta confiſi clementia ad deditionem ſpectare cœperunt.mittitur,itaque ex conſenſu publico Andreas Cornarius ad claſsis Imperatorem,& Legatos,qui Venetis vrbem cũ clauibus reddat, deploranſque is miſerabili oratione ciuitatis ſtatum, culpamque defectionis in paucorum temeritatem referens ſupplex orabat,vt miſeris ciuibus parceretur,incolumemque vrbem ſeruarent victores,quæ iam multum ſatisque pœnarum dederat.tot interemptis ciuibus,agris deuaſtatis, incenſis domibus,exinanitis opibus,nec negare poſſe,rebellem vrbem grauiſsimi delicti ream eſſe,quæ iniuſte,immeritoque defecerat à ſanctiſsimo Imperio, ſed in Veneta lenitate,& clementia Cretenſes omnem ſpem ſuam conieciſſe, aduolutoſque genibus orare, vt poſt tantas ęrumnas Ducalis benignitas vrbem,coniuges,liberos,fortunaſque ſuas,quæ paucę omnino iam ſupererant,ſeruet incolumes,Imperator,legatique in Cornarium conuerſi Rebellium perfidiam grauiſsime deteſtati ſunt,dignoſque omni ſupplicio Candacenſes,inſulanoſque eſſe dixerunt.Qui defectione ſua Venetos tam graui implicauerant bello.cæterum quando veniam implorantes voluntaria deditione vrbem reddidiſſent. paucorum ipſi ſupplicio contenti reliquis ex Veneta Benignitate veniam dabant:inde cum tota claſſe Michael pręfectus,& Luchinus Imperator ex altera parte cum exercitu ſub ſignis eodem tempore vrbem ingrediuntur. Prædę autem milites, nautæque auidi ciuitatem ingenti tumultu diripere auſi ſunt, conabanturque poſt habito vtriuſque Ducis Imperio id omnino exequi,parumque abfuit, quin in caſtris ſeditionis ingens flamma accenderetur. nec factioſorum deerant ſtimuli. Vermium,& Michaelem præfectos criminantium. Inter quos erat Ioannes vicecomes nobili Mediolani ortus genere,& Martinus Ariminenſis,ambo Bellicis artibus inſignes.Sed ſeditionum turbinibus furentes, & inquieti,cæterum Luchinus viſo motu cum fidis militibus in medium tumultuantis turbæ aduolans increpat ſeditioſos,periurijque eos arguit.Qui tantum motum in Remp.concirent.iubenſque propere eleuari vexillum Sancti Marci.conuocat ſub illud,qui fidem,iuſiurandum,& honorem militarem ſaluum eſſe velint,& cupiant promereri. Gratiam, & Beneuolentiam Venetorum.Hoc facto ſeditioſi in momento deſeruntur, tumultuq; compreſſo,Martinus Ariminenſis ſeditionis author multis vulneribus cōfoſſus cadit.Ioannes vero vicecomes captus Ducum, & Legatorum mandato ſecuri medio foro percutitur.inde ad placandam multitudinem duplex exercitui ſtipendium datum,motuſque is omnis militaris huiuſcemodi largitione compreſſus eſt:atque vt rebellionis quoque authores merito ſupplicio punirentur.Conquiſiti hi omnes,& in poteſtatem redacti capita li penna affecti ſunt:primuſque ex his.M.Gradonicus gubernator fuit.vir turbulentus,infenſique in Remp.animi,& M.Fradellus, & Gabriel Labu-

And. Cornariu verba.

Venetorũ reſpõſum.

Not. Caſtrenſem tumultũ.

Auth. ſeditionis.

Not. Rebelliũ ſupplicium.

dus.

dus. In quos vltimo ſupplicio medio Candacis foro cæſa ceruice animaduerſum eſt: receptoque per deditionem Rethimo Paulus Quirinus ibi pro rebellibus rector in poteſtatem redactus ſecuri & ipſe ſubijcitur, & Leonardus Gradonicus vocatus Calogiero, & alter eiuſdem nominis vocatus Baiardo nequiſsimi omnium qui è lyguſtica ora ex legatione remearant, ex inſula Gaidaroniſſa. Quo profugerant, abſtracti, perductique Candidã capite ibi detruncato necantur, & Ioannes, & Petrus Gradonico viri & ipſi factioſi errantes per loca Siuritorum apud quẽdam fontem à ruſticis interficiuntur: At. T. Venerius primarius rebellionis author, & qui Venetos magno proſequebatur odio, cum Theodorello fratre ſuo fuga elapſus in ſtimboli Caſtrum ad Ioannem Calergum ſe contulit. Franciſcus quoque Mutatius vocatus commari, Barth. Grimaldus, cum duobus filijs. T. Gradonicus, M. Sagredus, And. Mollinus, & Thomas Fradello, omnes proſcripti, & Reip. hoſtes iudicati, primo Rhodum, Inde Chium profugere. ne in manus Venetorum inciderent: habita hac tanta intra breue temporis ſpacium de rebelli Colonia Victoria, Duces, & Legati protinus triremem vnã expediũt, per quam litteris exaratis fœlices claſsis, exercitusque ſucceſſus, victos, fugatosque hoſtes, & receptam mira celeritate vrbem Candidam cum tota Inſula patribus nunciarũt. Triremisque Veneto littori appulſa, Lętum ſpectaculum ciuitati præbuit. nam tota frondibus ornata virẽtibus triremis erat, tubæque, & litui bellicum quid reſonabant. nautę quoque cọronati feſtum clamorem, plauſumque reddebant, nec non ſigna de puppi in contumeliam deuictæ gentis per mare trahebantur. Intonantibuſque horriſono boatu crebris Bombardarum ictibus portum triumphalis triremis ſubijt: magnoque populi concurſu litteræ in curiam ad Principem, & patres allatæ ſunt: quibus victoria de receptione clariſsimæ inſulæ nunciata ingentem patribus, totæque ciuitati lætitiam attulit: ſtatimque ſupplicationibus triduo habitis gratiæ Deo Optimo Maximo circa diuorũ templa actæ, quòd incolumi Rep. fęlix tranſmarino bello finis eſſet impoſitus, multisque deinde in cauſas pias ex erario erogatis largitionibus, ludi publici magnificentiſsimo apparatu celebrati ſunt: pro aurea enim Diui Marci æde nobiles adoleſcentes in adeptæ victoriæ memoriam aurigationes, & haſtarum certamina per aliquot dies ædidere: concurſusque ex vicinis populis ingens ad hoc ſpectaculum in Venetam Ciuitatem factus eſt: ſpectauitque Princeps cum toto Senatu ex eminẽtiori ſuggeſtu. Affuit & Cypri Rex, & ex Italia illuſtres aliquot viri, decertauitque haſta cum Luchini Vermij nato adoleſcente impigro Cyprius Rex equo, & armis inſignis: pari que concertatione vtrique conſpecti, collaudatique ſunt: ferunt autẽ penes Paſqualinum Minotum Venetum omne certaminis decus fuiſſe: auream que coronam trecentorum, ſexaginta aureorum nummum vnanimi ſpectantium fauore præmium tuliſſe: poſt hæc Senatus decreuit, vt cuncti de prole

Triremis Venetias miſſa.

Nota Haſtiludia.

de prole Gradonica,& Veneria proſcriberentur, & ad imminuendam colonorum poteſtatem ſancitum eſt,quòd conſilia in inſula,& camerarij ſeu datorum cum quibuſdam alijs Magiſtratibus abolerentur,atque his mature peractis,paccataque iam inſula,& ad Imperium,obſequiumque viribus, ac armis retracta,claſsis cum victore exercitu.Venetias eſt reducta, poſtmodũ fędere cum Cypri Rege icto noua claſsis inſtruitur:eaque in Aegyptum profecta Alexandriam in Regis gratiam expugnauit.Interim Celſus princeps Anno ſui Ducatus circiter quarto vita exceſsit: in cœleſtinaque æde honorifico conditur ſepulchro: cui. M. Cornelius vir authoritate, & ingenio clarus,ac ætatis annorum octuaginta ſurrogatus eſt,vnuſque illi in auferenda Principatus dignitate Ioannes Darpinus apud electores plurimum aduerſatus fuerat.ſenectutem,paupertatem, vxoriſque ignobilitatẽ quæ ex populari ordine eſſet,homini obijciens.At Cornelius aduocata cõcione ita de ætate ſua,de cenſus tenuitate,de Matrimonij iure magno,elatoque animo diſſeruit,vt omnibus pene ſuffragijs Dux declaratus ſit, paucis autem menſibus interiectis noua Cretenſium defectio repentino ciuiũ furore emerſit.Nam Ioannes,Alexius,& Georgius Calergi fratres Veneto nomini infeſti tantiſper quieuere,donec terreſtres,maritimæque copiæ ex Creta abductæ eſſent:ijs autem ex inſula in Italiam translatis,tum illi maiorum ſuorum veſtigia minime ſecuti, qui Venetæ Reip. fidiſsimi fuere. Res nouas moliri cœperunt,nec prius ſtatum inſulæ recenti bello vix reſpirantem turbare deſtitere.quam aperta vi eorũ impulſu in Venetos arma ſumpta ſint:defectioniſque huius ſocij extemplo multi alij prodeũtes Calergis ſeſe adiunxere. In quibus fuerunt.Titus,& Theodorellus Venerij fratres, Franciſcus,& Antonius Gradonici,Ioannes Mollinus, & M. Auonalus,qui captata occaſione vbi Venetorum præſidia haud ſatis valida in inſula videre. aſportatis in Italiam(vt dictum eſt)firmioribus copijs, nonnulla caſalia militibus,armiſque muniunt. Ad quæ tutos ſcelerum ſuorũ haberent acceſſus,& confugia:his ſecutis Ioannes Calergi Græcanici Imperij ſignis arreptis cum ingenti turba prædicans ſe pro libertate gręcorum arma ſumpſiſſe.inuadit Caſale vocatum Argiomiri,ibique Andream Panthaleonem præfectum Caſtri cum tribus alijs feudatis in vincula conijcit, eodemque die aggreditur Caſtrum Maluicini; interfectoque Nicolao Dãdulo arcis cuſtode,& præda ingenti acta in ſuburbijs multas ædes incendit. Caſtro autem ſtrennue defenſo. Nic. Iuſtinianus Legatus, & Dominicus Mollinus conſiliarius ad Calergi conatus inhibendos celeriter cum valida equitum,peditumque manu ex vrbe profecti aliquot loca Inſulanis Rebellibus adempta ferro,ignique deuaſtat. Rebelleſque par pari referentes in vicos caſtri noui hoſtiliter irruerunt,comburuntque domos feudatorum, & interficiunt Iudæos,atque in agrum Rethymnenſem profecti ingentẽ vaſtitatem ędidere:interim Dux,& Legati ex Lycia,Charia,ac ex tota Ionia,

M. Cornelius.Dux. 1365.

Ioã. Calergi.

nia,equitum ingentem manum ſtipendio accerſſunt: peditatum quoque ſub ſignis cogunt: varijq́ue vtriusq́ue partis in inſula hyeme illa motus fuere,ac nunquam ab Armis ceſſatum,reparãtibus inſita ferocitate vires ſuas nouo gentium delectu hoſtibus, alij poſtea Legati Iacobus Bragadenus, Paulus Lauredanus,Petrus Mocenicus,Laurẽtius Dãdulus, & Andreas Zenus in inſulam venerunt.Qui nouo ſupplemento militum ex Thracia copijs veteribus auctis in hoſtes feruntur.In quos ſępe proſpere pugnatũ eſt. Sub Andreę Zeni Legati Auſpicijs,alio poſtea pręlio dum is increpita com militonum ignauia ante alios comminus obuios ferit,lapſo in anguſtis, ac tortuoſis locis equo ab hoſte interficitur,eo cadẽte ſui ſtatim fuga arrepta ceſſere.Alij ſuperuenerũt poſtea ex Italia quam plurimi pedites tribus onerarijs aduecti,vt maiori vi hoſtes adorti omnino delerentur.Multa itaque diuerſis Inſulæ locis à Legatis in Rebelles geſta. Sed omnino parum memoria digna.Quãdo cum fugaciſsimo hoſte rem Venetus gereret, populationibusq́ue,& incendijs duntaxat vtrinque diu bellatum,quo factum eſt, vt deuaſtatis,direptisq́ue frugibus,ingens frumenti,rerumq́ue omniũ pennuria ſequuta fuerit.Sed in tanta Annonæ caritate longe magis ab inſulanis,quam à Venetis fame laboratum:nam aperto mari non deerant Veneto commeatus,ac rei frumentariæ affluens copia.Fame itaque adacti Laſythani Ioanne Siurino authore.deditionẽ faciunt.alij quoque Rebelles in fidem redeuntes oppida antea occupata reſtituunt, & ad aucupandam Venetorum Gratiam tradunt in Ducis, & legatorum poteſtatem colonorũ omnium peſsimos Franciſcum,& Antonium Gradonico fratres, Theodorellum Venerium,M.Auonalum,nonnulloſq́ue alios rebeles. Qui implacabili odio Venetum ſemper nomen inſectati fuerant: de his continuo publice ſumptum eſt ſupplicium.Laſythanorum autem hæc defectio ita rebellium fregit animos,vt quicquid inſulæ a Strõbolo monte ad orientem ſpectat,breui in Venetorum fidem redierit, cæteraq́ue omnia tunc facile ad priſtinum obſequium retracta eſſent.niſi Calergi fratres,& T.Venerius viri turbulentiſsimi qui adhuc in rebellium partibus erant,& eorum furori fauebant impedimento fuiſſent,cæterum Iuſtinianus curſum victoriæ ſequens cum quadringẽtis ęquitibus,peditibusq́ue, viris ſtrennuis profectus in Siuritos expugnauit eorum munitiones, & propugnacula, Caſtellaq́ue diſiccit,quæ illis in Arcis ſpeciem alta macerie ſepſerant,nec minus fęliciter ad Milopotamum ſub Cræſi Mollini Auſpicijs qui And.Zeno cadente in illius locum ſurrogatus in Inſulam nuper venerat, bellatum eſt. nam is Lepternium in deditionem recepit.Captiuoſq́ue Alexium Calergi,& Zanachium Mollinum viros perfidos,& ſceleſtos Candacem miſit ad ſupplicium.poſtremo fractis rebellium opibus.Iuſtinianus,& Triuiſanus Legati vt finem bello tandem imponerent,coniunctis copijs ad Anopolim oppidum caſtra metati ſunt:erat autem locus & militum præſidio, & natura, ſituq́ue

Noui legati.

Laſythanorũ deditio.

Anopolis ſitus.

ſituque munitiſsimus, arduaque aſperitate pene inacceſsibilis. Vnaque tantum via facilem expugnationem oſtendebat. Si collem oppido imminentem Venetus occupaſſet; Quod quum non multopoſt impigre factum eſſet, paucis diebus Veneti oppido potiti ſunt: Nec procul inde Ioannes, & Georgius Calergi, & T. Venerius latitantes in ſpelunca (quò delapſi fuga peruenerant) à ruſticis Veneto produntur, & in poteſtatem Legatorum veniunt: Ferunt Georgio è ſpeluncæ rimula in hoſtem proximum ſagittam dirigente Ioannem fratrem, qui cum eo erat. Arcum illius abreptum fregiſſe. Ad eumque ille conuerſus, ſtultum eſt, inquit, frater eum irritare. In cuius poteſtate paulopoſt ambo futuri ſumus, & illud non in vrbanum, Quod in T. Venerium vnum ex Principibus defectionis captum à Gregario milite reſponſum fertur. Tradunt illum quum Candacem ad ſupplicium miles traheret: Petijſſe ſibi vulnus, quod ſecundum aurem acceperat, obligari, & medellam adhiberi. Tum non infacete militem; qui illi hærebat: Dixiſſe: ipſius vulnus neque medico indigere, neque medicina, apparuitque manifeſtè ab eo Alluſum ad ſontis hominis ſupplicium: id quod paulopoſt euenit: Nam ambo ipſi T. Venerius, & Ioannes Calergi Cādidam perducti ſecuri ſtatim ſubijciuntur. Et in Georgium quoque fratrem Caneæ capitali ſupplicio à Nicolao Triuiſano Legato animaduerſum eſt. Sublatiſque vndique rebellionis authoribus. Pax Cretenſibus redditur. Patres vero paccata inſula quinque alios Legatos ad recognoſcendum eius ſtatum, reſque componendas in Cretam ſubito cum duabus triremibus expediunt. Ioannem Dandulum, Paulum Lauredanum, Petrum Mocenicum, Ioannem Foſcarenum, & Thadeum Iuſtinianum, Hi alijs legibus antiquatis, alijs noua conſtitutione ſancitis, locorum etiam munitorum quibuſdam euerſis, nonnullis inſtauratis, immutatiſque Anopolim, quod oppidum receptaculum omni rebellionis tempore inſulanis, ac Reip. hoſtibus fuerat. iuſsis Colonis aliò migrare. euerſum, deſolatumq; reddidere: Propoſito edicto, vt capitale eſſet, quicunq; eò incolendi cauſa redijſſet. Cautum etiam, vt Laſythis nemo habitaret, ad extirpandas ſedes, latebraſq; facinoroſorum hominum, poſtremo rebellium multis qui ſparſim inſulam incolebāt. partim capitali ſupplicio affectis, partim exilio dānatis, nonnullis etiam, qui ad ſanitatem redierant. pręmio, & honoribus cultis, antiquum ocium ſalubri, admodum conſilio inſulæ reſtituere. Ita vt poſt hac nulla ſeditio, nulla nouitas, nullus tumultus, rem Cretenſem vnquàm agitarit: fęliciſsimeque inſula ad hęc vſq; tempora nullo motu ſe quuto ſub Ducali floret potētia. Legati autē Venetias reuerſi vt patribus inſulę ſtatū notū redderēt. Vocato Senatu, Paulus Lauredanus legatorū vnus, vir eloquētia inſignis permittētibus Collegis, tali oratione vſus eſt. Deorū benignitate Princeps optime, & patres ampliſsimi tādē factū eſt, vt grauiſsimo bello fine impoſito cū illuſtri veſtra laude poſeſsionē nobiliſsimę

Rebelles in poteſtatem redacti.

No. dicta.

Alii legati.

Lauredani oratio.

Inſulæ à vobis retentam hodie omnes gentes audiant.In qua tuenda & ſuperioribus annis, & præſenti tempore maximas opes effudimus, infinitos labores pertulimus,pericula,Aerumnas, clades terra, marique ſubiuimus. hæc tamen bellorum incômoda in tantæ victoriç fructum conuerſa ſummæ nobis iucunditati eſſe debent.nam rebellis inſula veſtris in perpetuum armis edomita in tranquillo nunc ſtatu hanc Rempubli. collocabit,externorumque Principum,qui Veneto nomini infeſti ſunt; inſultus furoreſq; comprimentur,optabant hi,ſummiſque expetebant votis. vt res veſtræ in Græcia depreſſæ, exterminatæque reuerent: auulſamque ab Imperio non ſolum Cretam,ſed quicquid terrarum in Aegeo,Ionio,Pamphilioq; mari vobis paret,bello amitteretis.Sed aliter res euenit.Dijs enim bene iuuantibus hoſtem rebellantem, & fedifragum terra, marique deuicimus:Firmataque vallido inſula præſidio,rebus veſtris incrementum, gloriaq; adiecta eſt,tantęque veſtræ fęlicitati profecto gratulandum, quum bellum ingens, atroxq; ex dignitate publica confeciſtis,hoſtis enim erat acerrimus, inimiciſsimoq; in nos animo, Qui non contentus proprijs viribus res veſtras op pugnare.exteros quoq; potentatus Genuenſem,Cathelanum, Conſtantinopolitanũ nõ deſinebat in vos aſsiduis ſtimulis irritare:quorũ apertos,oc cultoſque conatus non repreſiſtis ſolum,ſed (vt euentus docuit) fregiſtis etiam:neque id tamen ſine maximis laboribus,periculis,& expenſis fieri po
Not. labo rum. tuit:Nam Patrum,& noſtra memoria per centum, & amplius annos trãſmiſsis in Inſulam claſsibus, & exercitibus, ſub diuerſis Ducibus, & Legatis in domando Græcorum faſtu plurimum elaboratum eſt.In initioq; rebellionum, plerique inſignes pace, belloque viri in Cretam à vobis miſsi, Remp. egregie adminiſtrarunt: His deinde alijs ſuffectis poſt vtrinque illatas, acceptaſque clades ſub eorum auſpicijs clariſsima tandem victoria parta eſt.cuius non ſolum vos Patres ampliſsimi,ſed etiam populi,qui veſtro parent Imperio,fructum nunc ſuauiſsime ſentiunt. Atq; vt omnia ex Reip. dignitate fierent,paccata inſula nouiſsime nos eò cum poteſtate magna,& Imperio ad ſtatum Inſulæ recognoſcendum miſiſtis,Iuimus,ac pro noſtra in patriam charitate,& fide, nihil prętermiſimus, quod ad Inſulanorum quietem,& pacem opportunum fore iudicauimus.ex Anopoli, Laſytiſq;,Colonis abductis,vtraq; oppida iuſſu noſtro deſolata sũt:ne factioſis,& rerũ nouarũ cupidis amplius receptacula,latebrarumq; preberent confugia.Infidi, rebelleſq; aliquot iuxta eorũ crimina partim capite pœnas luerunt, partim exilio dãnati, bene de Rep. meriti præmijs, & honoribus decorati ſunt,omniaq; à nobis diligẽtiſsimo prouiſa ſtudio inſulã in pacifico ſtatu collocarunt,reliquum eſt, vt meo,collegarũq; nomine Princeps optime,& patres ampliſsimi vos orẽ,& obteſter, vt ſiquid in hoc publico Legationis munere aberratum ſit. In bonã partẽ pro veſtra benignitate accipiatis. Nos profecto omni ſtudio conati ſumus, ea prouido conſilio agere,

quæ

quæ in tantis fortunæ fluctibus Reip. ſalutaria eſſent, magniſq́; noſtris laboribus, curiſque animi inſula ad tranquillitatẽ redacta lętam terra,mariq́; pacem parauimus;quæ vt perpetua ſit,Deus Optimus Maximus ſua pietate aſſẽtiat:His à Lauredano dictis Princeps è ſuggeſtu collaudatis Legatis. qui rei Cretenſi prudentiſsime conſuluiſſent. Amplexatos ſingulos,comiterq́; appellatos dimiſit: Nec multo poſt tempore quũ Cornelius Princeps annos duos,ac menſes octo Remp. adminiſtraſſet:Humanæ neceſsitati cõceſsit:Et in Gemellorum æde poſt ſolẽnẽ exequiarum põpam ad Arã maximam ſitus fuit: In demortui autẽ Cornelij locũ And. Cõtarenũ Patres legere : Qui in libera ciuitate priuata vita cõtentus,delatã dignitatẽ diu recuſauit: Credo etiam,ꝙ quadam animi diuinatione futura Reip. mala,infortuniaq́; augurabatur;quæ illi à Barbaro quopiã aruſpice, ſiue præſtigiatore in longinquas oras negociãdi cauſa olim profecto denunciata fuerãt. nã is prędixerat, vt ſuę ciuitatis Princeps ille futurus eſſet,multaq́; aduerſa ſubiret:Conceſſeratq́; ob id ipſum Contarenus ad fundũ; quẽ in Patauino agro mercatus habebat,tãdiu ibi morã acturus,quoad nouus Princeps crea retur : Sed ciuitas nemini alteri principatũ demãdare ſtatuerat.Miſitq́; Senatus ad eũ officij gratia ſexdecim hos patritios Laurẽtiũ Dãdulum, Lucã Carauellũ,Iac.Legiũ,Ioã.Triuiſanũ,Triadanũ Grittum,Iac.Zenũ,Vict.Piſonẽ,Al.Lauredanũ,Ioan.Natalẽ,Iac.Pollanum,Ioã.Ciuranũ,Nic.Contarenum,Nic.Falerium,M.Capellum,And.Baſilium,&Ni.Delphinũ,quorũ precibus,ac ſuaſionibus inuitus, coactuſq́; ipſe ad dignitatem capeſcẽdã in vrbem redijt:Multa autem(vt pręnunciatum extitit)hoc Principe aduerſa euenere: Delataq́; prope hoſtiũ armis Veneta extinguitur libertas:Tergeſtinorum defectio primũ ſecuta eſt,obtruncato enim ab his triremis vnius pręfecto,quę in Hiſtria ad cuſtodiã Vectigaliũ cõſtituta erat, Venetiſq́; ſignis publice diſtractis,& ad imũ deiectis, rebellis populus apertè ab Imperio defecit.in quẽ ſtatĩ bello indicto maritimę,terreſtreſq́; copiæ cõtrahuntur.ſub duobus Legatis Dominico Michaele, & Cręſo Mollino,quorũ ille claſsi pręficitur.hic terreſtri exercitui,vrbſq́; his viribus terra,mariq́; oppugnata,ſtrẽnue tamẽ ab oppidanis, camiſq́;,qui ibi in prę ſidio erãt,defenſa eſt:Dimicatũq́; ſępius vtrobiq́, ab obſeſsis,& obſidẽtibus, vario euentu, mox maiori conatu Veneti bello incũbentes nouos milites in ſupplemẽtũ in caſtra miſerunt.Legati quoq; alij creati.Paulus Lauredanus,& Thadeus Iuſtinianus, viri impigri, quorum aduentu compreſſus eſt hoſtium impetus.qui antea crebris eruptionibus Venetos circa mœnia fatigabant: Illi autẽ cernentes vrbis periculum,ad Auſtriæ Ducis opes confugerunt, iſq́; cum decem millibus equitũ,ac florẽti peditatu:Tergeſtinis ſuppetias laturus in Italiã deſcẽdit.Vrbiq́; appopinquans Vẽneta cõtinuo caſtra aggreditur.tãto impetu,vt momẽto tẽporis vallum ferociter occupauit,in fugãq́;Veneti verſi pene erãt,inſignẽq́;omnino cladẽ à Barbaris accepiſſent,niſi audito

And. Cõtarenus. D. lx. 1368.

Nota delectos patricios ad P.

Legati i castra.

clamore ſocij nauales Thadeo Iuſtiniano Duce adhortante ſuis Laboran tibus opem continuo tuliſſent. Sub eorũ aduentum hoſtis ferocitas aliquã tum remiſſa eſt, creſcenteque certamine Barbarum Venetus fœda illata clade profligauit: vna aduerſa pugna Auſtrius fractus quũ cerneret circa Tergeſtum ſedendo inanem operam ſocijs præſtare. Veneto ferociter vbique occurrente, inuitus inde copiarum reliquias in Germaniã abduxit: eius diſceſſu Tergeſtini territi venia implorata Imperium recepere: victorq; Venetus valido præſidio vrbe firmata è prouincia diſceſsit. Nouum deinde Bellum cum Franciſco Carrario Patauij Principe ortum eſt. Iniuriaque ab eo profecta multorum malorum originem in Italia præbuit. nam is circa Paludes, ac ſtagna ſoli aliquid ſemper adimẽs Veneto nomini nouas quotidie offenſas addebat, tentataq; eſt per finitimos Principes inter vtrãque partem reconciliatio. Quum Patres multis iniurijs adacti ad arma reſpicerent, prius tamen quàm in apertum bellum itum, duorum menſium pactis inducijs, dederunt Veneti quinque viros, ac totidem Carrarius, qui ad locũ proficiſcentes de finibus coram agerent. Atque ex Venetis hi fuiſſe dicuntur. Iac. Maurus, Laurentius Dandulus, Thadeus Iuſtinianus, Iac. Priolus, & Panthaleo Barbus, ex Patauinis Aloyſius forzate, Argentinus de Agreſendis, Iac. Caffa, Ioãnes de Horologio, & Frecellinus Caodeuacha, ſed re per maximas Legatorũ altercationes iactata nil confici potuit: Patauinus autẽ acerrimus Venetorum hoſtis atrox facinus machinatus eſt. nam quoſdam ſiccarios homines ſceleſtos ſubornauit. Qui Venetias occulte irent, ac captata occaſione aliquot ex Senatorio ordine viros obtrũcarẽt. Puteos quoque ad perdendam ciuitatem Veneno infici curauit. re autem ad patres delata diligens cura adhibita eſt, vt facinoroſi homines tota vrbe perquiſiti in poteſtatem redigerentur. Ex his multi apud Plæbeiam fœminam cognomento Gobbam comprehenſi ſunt. In quis fuere Gratarius quidã nomine ex Meſtra oppido, & Nicolaus Tignoſius, qui continuo patrũ iuſſu per vrbem equis diſtracti, ac in quattuor partes ad Geminas columnas diſſecti meritas infandi criminis pœnas luerũt. Ille vero qui percuſſorum oculis Senatores cædendos ſubiecturus fuerat. Laqueo necatus, & ne in occultas tyranni inſidias patrum aliqui inciderent. Qui ſe carrario inuiſos ſciebãt, armatos iuxta ſe fideles viros habebant, à quibus ex domo in curiam tuto comitati deducerentur, alius quoque terror ciuitatem inceſsit. ac noua indicia oborta, eſſe ex Senatorio ordine quoſdam, qui patrum conſilia, & decreta clam Carrario ſignificarent. Hi ſtatim Senatu, publicisque muneribus ſummoti in exilium acti ſunt: quidam etiam perpetuo carcere damnati: Sed Veneti quum Bellum iam prope inſtaret, copias contrahunt. Eisque Raynerium vaſcum ex Hetruria accitum Bellica diſciplina virum ea tempeſtate inſignem præficiunt, mittunturque cũ eo in caſtra duo Legati And. Zenus, & Thadeus Iuſtinianus, ex Meſtra autem Raynerius cũ copijs profectus

Tergeſtini in fidẽ redeũt.

Bellũ cum Carrario.

Nota Carrarꝫ facinus.

Att. Rei iniquitatẽ

Raynerius Vaſcus.

fectus Medoacum amnē iniecto ponte ſuperauit.Patauinoſque fines ingreſſus tumultu,& terrore omnia impleuit.Inde ad Aponi Balnea Caſtra poſita.Furibundumque agmen tota regione quicquid illi dextra, leuaque adiacet,vſque ad Pauauij mœnia depopulatur.Inde ad Brentulam cum copijs ventum,deficienteque ibi commeatu,oritur inter Raynerium,& Legatos diſcordia.Ille autem ſubiratus fugienti ſimilis in Meſtrinum ſe agrum recepit.Imperioque ſe tum abdicaſſe fertur.Deum, homineſque teſtatus. Legatorum pertinacia bene gerendę rei occaſionem ſibi è manibus extorqueri.Veneruntque in ſuſpicionem Legati haud ſatis ſincerę in Remp. fidei.Hi tamen re fęliciter geſta oppida aliquot ex hoſte occuparunt, ratus autem Carrarius ſine externa ope Veneta Arma diutius haud ſe laturum. Ludouici Pannoniæ Regis(in cuius fide erat)opem implorare cœpit, is vero ſocij,fęderatique Principis periculo motus terra,marique Bellum in Venetos moliebatur.Patres & ipſi præter terreſtres copias validam ad retinēdum aduerſus Pannonas,& Dalmatas Maris Imperium claſſem decernūt. cui Michaelem Delphinum Ducem declaratum præfecere, cum duobus Legatis Petro Iuſtiniano,& Petro Cornelio,qui communi conſilio maritimum bellum adminiſtrarēt:claſsis igitur in altum educta.Littora, & Maria toto Belli tempore tutiſsima reddidit:interim Barbarorum vis ingēs ex Pannonia ſubito in Taruiſinos fines irrupit Atque omnia incendio, cęde, & rapinis deuaſtans maximum vicinis populis incuſſit terrorem. Fugaque paſsim agreſtium fieri cœpta.Barbaricuſque cuncta proterebat furor, ſed ad euertendos hoſtium conatus Thadeus Iuſtinianus Legatus cum ſelecta equitum,peditumque manu intrepide eis ad Anaxum fluuium occurrit, prælioque ſtatim circa Amnis Ripam commiſſo primo congreſſu Pannō fuſus eſt.Tum eum cædentem victor Venetus alacri clamore inſequitur, multoſque cædit.poſtea nouo hoſtium equitatu mira celeritate accurrente prælium redintegratur.ac atrocius,quàm antea vtrinque eſt dimicatum. Hinc Veneto,illinc Pannone ad Victoriam anhelantibus,tādem poſt longum certamen Barbarus ſuperior fuit. Venetoſque magna clade deuicit. Plures enim cęſi in acie occubuere, & Iuſtinianus Legatus,atq; vna Gerardus Caminenſis magni nominis ductor capti ſunt: fuſique exercitus reliquię confeſtim abductę Taruiſium metu hoſtium conceſſere. Panonque in carnorum fines abijt:mox per Bellunenſes,ac Feltrinos ducens ad Baſſanum oppidum citato agmine conſedit,præmiſſaque leui armatura. Venetum ad pugnam laceſſebat. Sed quum is intra caſtra ſe teneret,ſublatis ſignis Barbarus inde receſsit.Veneti interim ad Lupam Patauini agri locū leuioribus nauigijs Michaele Delphino præfecto accedente.Qui è maritima expeditione domum redierat,præſidium erexerāt,vt ex propinquo hoſtem fatigarent.Copiarum quoque Imperium Alberto Corrigienſi viro militari diſciplina in Italia claro à Patribus datum.Treſque ei in Belli adminiſtratione

Mich.Delphinus.

Veneti victi.

Al.Corrigienſis.

miniſtratione Legati additi Leonardus,& Andreas Dandulo,& Petrus Fōtana,viri pace,Belloque inſignes,ac per eos dies in ſtagnis aduerſus Pataui-num res parum proſpere geſta eſt.quum enim locus ad rem gerendam opportuniſsimus à Venetis vallo,foſſaq; muniretur, ex improuiſo Carrarius cum valida militum manu eos operi intentos adortus fudit, ac fugauit, ceciderunt que ipſo primo hoſtium incurſu aliquot patritij ſanguinis viri, & ſagittarij complures,ad Nauesque reliqui pręcipiti fuga compulſi ſunt, diſſipataque hoc loco tota Acies inde ceſsit. At circa caſtra fęliciter poſtea à Venetis dimicatum:nam Stephanus Tranſyluanus Pannonici equitatus ductor vt præclarum aliquod pugnando facinus ederet.Structa acie in pręlium proceſsit.Venetumque in caſtra ferociter illatus vrgebat. In prouocantem autem Barbarum Legatis adhortantibus Albertus Imperator copias intrepide eduxit.iniectoque ſtatim certamine arma magno fragore hinc,inde miſcentur,ac primo in mediam Venetorum aciem cum fortiſſimorum equitum Ala.Tranſyluanus incurrit.Tum animaduerſo periculo,priuſquam hoſtium vires inualeſcerent. Corregianus continuo edicit, vt deſilientes ab equis catafracti pedeſtre prælium capeſſerēt.Ipſeque ante alios fulgentibus armis tectus obeundo aciem hortatur,iubetque ſuos fortiter pugnare.Legati quoque ſtimulos pugnantibus addunt,tātaque ſtrenuitate concitatus miles Venetus in Pannonas dimicauit,vt his ſtatim fuſis,fugatisque præclaram eo die victoriam ſit adeptus.nam præter multos ex Barbaris in acie cæſos.Tranſyluanus Imperator hoſtium, Bonifaciusq; & Antonius Lupij Patauini,ac plerique alij Italici nominis viri illuſtres capiuntur.Signa quoque militaria Pannonica, & Carrarienſia in acie diſiecta in Venetorum poteſtatem venere.Ad hæc Baliſtæ, Scorpiones, Arcus, Tentoria,Phaleratique equi innumeri intercepti:qua clade audita Ludouicus Rex ad Carrarium,qui bellum iam ferox reparabat,ſcripſiſſe dicitur: vt pacem à Veneto quibus poſſet conditionibus habere curaret, non eſſe cur à ſe è Pannonia,Regnoque ſuo amplius auxilia vlla ſperaret.Hac denūciatione tyrannus permotus.Quum etiam Marſilius frater,ac ciues omnes eum occulto odio proſequerentur.Pacem inuitus petijt, quā his conditionibus per Legatos impetrauit,vt Veneti quinque viros crearent, qui fines (de quibus controuerſia vertebatur) ſuo arbitrio adiudicarent,quod Carrarius in præſentia Veneto nomini quadraginta quattuor aureorum nummum millia perſolueret.inde ad quindecim ſubſequentes Annos. Quattuordecim millia quotannis, tribus millibus paſſuum ab oſtijs fluuiorū nō ædificaret,turris Curania cum finibus Venetorum eſſet, Caſtrumnouum, & munitiones omnes haud procul à ſtagnis erectæ diruerentur. Captiuos hinc,inde vtraque pars redderet,ac quotannis ad Aram Diui Marci trecētos nummos aureos tributi nomine Carrarius oblatum mitteret: ad hanc pacem his conditionibus ſanciendam Nouellus Franciſci filius Venetias acceſsit,

Steph. trāſyluanus.

Venetorū victoria.

Pax cum Carrario & eius cōditiones.

acceſsit,atque in Diui Marci ædem primum,inde ad Principis, ac patrum conſpectum in curiam ductus.Suo,aç genitoris nomine per ſacras Aras. quibus in templo fuerat admotus,iurauit.Se quęcũque pacta eſſent,inuiolabiliter ſeruaturum. His in hunc modum firmatis. poſt triennium Au-

Auſtrium bellum.

ſtrium ſecutum eſt Bellum,nam Liopoldus Patauino(vt creditur) inſtigantẽ.Venetis arma inferẽs.Taruiſinum agrum cum quattuor millibus ęquitum. tumultuoſe inuaſit,vlteriusq́ue progreſſus,ac armis ſibi viam faciens, non ſine maximo oppidanorum terrore ad vrbem conſedit.Patres repentino hoſtium incurſu ad vim repellendam conuerſi copias tumultuario delectu contrahunt.Eſtenſiumq́ue iũctis Armis in hoſtes eſt itum. Barbarus ad aduentantis Veneti exercitus famam territus ſublatis repente ſignis in carnos abijt,populatusq́ue ſociorum agros magno rem Venetam affecit incommodo.Quare Senatus Decreto Germani negociatores qui in vrbe de more mercaturam exercebant,repente comprehenſi eorum rebus in publicum redactis. in vincula conijciuntur, euocaturq́ue Iacobus Caballus

Iac. Caballus.

Veronenſis vir militaris diſciplinæ peritiſsimus.cui Patres totius exercitus Imperium demandarunt:is vbi Taruiſium venit: inſtructo agmine vrbe egreditur, atque in hoſtium fines delatus ad Vnigum caſtra admouit. ibiq́ue acri prælio cum Barbaris congreſſus eſt:quibus fuſis,ac fugatis ad victorias Pylas in Feltrenſi agro locum proceſsit. ibi autẽ iacet anguſta admodum vallis,per quam Anaxus fluuius pręcipiti, violentoq́ue labitur curſu,aç dextera parte qua ille impetuoſus,furensq́ue defluit, ita Montana ad Feltrum perſtringit, vt peruium ſoli ſpacium,& quaſi vadum quoddam relinquat.Diſrupto igitur montis latere ad Ripam vſque Plauis fluminis vetuſtiſsimus murus Anguſtas locorum claudit aſperitates. Hinc quoque deiecto,fugatoq́ue hoſte ad Victorium oppidum Venetus quadrato agmine peruenit.Quod Bellicis machinis, operibusq́ue ſtatim adortus paruo momento expugnauit,atque hic valido militum præſidio relicto Feltrum poſtea açri oppugnatione tentatum,fędaq́ue circa vrbem populatio facta eſt.Sed audito Feltrenſium periculo Liopoldus ne ſociorum res aliquod detrimentum paterentur,cum ingentibus copijs ad eos obſidione leuãdos accurrit,Venetusq́ue Barbaros non expectandos ratus demolitis, incẽſisq́; proximis vrbi tectis,populatisq́ue circum agris,in Taruiſinos fines ſe recepit,præreptamq́ue ſibi pugnandi occaſionem Liopoldus ægre ferens inſequi Venetos cum armatis legionibus properabat.Sed nouum oblata Fortuna conſilium præuertit,cohortem enim medio itinere aggreſſus quã caballus ad Baldinæ turris præſidium miſerat,incautam fere omnem trucidauit,multi quoque viui capti, ſæuientibusq́ue vtrinque armis Ludouici Pannoniæ regis interuentu.cum Auſtrio Duce,& Veneto Senatu induciæ

Pax cum Liopoldo.

in Biennium pactæ ſunt:Mox,& pax firmata.Leonardi Danduli, & Petri Cornelij legatorum opera:Aſciuitq́ue hoc tẽpore Vrbanus Sextus Pont.

Max.

Max. Supremo Cardinalium ordini Ioannem Amadeum Ciuem Venetũ doctrina, & Sanctimonia virum inſignem: Nec ita multo poſt Ludouicus Pannoniæ Rex, Aquileienſis Antiſtes, Carrarius Princeps, & Genuenſes, fędus in Venetos percuſſerunt: ac terra, marique communes vires inter ſe iungentes grauiſsimum bellum in Remp. ad eius ſtatum euertendum parabant: Huius autem belli origo hinc emanauit, quòd Veneti Tenedum inſulam Caloioanne Greciæ Imperatore permittente occuparant. At Andronicus filius non ſolum Venetos, ſed patrem quoque Caloioannem odio habens, eum Genuẽſium fretus opibus deturbare Imperio nitebatur: quod ſenex veritus fertur florentibus Græciæ rebus ſub Sacramenti vinculo Tenedenſibus mãdaſſe, vt ſi (quod nollet) Imperij faſtigio ipſe (vt ſunt res humanæ inſtabiles, & fallaces) quandoque eiectus eſſet. nulli gentium, pręterquam Venetis inſulam traderent. venerat igitur per id tempus in Græciam M. Iuſtinianus Adriatici ſinus præfectus cum aliquot triremibus, ac Helleſponti parte remenſa Tenedo vt aduerſus Genuẽſes inſulam tueretur, applicuit: hic inſulanos periculi admonitos quod à Genuenſibus, & Andronico imminebat, in fidem recepit, atque ita Tenedus Caloioannis Imperatoris conſenſu Veneto acceſsit Imperio, præſidioque Arci impoſito. Donatus Tronus vir impiger inſulæ præficitur, & Iuſtinianus cum tota claſſe Venetias reuerſus eſt: At audita Tenedi alienatione Genuenſes indignati, quòd nobiliſsima inſula in Venetorum poteſtatem veniſſet. cum Andronico ſtatim ſocia arma iunxere. ad Tenedumque oppugnandum Lygur, Græcusque cum claſſe profecti oppidum ferociter aggrediuntur. Miſerat autem Veneti cum duabus triremibus Antonium Venerium ad inſulę pręſidium, ac Donati Troni loco Carolus Zenus vir bellicis artibus admodũ clarus ſurrogatus Tenedenſem rem adminiſtrabat. aderant & milites ex Italia miſsi. Hoſtes igitur cum tribus, & viginti triremibus, ac duabus onerarijs Tenedum inuadunt, resque armis vtrinque geri cępta eſt. Verum Zenus non ſolum à mœnibus Lygurem, Græcumque reiecit. Sed eruptione ſubito facta ingentem eorum cædem edidit. Quare abducta inde claſſe hoſtes trepide abierunt. Dum hæc in Græcia geruntur, Carrarius Princeps, & Aquileienſis Antiſtes vno tempore in Italia aduerſus Venetos Arma inferunt. In Taruiſinumque agrum eorum exercitus progreſsi omnia terrore, & vaſtitate complent, at Patres, quum Bellum terra, marique moliri in eos quattuor potentiſsimos Principes inito inter ſe fędere conſpicerent: & iã armis res gereretur, vt vim vi repellerent. cõfeſtim viginti triremium claſſem ſub Victoris Piſani Imperio eduxere: cui publica in Diui Marci æde ſigna Princeps dedit, hæc verba (quæ in Imperatorio vexillo tradendo enũciari ſolẽt) de more affatus. Elegit te Deus, vt dextera tua fines noſtros late circumtueri valeas, turbanteſque rerum noſtrarum ſecuram, & Iuſtitia partam quietem diuina virtute repellas, quapropter hoc formidatum hoſtibus

Not. fœdus in Venetos.

Tenedum Veneti occupant.

Ant. Venerius Car. Zenus.

Vict. Piſanus claſsis Imp.

ſtibus vexillum tibi creditum victor,ſoſpes,&incolumis patriæ redde fęliciter: Duo quoque legati creantur,Panthaleo Barbus,& Ludouicus Lauredanus, qui pari poteſtate cum Imperatore Piſano maritimum bellum ad miniſtrarent: Claſſe itaq; portu educta ad hoſtem Piſanus in Lyguſticam orã adnauigauit:Qua peruagata plurima Lyguri dãna intulit.nauibus,hominibusq; in captiuitatem abductis,excitiq; hoc Venetorũ motu Genuenſes decem triremes celeriter vrbe ſub LudouiciFeſcij Imperio emittunt:Piſanus autem apud Antium in maritima Latij ora ſtationẽ habebat: qui audito hoſtium aduentu claſſem ſubito ad pugnã inſtruxit. ſuiſq; corpora curare iuſsis in hoſtem vadit. Nec feſcius prælium detractauit. concurſumq; vtrinq; alto mari animis furore accenſis, ac medio conflictu ſubito tẽpeſtate coorta,cæco varioq; marte dimicatum:Nouẽq; tãtũ ex Veneta claſſe triremes,totidemq; ex Lygustica prælium inierunt. In quo poſt lõgum, & atrox certamẽ obſtrepentibus vẽto,pluuia,grãdine,Lygures victi profligãtur:Sexcẽtiq;ex his cęſi,ac octingẽti cũ Feſcio claſsis prefecto capti ſunt: Hac Piſanus potitus victoria in Euboeã venit.Inde inTyrrenũ delatus Lygustica littora populabũdus adijt.reuerſus poſteã in AdriaticũSenatus iuſſa ĩ Hiſtrię ora prẽſtolabat:Nec hoſtes interim in ocio fuere,qui Cypri Regẽ Venetorũ ſociũ bello aggreſsi Famaguſtã inſulę vrbẽ,& Emporiũ nobiliſſimũ ſubita vi occuparũt:iniuriæq; illatæ cauſa inde orta dicitur,ꝙ quũ Petrini Regis ſolẽni cõuiuio in coronationis die Venetus Bailus Genuẽſi prę latus fuiſſet ſtimulãte inuidia Lygur in Regẽ, ac Cyprios qui Venetis faue bãt,arma ſtatim induit. tenente itaq; Famaguſtã Lygure,accidit,vt Vicecomes Inſubrũ Princeps filiã adoleſcẽti Regi ĩ matrimoniũ locaret.& quũ eã ſtatuiſſet ĩ Cyprũ ad virũ trãſmittere.ã Venetis per legatos petijt, vt ſex triremes publice inſtruerentur.quibus puella in inſulã aduecta Regias nuptias celebraret.Ipſe vero ob id mille, & octingẽtos equites ad Genuenſiũ res infeſtãdas ſuo ſtipẽdio armare in tris proximos mẽſes pollicitus eſt.His pactis puella incolumis honorifico comitatu in Cyprũ venit.exceptaq;eſt ã Rege magnificẽtiſsimo apparatu adCerauniã inſulę oppidũ.Ac quũ recipiẽdę Famaguſtę ingẽs cupido Regis animũ inceſiſſet. Venetos ipſe ſummis precibus orauit,vt vellẽt ſocijs armis vrbẽ oppugnare habebãt aũt Veneti ſex lõgas naues.quibus puellã in Cyprũ vexerant, Rex alias quinq; his adiecerat.militesq; in his nõ pauci inerãt fortiſsimi,ad oppugnãdã igit vrbem Veneti,Cyprijque accenſi portum primo aggrediuntur.magnoq; impetu Lygure repulſo portũ occupant. vbi tribus hoſtium onerarijs nauibus captis.mœnia propius ſubeũt.admotiſq; pluribus locis ſcalis,remiges, ſocijque nauales per tela, per ſaxa, vnus poſt alium intrepide in ſummum euadũt:At Genuẽſes,Famaguſtaniq; impetu in ſubeũtes facto eos cũ multa cęde ã muris penẽ occupatis deturbãt.vnde pleriq; in præceps deiecti, deuolutiq; perierũt:Cæterũ creditũ eſt.Si Regij eo ardore, quo Veneti dimicaſſent,

Genuẽſiũ claſsis.

Hoſtium clades.

Not. belli cauſa.

Famaguſtæ oppugnatio.

ſent, vrbs facile recipi potuiſſet. re itaq; parũ fęliciter tẽtata Venetæ triremes ſex numero, quibus Ioannes Emylianus, Fr. Bocholus, Pet. Qurinus, Fr. Foſcolus, Ioan. Barbus, & Fr. Mocenicus præerãt. Inde profecti in Syriã curſum tenuerũt. multaſq; ea nauigatione clades Lyguri intulere. Ac poſt Ccthẽã Spinaregiã nomine quę pręcioſiſsima merce onuſta erat, captã in Adriaticũ ſinũ reuerſæ ſe ſę maiori claſsi circa Iaderã coniunxere: Itaq; cũ duo de triginta roſtratis nauibus ad Catharũ oppugnãdũ, quod olim Aſcriuium appellabatur. In intima Illyrici maris parte ſitum Piſanus Imperator tranſcendit: erat tum id oppidum in Ludouici Pannoniæ Regis poteſtate; Eiuſq; valido pręſidio firmatũ: tẽtatiq; primo oppidanorũ animi, qui ferociter minis, probriſq; additis, ſuperbũ reſpõſum dederunt: ira ob id accẽſus Piſanus admota claſſe, expoſitiſq; in terrã copijs vrbẽ ſtatim aggreditur, tãtaq; ſtrẽnuitate à Venetis dimicatũ, vt momẽto tẽporis vrbs occupat Arx quoq; in deditionẽ venit: prædaq; ingens parta militẽ, naualẽq; turmã ditauit: Catharo expugnato: eoq; valido militũ firmato pręſidio, Piſanus cũ quinq;, & viginti triremibus ex Illyrico in Calabriã trãſijt: ac circa Tarẽtũ nauigans Lyguſticã claſſem, quæ per eos dies Genua egreſſa in hæc maria venerat, offendit. vt eã autem ad certamen cõpelleret. Venetus ad Laciniũ promõtoriũ haud procul à Tarento cõſedit, & hoſtes prælium detractãtes ſe ſe in altũ proripuere: Inſtatq; continuo fugienti Piſanus pugnæ auidus, aſſimulãſq; Lygur nouo aſtu naualẽ cum Veneto cõgreſſum, claſſem diſponit, arma parat, ſigna erigit, quod Piſanus conſpicatus & ipſe curſum ſiſtit, ad pugnã ſe, ſuoſq; præparãs. Hoc tẽporis ſpacio, & mora facta, Genuenſes ſtatim velis, remiſque innixi fugam arripiunt, Venetumque inſequentem, triremium ſuarum agilitate nunc huc, nunc illuc volitantes eludunt: Abijt itaq; hoſtis per ocium. In Dalmatiãq; incolumis profectus ad Iaderã cõſedit. Piſanus quia nullus in ea terra locus Venetis patebat. ad Leuã in Appulum littus curſum tenuit, miſſæque ſunt ab vrbe in ſupplemẽtũ ad claſſem augendam quinque longæ naues, quæ tres Lyguſticas triremes diu ſecutæ, in Iaderæ vſque portum fugarunt. Inde Venetus omiſſo hoſte: Brunduſiũ conceſsit, ob Lyguſticæ claſsis metum quæ haud procul aberat. Piſanus autem cognito ſuorum periculo confeſtim cum tota claſſe in hoſtem mouit. Adiũctiſque illis quinque nauibus longis, triginta triremes præter alia minora nauigia ſub ſuo habuit Imperio. Quibus viribus fretus formidabilem toto mari claſſem ductabat. Genuẽſeſq; ob id Venetorum cõgreſſum euitãtes Tragurium ſe celeri curſu contulerunt, dum autem hæc mari gerũtur, circa continentẽ Carrarius Princeps Pannonum, Carnorũq; opibus cõparato ſupra ſexdecim armatorũ millia exercitu, Meſtrã oppidũ obſidione cingit. Veneti autẽ ad eius loci præſidium validam trecentorum militum manũ ſub Nicolao Gallianico Lucẽſi, & Hirco Piſano Ducibus, viris fortiſsimis mittentes oppidum munierunt. Bellicis tamen operibus Carrarius

Catharũ Piſanus expugnat.

Claſsis Veneta aucta

Meſtrinos

Meſtrinos adortus ad deditionem compellere tentauit, multaq; prælia circa vallum commiſſa. In Laurentianumque ſuburbium hoſtes irrumpentes maximum oppidanis terrorem incuſſere: poſt multos tandem conatus militum virtute, ac Franciſci Delphini oppidi præfecti ſtrennuitate non ſolum mœnia ſunt præſidio retenta. ſed hoſtis cum ignominia, & cæde eſt repulſus. Atque paucos poſt dies obſidionem inde motis repente caſtris ſoluere coactus: In mari vero Piſanus Imperator cum ſeptem, & triginta triremibus in Dalmatiam trangreſſus Siccum terreſtri, maritimaque oppugnatione inuadit: Sed primum tentati ſunt oppidanorum animi. quorum ſuperbo reſponſo permotus Piſanus armis Siccētes aggreditur, tātuſq; fuit ab initio naualium, terreſtriūq; militū in Imperatoris cōſpectu ardor, vt ſcalis pluribus locis mœnibus admotis, perfoſſoq; magno impetu muro oppidū momento temporis captū Veneti occuparint: ab irrupentibusq; cædes ciuium ingens facta eſt. in arceq; reliqui ſe recipientes victoribus ceſſerūt. quam tamen Piſanus conſulto oppugnare deſijt, ne Genuenſes, qui haud procul cum inſtructa claſſe aberant, improuiſam aliquam inferrent cladem. Itaq; munitiſsimi oppidi expugnatione contentus eo direpto, ac incenſo, Piſanus cū tota claſſe inde abijt. Prędaq; ingēs Siccenſiū ad naues relata turmas ditauit. Ad Tragurium poſtea itum. quod oppidum fruſtra Venetus tentauit: nā Dalmatarum, ac Genuēſium armis reiectus non mediocri clade affectus eſt: multi enim viri fortes ſub mœnibus pugnādo cecidere. & in his Lucas Valareſſus patritius nauali ſtudio clarus: Dimiſſo poſtea Tragurio cuius difficilis oppugnatio videbatur. Arbā inſulā Venetus adortus occupauit, vbi impoſito militū, ac ſagittariorū ſub Frāciſcini Cōtareni ductu firmo pręſidio, iterū Traguriū armis tētaturus adijt, verū irriti (vt antea) Venetorū fuere conatus, abſceſsitq; infecta re Piſanus cū tota claſſe, in Hiſtriāq; ſe cōtulit, vbi Senatus iuſſu hybernās inclemētia hyemis naualē penè omnē turmā amiſit, nā plurimis fame, ac frigore in horas decedentibus, ad eam remigū, turmarū q; infrequentiā vētum eſt. vt vix ex triginta, & amplius triremibus bis ſenæ legitime inſtrui potuerint: Sed ad prima veris ſigna, vndecim longe naues nouo apparatu eductæ in prouinciam ex vrbe ad Piſanū mittūtur: Interim duodecim Lyguſticę triremes in Adriaticū ſinum delatæ duas onerariās Venetorū naues Ancoritano portu Picētum perfidia intercepere. quarum vna ſubiecto igne in conſpectu vrbis a Lygure combuſta eſt. Veneta autem claſsis in Appuliam proceſſerat. Ac inter nauigandum quindecim Genuēſium triremes obuias alto habuit. Piſanus ad primum hoſtis conſpectum tormenta bellica, & miſſilia ſtatim per naues pugnādi cōſilio diſponi iubet. Idem hoſtes faciūt, atq; vbi ad iactū tali ventum eſt. procul bellicis machinis, catapultis, Baliſtis, varijſque miſsiliū generibus vtraq; claſsis ſe inceſſebat. Ceciditq; ea tumultuaria pugna Lyguſticæ claſsis præfectus: Nomen eius Veneti, exterique Annales nō habent,

Meſtra obſidione liberatur.

Siccum a Piſano captum.

Pugna tumultuaria

Piſanus quoque ſagitta ictus eſt. mox dirempto certamine. Lygur, Venetusque hic in Hiſtriam, ille Iaderam in Illyricum ſe recepit, atque eodem tempore Patres quinque longas naues optime inſtructas ſub Caroli Zeni auſpicijs ad Genuenſia littora infeſtanda in Inferum Mare emiſſerunt: multæque ab his clades in Lyguſtica illa ora hoſti illatæ ſunt: At Piſanus, qui Polæ cum triremibus vna, & viginti ſubſederat è portu exiens Genuenſium quattuordecim longas naues inſequebatur. Illi autem quū per eos dies decem aliæ è Genua in ſupplementum Veteris claſsis aducniſſent. Quarum aduentus Venetis ignotus fuerat, eas poſt promōtorium

Genuenſiū inſidię.

Polę propinquum in inſidijs locarunt, itaque vt Piſanū ad pugnam prouocarent, gladijs vibrantibus cum quattuordecim tantum triremibus Genuēſes ſubito apparuerūt. Piſanus vero ex ſuis quinque triremes in terram attrahi iuſſerat, vt Palmigatione facta agiliores eæ in pugna redderentur, ali quid tamen inſidiarum hoſtili claſſe vir naualis diſciplinæ Callentiſsimus ineſſe ſuſpicans prælium detractabat. Sed ductorum quorundam importunis vocibus inſtigatus qui meticuloſum illum vocitabant, pugnam inuitus

Naualis cōgreſſus ad Polā.

inijt, primusque (ne timoris argueretur) in hoſtem vadēs eum ferociter alto mari aggreditur. Excepitque Lygur irruentem Venetum pari audacia. Pugnatumque eſt aliquandiu ab vtraque claſſe ancipiti prę lio. Interim prętoria Piſani longa nauis præfecti Lyguris triremem infeſto curſu inuadit. Quam Lucianus Doria ductabat totius Lyguſticæ claſsis Imperator, ambæque prætoriæ naues congreſſæ cruentam inuicem ædebant. medio mari pugnam. Venetusque Genuenſem armis grauiter præmebat. & iam Lucianus Doria hoſtium Imperator. Donati Zeni Lancea transfixus ceciderat. Triremisque ipſa Prætoria Venetis ſuper eam intrepide inſilientibus occiſo duce momento temporis capitur. cæterum Lygur ſquiēte vtrinque marte diſsimulato metu ſenſim vt Venetum ad inſidiarum locum pertraheret, retro cædere cœpit, vbi vero eò ventum eſt. tum hoſtes confeſtim ex inſidijs coorti cum decem triremibus Venetos nil tale opinantes inuadunt. Nouaque pugna repente enata Venetos turbauit, excepit tamen Piſanus fortiter recentium hoſtium impreſsionem, pugnatumque acerrime aliquandiu, verum Lygure integris viribus in prælium ruente, ingens Veneto metus incutitur. Et iam quinque illæ triremes quæ ab initio in Polenſe Littus palmigandi cauſa attractæ ſuis opē ferre debuerant. Fugam circūſpectabant, reliquæ quoque Venetorum triremes trepidare cæperunt. tum hoſtes cum clamore, & ſtrepitu coorti Venetos vrgent. Quorum res iā perdita, deplorataque erat. Piſone Imperatore necquicquam pugnam redintegrare conante: profligantur itaque momento temporis à Genuenſe Ve-

Venetorū clades.

neti, ac quindecim eorum triremes cum ductoribus, turmisque in hoſtium poteſtatem venere, & ſupra duo millia hominum ea pugna capta, cæſaque dicuntur. Piſanus vero Imperator medio certamine ægre reuulſus cum

Michaele

Michaele Stenno,& Ioanne Triuiſano trepido curſu Venetias verſus ſe recepit,ſexq́ue tantum ex viginti vna triremes euaſere:Qua clade omne fere maritimi apud Venetos Belli robur amiſſum eſt.nam præter multorum cędem capti ſunt hi viri patritij Marinus Capellus,Donatus Zenus, Ioannes Michael,Nicolaus Bragadenus,Io: nes Vidorus,Paulus Bembus, Peratius Maripetrus,Nicolaus Superantius,Petrus Zenus,Bernardus Valareſſus, M. Superantius,Donatus Donato,& Petrus Vido,qui ſingulis triremibus præfuerant.Genuamq́ue captiui omnes ducti ſunt.Hac vero clade ciuitas affecta in metum de ſumma rerum incidit. Hoſte enim feroci, acerrimoq́ue imminente,publicæ hoc incommodo mari accepto Venetis ad alteram claſſem inſtruendam vires deerant,poſtmodum ob rem male geſtam patrum iuſſu.Piſanus,Stennus,& Triuiſanus in vincula conijciuntur. Lygur interim tanta potitus victoria captiuas Venetorum triremes Iaderam perduxit,easq́ue viris,ac armis inſtructas cæteræ claſsi ſuæ adiunxit,itaque ſupra quadraginta longæ Naues mira celeritate ab hoſte contrahuntur:& cũ his Lygur in Hiſtriam reuerſus paruo negocio finitima vrbi oppida Humagum,Gradum,& Caprulas occupauit.ac onerariam vnam alto inſecutus quam Thomas Mocenicus ductabat,captam, direptamq́ue in conſpectu totius ciuitatis combuſsit:inde metu, ac ſtupore Venetorum animos occupante. Hoſtis acer Peleſtrinam inuaſit.Quo loco direpto,ac incenſo, recta Clodiam profectus eſt:vrbis finitimæ occupandæ ſtudio: cum octo igitur,& quadraginta triremibus,alijsq́ue leuioribus nauigijs Petro Doria Duce Genuenſes Clodiam aggreſsi ſunt,& paulopoſt Carrarius Princeps cum paratiſsimis copijs ſe Lyguſticæ claſsi coniunxit, oppidumq́ue terra, & mari continuo cęptum eſt oppugnari:Sedet Clodia Venetæ fere vrbis inſtar ab oriente,meridie,& ſeptentrione aquis cincta.Ea autem pars quę ad occaſum ſpectat.continenti ita cohæret,vt exiguo ponte in eam tranſitus pateat,ibiq́ue per quingentos ferme paſſus longe,lateq́ue Vineta, prædiola,hortiq́ue admodum feraces accolarum ſtudio,& induſtria viſuntur. Nec Salinæ,piſcationesq́ue deſunt,ex quibus ingens quęſtus comparatur. Oppidi forma oblonga eſt,ac introrſum nauigabiles riui.portus autem latiſsimo oſtio ad mille paſſus a Clodia diſtat, Caſtellumq́ue ibi conſtitutũ eius fauces,& littora munit proxima,per quę cementitie caſę, tuguriaq́ue paſsim diſpoſita ſpectãtur.Lintresq́ue per interiectos toto illo ſolo riuulos,lacunaſq́ue vltro,citroq́ue commeant: Veneti hoſtium timentes incurſum paucis ante diebus Clodiam firmo militum pręſidio, armis, ac cõmeatu munierant.nam pręter oppidanos tria millia armatorum ſub quattuor fortiſsimis Centurionibus Baldò Gallutio,Nicolao Darſſerio, Hirco Piſano,& Nicolao Gallianico inerãt.Vrbis pręturam gerebat Petrus Hemus,cum duobus Legatis Nicolao Contareno, & Ioanne Mocenico, hoſtes autem ex quattuor nationibus Genuenſes, Pannones, Patauini, & Cami

Præfecti triremiũ capti.

Not. hoſtiũ claſsẽ mire auctam.

Clodiæ ſitus.

Clodiæ Magiſtratus.

Att. hoſtiũ numerum.

Carni ſupra viginti millia Clodiam terra, mariq́ue circunſedentes duabus acerrimis oppugnationibus inuadunt priore,& ſi atroci,& horribili, quippe quæ ab Aurora ad veſperam vſque per ingentem vtrinq́ue cædem protracta eſt.Salua tamen Ciuitas permanſit. Altera vero reiectis maiori conatu propugnatoribus hoſtis in mediam vrbem irrupit.obtruncatisq́; paſſim militibus,ac oppidanis,ingens cædes ædita eſt,Petrus Hemus prætor, Nicolaus Gallianicus,& Baldus Gallutius Centuriones capiuntur.Hemus tribus millibus aureorum nummum perſolutis ſe redemit:Gallianicus autem,& Gallutius à Carrario capitali ſupplicio ſunt affecti: eaq́ue clodiæ expugnatione ſex hominum millia cecidiſſe dicuntur. Quorum pars maxima oppidani,Venetiq́ue fuere, vrbe capta Genuenſium ſigna, Ludouici Regis,ac Carrarij Principis ædito ſunt loco præfixa.Inde Bebiæ, Laretũ, ac caput aggere,deditione facta in hoſtium poteſtatem venere: in magno itaque res Veneta diſcrimine conſtituta fluctuabat. Hoſtiumq́ue propinquitate ad arma tota ciuitate ſubito eſt conclamatum: multitudoq́ue populi ingens in forum armata accurrens quicquid areæ ante curiam,& Diui Marci ædem iacet,compleuit,nulliusq́ue Ducis Imperio regebatur,quũ attoniti,ſtupentesq́ue omnes trepidarent,accedebat ad hæc mulierum fletus,& ciuium Lamentatio,complorantium tum publicam, tum priuatam fortunam:dolere omnes,manus ad cęlum tendere,libertatem, ſalutemq́ue dubiam animos omnium afficere, alij aurum, Gemmasq́ue, & præcioſa quæq́ue aut ad Hoſpites in ſuburbana loca tranſmittebant.aut in ſacris ędibus,antiquisue monumentis occultabant.Factaque plerique confeſsione veluti in extrema vitæ hora poſiti Euchariſtiam ſumpſerant.omnia enim luctus,& pauoris erant plena.quum vulgo quisq́ue crederet. Genuẽſem victorem breui cum tota claſſe affuturum. Qui trucidatis omnibus Venetũ Imperium,nomẽq́ue deleret.crediderunt multi.ſi in ea trepidatione Lygur claſſem continuo ad vrbem admouiſſet.Quod Carrarius Princeps ſæpe Genuenſes vt facerent.monuiſſe dicitur.Venetam vrbem ea die aut capi,aut in ſummum diſcrimen libertatem adduci potuiſſe, ſed mortalium animi in proſperis rebus plerunq́ue oblucinantur, multiq́ue reperti ſunt. Qui egregie norunt vincere, ſed victoria (teſte illo Maharbale) vti neſcierũt.Clodia capta,finitimis circa ſtagna oppidis amiſsis, Mariq́ue ab hoſte vndiq́ue infeſto,Annona,& rerum omniũ inopia ciuitas laborare cœpit. Quibus rerum anguſtijs Veneta gens plurimũ torquebatur, vulgo omnes fremere, ac palam dolere,neminem eſſe,qui in tãta fortunæ acerbitate publicam ciuitatis curam ſuſciperet.impendentibusq́ue præſenti aliqua ope malis occurreret.Vnum eſſe dicere Piſonem,qui præter vigorem animi,& rei Naualis peritiam,multum gratia,authoritate,& conſilio valeret.Hunc certe fore,qui maritimo Imperio ſuſcepto ſaluam patriam reddere poſſet. Verum illum ipſum paucorum inuidia in vinculis eſſe.cui ſi priſtina libertas,

Clodia ab hoſte capta.

Not. Trepidationẽ in vrbe.

Not. populi voces de Piſone.

tas,& dignitas redderetur.Res Veneta facile in meliorem ſtatũ erecta reſpiraret.Hæ vulgi voces de Piſone in curiam allatæ Patrum animos vehementer accenderunt.ad eum è cuſtodia educendum,itaque vocato ſtatim Senatu totius ampliſsimi ordinis conſenſu Piſanus in priſtinam non ſolũ libertatem è carcere ereptus reſtituitur.Sed paulopoſt etiam nauali dignitate,& Maris Imperio ornatur.Factoq́ue ingenti populi concurſu ſummo mane è carcere eductus in curiam aſcendit.vbi Principem,& Patres hilari fronte ſalutauit.Ad eum autem Princeps conuerſus.Fuit tempus inquit victor quo à Iuſtitiæ tramite nulla vnquam ratione diuertere conſueuimus. nunc cum gratiarum etiam actione erratis venia danda. Cenſuimus, te ob cladem in Hiſtriæ ora acceptam more Maiorum Carceris pœna damnari. Nunc te è cuſtodia liberandum duximus,vt patriam, quæ te genuit, atque aluit,defendas. Tu illam oblitterata iniuriæ publicę memoria ſuſcipe.atq; ea(qua vales animi præſtantia)iacentem erigere feſtina. In virtute ſiquidẽ tua conſeruandæ in perpetuum Reip.ſpes omnes ſuas ciuitas coniecit: ad ea Piſanus,Scio inquit.Princeps optime quicquid in me publico decreto antea ſtatutum fuit,iuſto dolore proceſsiſſe, atque ego (vt probum decet ciuem) veſtris parui libens mandatis.Carceriſque damnationem patienter tuli.id iure,an iniuria factum ſit.Dij immortales norunt.Illud tamen affirmare debeo.Sapientiſsime omnia fieri,quæ è Rep. fiunt cæterum quando ſapientiſsimo veſtro decreto me hodie è cuſtodia liberandũ duxiſtis. Animam,vitamq́ue hanc patrię deuoueo.Atque vtinam is ſim. Qui in tanto diſcrimine eam labantem conſilio,& militari opere ſuſtineam, vitę profecto meę(id conſtantiſsime polliceor)nullo modo parcam,atque ea vigilãtia vtar,vt in publica dignitate tuenda nulla pericula,laboreſque declinem quod ſi bellico illo vigore carebo.Quem pręſens temporis conditio expoſcit.pręcipuam certe charitatem ſcio ad procurandam terra, mariq́ue cum alijs ciuitatis huius ſalutem mihi non defuturam:his à Piſone grauiter dictis,Princeps,Patreſq́ue eum amplexati domum dimiſerunt. tum vidiſſes vniuerſum ferme populum ſubſequentem applaudere, exultare,congratulari,fauſtaq́ue illi,ac Reip.ominari,& quia res dilationem non patiebatur. poſtridie Piſanus militari ſagulo cinctus cum ingẽti armatorum manu in forum deſcendit,inde in Littus ad vrbis portum tranſgreſſus copias cõtrahit,ac in aciem diſponit,vt ſi hoſtis aliquid ea parte moueret. aduerſa arma experiretur:poſtea ad munitionem portus conuerſus murum ampliſſimum conſtruendum curauit.Qui dierum quindecim ſpatio ſumma eius diligentia milite,remigeq́ue operante,erectus fuit.Cathena ad hæc craſiſsima ad Iudaicam pretenta.Conſtitutę pręterea paſsim nocturnę ſtationes, ne per occaſionem ciuitas hoſtium incurſu, clandeſtinaq́ue aliqua clade afficeretur:Dum hęc in vrbe à Piſone prouide curantur:Miſere Patres ad Carrarium Principem,qui eum publico nomine rogarent,vt arma aduerſus

Piſo è cuſtodia liberatus.

Nic.P. verba ad Piſ.

Piſani reſponſum.

ſus

ſus vicinum populum deponeret.nec Venetam tam atroci bello libertatē in diſcrimen adduci pateretur,pacemq́ue amicę Ciuitati daret. quę Pataui-
Not.Carrarii verba uini nominis ſtudioſa ſemper fuit:ad ea autem Carrarius ſuperbo ſermone pauca hæc reſpondens.Nunquam cum vobis,ait,Veneti de Pace acturi ſumus,niſi prius,equorum,qui infrenes ſuper Diui M.Templo ſunt poſiti, habenis,lorisq́ue ora conſtringamus,Genuenſes interim cum tribus, & triginta triremibus inſeſsis internis aquis ad Methamaucum vſque proceſſere.His Thadeus Iuſtinianus, qui ad Almi ſpiritus fanum cum quinque triremibus,ac minoribus alijs nauigijs ſtationem habebat. occurrēs, remimpigre gerebat.nec interim pauci quotidianis armorū congreſsibus ex vtraque claſſe cadebant.In littoribus quoque nonnunquam vario euentu dimicatum,copijsq́ue Venetis præerat Iacobus Caballus Veronenſis vir militaris rei peritiſsimus,ac fide in Remp.ſingulari,qui toto belli tempore. Militare Imperium ſtrennue adminiſtrauit.Subito poſtea acceſſu Carolo Ludouici Pannoniæ Regis filio cum decem Barbarorum millibus ad Taruiſium aſsidente tres Legati Nicolaus Maurocenus, Ioannes Gradonicus, & Zacharias Contarenus eò in Regia caſtra à Veneto Senatu miſsi ſunt,

Legati ad Carolum.

Qui apud Carolum publicam cauſam agerent.nam is à Patre miſſus in Italiam ea de cauſa veniſſe vulgo ferebatur,vt pacē(ſi fieri poſſet) auditis partium oratoribus ex Regia dignitate componeret.Sub eius igitur aduētum Legationes confœderatorum Principum, & Veneti Senatus in Taruiſinū agrum conuenere,habitaq́ue inuicem ſuper pace longa diſputatione re infecta Carolo arbitro diſceſſum eſt.nam iniquiſsima, ac impudētiſsima hoſtium poſtulata erant.Ad quæ Venetorum animi nullo modo demitti potuerunt.Quin ſatius duxerunt Patres publicum decus reſpicientes extrema omnia pati,quam Venetum nomen iniquiſsimæ pacis conditionibus deformare.Itaque dolore ex hoſtili inſolentia in iram verſo Senatus conſulto iubentur legati depoſita pacis actione confeſtim domū redire. Bellūq; ſummis conatibus reparatur.itūque eſt quarta noctis vigilia cum quinquaginta paruis nauigijs Duce Ioāne Barbadico ad oppugnandum hoſtiū prēſidium circa Albani Foſſam,vbi triremis vna Lyguſtica. cui Bartholameus Vzerius ex Sauona oriundus præerat, ſtationem habebat. Hanc Venetus ſubito adortus ſagittarum multitudine petitam, oppreſſamq́ue capit. Et quia refluxu aquarum triremis egre in tutum reduci poterat.ibidem ſtatim a Veneto iniectis flammis incenſa eſt.Capiuntur & alia duo nauigia minora.ex quibus centum,& quinquaginta Genuenſes in poteſtatē redacti ſub cuſtodia in vrbē miſsi ſunt. Hoc proſpero ſucceſſu ciuitas plurimū lætata in ſpē melioris fortunæ erigitur.Etenim antea aſsiduæ clades ita eam concuſſerant.vt res Veneta prorſus videretur omnibus deplorata. nouaq; lux hac victoria in tot tenebris quodāmodo oriri viſa.ac paſsim totius populi iactari cęptę ſunt voces indignantis tam deſidem factam Ciuitatem.vt in

Nota Patrum conſtantiam.

Triremis hoſtium capta.

Ant.populi idignationem

apertam

apertã cũ hoſte dimicationem ignaſuo ea quodã timore correpta exire nõ auderet. degeneres Venetos factos eſſe ab illa maiorũ ſuorũ indole;qui toties terra,mariq; viribus lõge inferiores Lygurẽ deuiciſſent.nũc vno fortunæ ictu cõcidiſſe Venetã illã animi generoſitatem:prodeũdũ igitur eſſe in aciem,ac ferro rem agendã.quũ omnes animati ſint,aut vincere ſi cũ hoſte manus cõſeruerint,aut ſi fata obſtabunt, mortem pro libertate fortiter occumbere:Huiuſcemodi ſermonibus in curiam delatis,ne in tanto animorum omniũ cõſenſu Patres Reip. deeſſent. Fit ſtatim Senatus cõſultũ, vt primo quoq; tẽpore triremes quadraginta ad bellũ inſtructę in Genuenſes armentur.quarũ Imperium Cõtarenus Princeps haberet. Duoq; ei Legati additi viri arte nauali clari Victor Piſanus,& Dominicus Michael,declarati quoq; ſingulorũ nauium prętecti.Hi aũt fuere Pet. Mocenicus, Mich. Stẽnus,Aloy. Maurocenus,Hermolaus Venerius,Pet. Iuſtinianus,Aloy. Lauredanus,Lauren.Gradonicus,Ioã.Triuiſanus,Leonar.Dãdulus,Vit.Lãdus, GaſparMaurocenus,Iacobus.Mollinus,And.Donatus,Ioã.Aemilianus,Federicus Cornelius,Dardi Georgius,Lauren. Bẽbus,Leon.Maurocenus,M. Falerius,Phili.Mollinus,Pau.Quirinus,Fãtinus Arimõdus,Tho.Minotus, Leonar.Bragadenus,Pau.Falerius,Laurẽ.Cõtarenus,Don. Barbarus, Iaco. Surianus,& Io.Pẽzinus,viri omnes claro ſanguine orti, & maritimis rebus aſſueti:tantoq; ſtudio à cunctis ciuitatis ordinibus res naualis curata eſt.vt intra paucos dies quattuor,&ttiginta triremiũ numero expleto,hoſtium incurſus nequaquàm amplius timeretur.Reliquę ex nautarum,remigumq́ue defectu armari nõ potuerunt.Alię quoq; duodecim lõge naues partim ſub Victoris Piſani,partim ſub Thadei Iuſtiniani Imperio in armis erant. Rẽq; in hoſtes circa ſtagna impigre gerebãt. Duo pręterea de viginti triremes foris Carolũ Zenũ virum pacis,belliq; artibus inſignẽ ſequebantur,quibus ille egregia in hoſtes toto mari facinora edidit.Bichi gnonãq;illam nauim ad Rhodũ opulẽtiſsimã cępit.in qua oppugnãda ſagitta võlitãs ei ſiniſtrũ oculum effodit.atq; eodem penè temporis momento ferreũ iaculũ ex nauis altiori parte demiſſum in eius pedem infixum eſt:interea Contarenus Princeps ad exercendas remo nauales turmas qui ferè omnes opifices in noua claſſe erant, à Iudaica regione vſq; ad littorale Diui Nicolai fanum vrbanis aquis quotidie claſſem agebat.Cõuocatoq; ſępe cõſilio aliqui cẽſebant in pręſentia cũ hoſte cõfligere. Nõnulli pugnã in Zeni aduentũ trahere ſatius ducebant:vt maiori nauiũ, bellatorumq; numero tutior cõgreſſus foret. Interim exhauſto ærrario,ac Reip. opibus belli cladibus exinanitis. Decreto Patrũ propoſitũ eſt publicũ edictũ, vt quicũq; è populo in maritima claſſe,littoralibuſq; iuuãdis copijs operã ſuã gratis preſtarẽt. fore,vt cõfecto bello triginta ex eorũ numero in Patriciatũ aſſumerent, quę dignitas ꝑpetuo illis,poſteriſq;ſtabili Senatus decreto maneret.reliquis qui patritio ordini aſcripti nõ fuiſsẽt, quiq; aureorũ nũmũ millia quîqẽnij ſpatio viri-

Not. decretum in inſtruenda noua claſ. ſe.

Not. triremium pręfectos.

Att. triremium numerum.

Not. edictum.

V tin

tim diuiſa annumerarẽtur.multi charitate patriæ moti pecuniã, cõmeatũ,
Att. ciuiũ i patriam charit. remigẽ,militẽue Reip.obtulerũt.Hiſq; viribus,priuatiſq; opibus defenſum eo tẽpore Venetum ſtetit Imperium:nam ſupra ſexaginta familiæ ciuium repertę ſunt;quę gratiſsimo animo Remp.adiuuarunt.At Genuenſes audito nouę claſsis apud Venetos apparatu admirati quo nã modo tãtam claſſem deuicta, ac prope debellata gens tã breui tẽporis ſpacio reparaſſet,rebus ſuis timentes Methamauco,popiliaq; funditus penè euerſis, Clodiã in tutũ abeũt.Inde paucos poſt dies Lygur cũ tribus triremibus Salinã turrim aggreſſus quod vnum in ſtagnis pręſidiũ Veneto(cũctis alijs ſubactis) incolume ſteterat.occupare nitebatur.contra trecenta ferè minora nauigia Victor Piſanus Ducẽs Genuẽſem territabat.turriq; ſubſidio erat.fugatoq;demum hoſte Clodiã vſq; cũ inſecutus eſt. Illatusq; prope in vrbẽ ipſam circa marianam portã ingẽtẽ intulit hoſtibus terrorem,& iam in ipſis canalibus pugna contracta res hoſtium inclinabat, quum ſubito tres illę triremes
Venetorũ fuga. alia via circũactæ ſuis affuere.Hic Lygure à fronte,à tergo,à lateribus acerrime incurſante, coactus eſt Venetus fugam capeſſere. ceciditq; ea pugna Antonius Gradonicus Contareni Principis Gener,iuuenis virtute,nobilitateq; inſignis.alij etiã non pauci occubuere.Atq; octo nauigia ab hoſte intercepta.Signaq;aliquot militaria amiſſa.re Piſanus parũ fęliciter geſta ad ſolitã ſtationẽ cum reliquis nauigijs ſe recepit,hoſtes vero maiorẽ metuẽtes Venetæ gẽtis conatũ ſtatuunt Clodiã cõmunire. æquatis igitur ſolo ędificijs,que Salinis, męnibusq; hęrebãt.vrbẽ propugnaculis firmãt, occluſiſque vndiq; cęmẽtitio muro vijs ad aquam ferẽtibus ligneas turres armatis plenas idoneis locis diſponũt.cõmeatũ ad hęc multiplicẽ parãt. certi q; aduẽtãte Carolo Zeno Veneti coniũctis claſsibus propere Clodiã terra, mari que obſeſſuri erant.Sed quia illius reditus incertus: ancepsq; ferebat:ne in maius aliquod diſcrimẽ lõga cũctatione Reſp.incideret. oĩbus ſentẽtijs cõfligẽdi cõſilio abiecto,ad obſidionẽ Clodię cũ tota claſſe itũ eſt.Media itaque Bruma Cõtarenus Princeps cũ quattuor,& viginti lõgis nauibus optime inſtructis,alijſq; onerarijs nõ paucis,quę cõmeatũ,milites,armaq; ferebãt.ſilẽtio noctis vrbe profectus ſub primã lucẽ Clodię portũ inſedit. Aliquãdiu tamẽ mari erratũ,q; dẽſior orta nebula totius pelagi faciẽ, ac proximũ littus tetra caligine obtexerat. eaq; adueniẽte die depulſa ſtatim mercenarius miles ſub Hirci Piſani Cẽturionis fortiſsimi ductu in terrã expoſitus ꝑxime ad vrbẽ pugnãdi ſtudio progreditur. ĩ eũ eruptione repẽte facta
Venetorũ cædes ad Clodiam hoſtiũ phalãx impetũ fecit. ſuſtinetq; fortiter Venetus irruentẽ Lygurem. atroxq; diu,& cruentũ certamen fuit. ſed ſuperãte hoſtiũ multitudine,quę cõtinuo ſuis opẽ ferẽs ex vrbe prodibat,fuſus eſt Venetus, & ad naues vſq; cũ ingenti cęde fugatus,HircusCẽturio fortiſsimus dũ vltimus è pugna ſcaphã cõſcẽdere feſtinat. lapſo pede mari demergiť, ea victoria elatus hoſtis cõſcẽſis ꝑpere nauigijs, cetheas duas Venetorũ eadẽ hora facto impetu occupat,

cupat,iniectoq; igne cóburrit.Quod ipſum Lyguri male vertit,nã eas Venetus ſcita ambuſtas lapidibus ſubito oppleuit.portuq;medio demerſit.aliç etiã duç eodẽ loco poſtridie ſunt depreſſç,quibus Clodiç portus Lyguri penitus occluditur.Ad Brũdulũ quoq; nõ ſine ingẽti certamine exitus Lyguri depreſsis aliquot nauigijs eſt obſtruſus.Quod ne fieret,aliquandiu sũmo conatu hoſtes obſtiterunt.ceciditq; ex Venetis Georgius Caballus Iacobi filius,adoleſcens ſupra ætatem pugnax. verum eximia Victoris Piſani,Federici Cornelij, & Thadei Iuſtiniani virtute, ac militum, nautarumque fortitudine Genuenſes cum multa cæde reiecti,victique in hac parte ceſſere.pugnatũ quoq; eſt ad alterũ Brũdulani portus latus tãta vtrinq; pertinacia,vt mori potius in veſtigio, quàm cedere vſquàm vtraq; pars malluerit, quo factũ eſt,vt vnũ,eũdẽq; portũ Lygur,Venetuſq; eodẽ tẽpore, armis retinẽtes poſſederint. Aſsidua inde,ac cruẽtiſsima certamina erant tormẽtis bellicis,miſsilibus,teliſq; citro vltroq; die,ac noctu Veneto,Lygureq; ſe in ceſſentibus.Dũ hçc circa Clodiã gerũtur. Bernabouis Mediolani Principis alique ſub Aſture Duce cohortes, vt Venetũ fçdere coniũctũ aliquo modo belli onere leuarẽt,in Lyguriã irrũpẽtes rapinis,ac cçde omnia fedarunt.ad mçniaq;ſçpius Genuç adçquitãtes ſubita ex vrbe eruptione facta fuſç,fugatçq; sũt.Caloioãnes quoq;Byzãtij Imperator rẽ Venetã,vt bonus,&fidelis ſotius aliquoties adiuuit.ſed parũ & Itala,& Grçca auxilia profuere. quum ea infirma,& inualida tenuẽ prçſtarẽt opẽ.ſtetitq; nõ externis, ſed proprijs ſolũ viribus incolume Imperiũ,& ad Clodiã redeo: vbi tota belli vis incubuerat,nã Genuẽſis oẽs prope exitus vrbis terra, mariq; occluſos à Veneto reſpiciẽs duo de viginti triremes Brũdulũ vſq; pertraxit, vt in apertũ mare egrederetur.cõtra Venetus ne impune Lygur abiret.die, noctuq; pro portu in armis erat.conabaturq; hoſtẽ à cõcepto curſu auertere.Ipſe vero telorum multitudine,bellicis machinis,ac tormẽtis Venetas triremes tã grauiter inceſſebat. vt remiges in deſperationẽ verſi vno ore clamarẽt, abeundũ illico eſſe,ſoluendãq; omnino obſidionẽ, niſi ad vnũ omnes ad internitionem extingui vellẽt.par deſperatio in his, qui in littore prçſidium tenebãt, cernebatur.efflagitabantq; hi importunis vocibus,inde dirutis munitionibus in tutũ abduci.Hortari omnes Piſanus Blãdo ſermone perferendumq; adhuc paucis diebus dicere.fore,vt breui Carolus Zenus cũ recẽti claſſe adeſſet.qui adauctis viribus prçſentẽ Lyguris audaciã cõprimeret.Idẽ animorũ habitus in maiori claſſe apud Cõtarenũ Principẽ erat. Ad fugãq; omnes potius,quã ad arma reſpiciebãt. ſuſtinebat tamẽ tumultuãtẽ turbã Principis prçſentia,humaniſsimçq; adhortationes, ſed rerũ anguſtiç in eã neceſsitatẽ bellantiũ cõſilia adduxerãt.vt biduo poſt hoſtes relinquẽdi, & obſidio ſoluẽda eſſet.fuereq; nõnulli, variãtibus propter rei difficultatẽ ſententijs, qui Byzãtiũ,Cretãue,aut Euboeã diuertẽdũ cẽſebãt.Nec vrbẽ repetere tutũ exiſtimabãt; quoniã extrema ĩ ea omnis rerũ victui neceſſariarũ inopi-

Lygur obſidetur.

Not. pugnç ardorem.

Not. imminẽs periculum.

Not. rerũ anguſtias

erat. Fameque ciuitas adacta, atq; omni auxilio deſtituta non diu hoſtium arma pertuliſſet: His in claſſe agitatis Zenus opportune cum quattuordecim triremibus tertia diei hora ſuis diuinitus opem laturus ex alto apparuit. tantaque omnes eius aduentu lætitia affecti ſunt, vt lachrymis præ gaudio obortis veluti parta inſigni victoria exultarēt. abeundiq; cōſilio omiſſo, in obſidione permanendum cenſuerint: Carolus autem ad Principis cōſpectum veniens, (vt erat facundia inſignis) de rebus à ſe foris præclare geſtis ſumma aſtantium admiratione diſſeruit. ſeptuaginta enim hoſtium varij generis nauigia ab eo demerſa, captaque fuiſſe conſtabat. Bichignonāq; illam Cetheam nobiliſſimam deuictam, in qua trecentorum millia nummum præda facta. deuaſtatam oram Lyguriæ, fugatam hoſtium claſſem, reſtitutum in Imperium Caloioannem, ac multa alia egregia, & præclara facinora ædita commemorauit: Carolo autem a Principe collaudato in ore omnium eius virtus erat, cæptaque eſt deinde arctiori clodia obſidione premi. mitliturque confeſtim Zenus cum duodecim triremibus Brundulum ad Piſani ſtationem, vt communi conſilio in ea parte ambo rem bellicam adminiſtrarent: Sed ſubita tempeſtate coorta naufragio pene omnes triremes periere. Earum vna procellarum vi abrepta, cui Ioannes Emilianus præerat, in hoſtium poteſtatem venit. Altera, quam Zenus ipſe ductabat, ægre ſeruata eſt, quum in Brundulanum portum fractis vi tempeſtatis retinaculis, illata, à Lygure telorum multitudine horribili, ac nocturno prælio diu oppugnaretur. In quo grauiſſimo Zenus vulnere gutturi illato pene occubuit. vt in eius vita, quam Iacobus Zenus Epiſcopus Feltrenſis elegantiſſime deſcripſit. legitur. Nam arcu eminus ſagitta excuſſa, collo eius adeo alte infixa eſt, vt amiſſis ſenſibus corpus deſtitutum collaberetur. Et mox per omnium ora ſermo manaret, Zenum expiraſſe, ęgre autem auulſa cum tota ferri acie è gutture harundine, parum abfuit, quin ille animam eſſlaret, nam magna vi ſanguinis è vulnere profluēte intercepta voce, exanimis pene redditus eſt, adhibitis tamen actutū medicamentis diſcrimen euaſit, incolumiſque pręter omnium ſpem cōualuit. Elatus eo ſucceſſu hoſtis ſtatuit tentare nouam iterum eruptionem. Armis itaque arreptis in Venetos duplici loco & ad Lupam, & ad Brundulum pugnandi ſtudio mouet, conſertaque pugna vtrobiq; atrociter dimicatum. Lygurque Veneto ſtrennue rem gerente cum ingenti cæde eſt repulſus, depreſſisq; anguſto portus exitu quo egreſſus hoſti patebat. duobus alijs nauigijs, quinque longæ naues ad cuſtodiam loci ſub Franciſci Bocholi auſpicijs conſtituuntur. Nec inde procul Carolus Zenus, & Victor Piſanus cum inſtructis triremibus aberant, vt ſiquid hoſtis forte mouiſſet. continuo ſuis opem ferre poſſent. interim Lauretum oppidum Venetus acri oppugnatione adortus paucis diebus recepit, turrimq; inde circūſiſtēs quæ ad Virginum eſt. dū bellicis machinis fatigat. tormenti ictu męnia cōcuſſa ingentem

Car. Zeni cum claſſe Aduētus

Art. Zeni p̄clara geſta.

Not. Zeni diſcrimen

gentem traxere ruinam. Qua Petrus Doria Lyguſticæ claſsis Præfectus vir militari diſciplina clarus interijt. Inimica autem Caſtra proximo inter ſe loco cõſtituta mutua ſe ſe clade quotidie affligebãt. ferũt enim nullũ fuiſſe diem. Quo præter varij generis tela, ſupra quingenti grandiores lapides proiecti, excuſsique in alterutra caſtra ingentem non ediderint ſtragẽ Bellumq́ue vtrinque acerrimum ardebat, ad quod Patres intenti vt ex dignitate Reip. conficeretur, in ſupplementum copiarum quas circa Clodiã habebant, quinque millia peditum largo ſtipendio accerſſunt, eiſq́ue Ioannes Aguntus natione Anglus vir Bellica arte inſignis abſens præficitur: Genuenſes & ipſi Carrario milites ſubminiſtrante ſtatuunt nouiſsime experiri. an claſſem quæ Brunduli portu ſubſederat. in altum quando aperta vi nequirent. aſtu emittere poſſent. Foſſam igitur profundam ex tranſuerſo ad Littus, vnde in mare exitus pateſcit. magno labore ducunt, ac viginti triremes ad eruptionem parant. Quibus eductis venit in ſpem certam Lygur, vt inuito Veneto facile Clodiæ obſidio ſolui poſſet. Sed hoſtium conſilio detecto continuo fortiſsima militum manu parata Genuenſium conatibus Zenus obuiam ire pergit. Interim copijs in vnum coeuntibus ingẽs Seditio in Venetis Caſtris ad Paleſtrinum littus inter Italos, Barbaroſq́ue orta eſt, multiq́ue ceco tumultu cæſi periere. Fuiſſetq́ue cum magna hominum pernicie dimicatum, niſi ducis præſentia qui eò illico accurrerat, rixa illa Caſtrenſis ſedata eſſet. Foſſam autem hoſte perducere maturante. Venetus ne cunctando aliquam cladem acciperet. non expectato Ioanne Agunto cui abſenti omnium terreſtrium copiarum Imperium decretum antea fuerat. Carolum Zenum eius loco Patres ſubſtituũt, habebatur enim vir ille non minus maritimæ, quam terreſtris diſciplinæ Bellicæ peritiſsimus. Quippe qui ab adoleſcentia in militiam profectus Belli Artem egregie didicerat. Nam Ioannem Galeatium Mediolani Ducem ſequutus res pro eo egregias armorum ſtudijs geſsit. In Cyprum poſtea nauigans Petrini Regis copijs militari Imperio aduerſus Genuenſes præfuit. Belliq́ue artibus, ac aſsidua armorum exercitatione ita profecit, vt nullius ſummi Ducis militari ſcientia inferior tota pene Europa haberetur: coactis itaque Zenus copijs quadrato agmine in hoſtes ferociter mouit. In quos priuſquam aciem explicaret. talem apud milites cohortandi eos cauſa habuit orationem: Lętum hunc Reip. mihiq́; diem eſſe auguror, in quo pręlij Fortuna ſub meis auſpicijs tentanda eſt. Fortiſsimi commilitones, atque vt maritimis congreſsibus ex hoc hoſte victoriã ſæpe reportaui, ita de terreſtri hodierna pugna minime dubitare debeo. Qua impius hoſtis Lygur tãtorum malorum in Italia author Deo vindice cadet. Octauo iam menſe Clodia armis hoſtium oppreſſa tenetur, ad quam recipiendam totas Imperij vires patres intenderunt. Hic Princeps, hic Senatus, nobilitaſq́ue ferme omnis terra, mariq́ue adeſt, relictiſq́ue patrijs ſedibus ad finitimam vrbem re-

Pet. Doriæ interitus.

No. copias contractas à Veneto.

Genuẽſiũ apparatus.

Seditio in caſtris.

Zenus copiarũ Impe.

Zeni oratio.

cipiendam properarunt. circa eum labores,pericula,incommoda, ac acerbiſsimas paſsi ſunt erumnas.cæſi,vulneratiq́; tot Bellatores pro patria occubuere.Et nos emenſo vaſtiſsimi maris Tyrrheni, Adriaciq́ue ſpatio ad ſubleuãdas Reip.calamitates vindictæ cupidi huc curſum direximus.Claſſem victricem,paratamq́ue adduximus,vt eandem fortunam cum cæteris ſubeuntes aut illatas iniurias egregie vlciſcamur,aut fortiſsime pugnando haud inulti mortem oppetamus.Ecce enim quatuor inimiciſsimi potentatus Pannonicus,Lyguſticus,Aquileianus,Carrarienſis,infando inito inter ſe fędere in Venetam Remp. arma terra, mariq́ue mouerunt: & legitimi hanc ſedem Imperij,domicilium libertatis, fidei propugnaculum, delere, excindere,proculcare tentant:vos ad eius defenſionem largo ſtipẽdio acciuimus.In veſtris dexteris publica repoſita eſt huius ciuitatis ſalus: nollite ſtrennui commilitones fidei veſtræ deeſſe. Qua ipſe innixus hodiernum prælium intrepide depoſco.Nec vereor,quòd ſi parem virtuti veſtræ animum habebitis, quin hoſtium copias deleatis: video enim fortiſsimam Alam equitum plenam animorum,ac roboris,peditatum victoriarum partarum laude inſignẽ,veteranos,tyronesq́ue acerrimos milites, ex Anglia, Hiſpania,Gallia, in hæc caſtra delatos, ſtipendijsq́ue noſtris inauthoratos.Qui ſolum ſpe gloriæ adducti ex vltimis terris in Italiam profecti Veneta ſigna ſequuti ſunt.Vos defenſores igitur huius Imperij appello.expergeſcimini,& capeſsite Remp.Libertas hodie,ſalus,dignitas, & Anima noſtra in dubio eſt.Ferox hoſtis omnia terra, mariq́ue occupauit. relictũ eſt nobis hoc pene littus nudum.quo prælium hodie committendum, ex eo quoque nos depellere armis Lygur tentat prædæ,& dominandi cęca cupidine tractus.Nos pro vita,pro libertate, pro Imperio dimicamus: inferte igitur in hoſtem ſigna,& me duce aduerſam aciẽ perrumpite. Pugna erit cum ignauo,rudi,eneruí,& Bellicarum rerum inexperto milite.Qui victus facile profligabitur,& fortuna nobis poſt tot aduerſa lætior arridebit: neque enim res humanæ vno,eodemq́ue ſemper curſu fluũt.In his multa eſt varietas,multa inconſtantia,nec fuit vnquam tam turbida tẽpeſtas, quod non poſt eam aliquando trãquilla ſerenitas illuxerit.Illud autem vobis in primis viri fortiſsimi pro iure Imperij præcipio.Ducis veſtri mandata diligenter in acie obſeruate,ordines tenete,ſigna ſequimini, accurate omnia, quæ pro militari Sacramento in victoria paranda à vobis præſtari debent: Perorante Carolo fauorabiles militum voces extolluntur pugnam poſcẽtium,pollicentiumq́ue fidelem,& promptam operam.Itaque ſublaris repẽte ſignis,ne quid à tergo relictus hoſtis officere poſſet.ſtatuit Zenus antequam pugnam iniret.turrim medio littore poſitam oppugnare.vbi Lygur firmum præſidium habebat,vixq́ue turrim Venetæ copiæ circunſteterant.quum Genuenſes qui ad Brundulum erant,inſtructo agmine Zenum inuadere ab ea parte approperarunt,ex his enim ad mille, & quingenti ex

Brundulo

Brundulo eruperunt, ex Clodia vero circiter octo armatorum millia media pugna venetos à fronte aggredi conſilium inierant. ita vt à tergo, à frõte, circũuentus venetus ad hoſtium ſacietatem cęderetur: conſpectis itaque Venetis ſignis Clódiana acies cum clamore, ac armorum ſtrepitu, quaſi ex inſidijs coorta in Venetos ferociter inuecta eſt: excepit pari ferocia irruentem hoſtem Zenus, pugnaque oritur ſtatim atrociſsima, primoque concurſu, tanta telorum vis vtrinque effuſa, vt aer veluti quadam obſcura miſsiliũ nebula ſubito obtegeretur, plurimique ex vtraque parte lethali ictu cõfoſſi exanimes cecidere. Comminus poſtea res geri cœpta. pugnabantque viri fortiſsimi fulgentibus armis tecti, criſtatisq; Galeis, ac lunatis peltis, horribilem conſpectum reddentes, diuque immota ſtetit vtrinque acies. At equo vectus Zenus Imperator parma, ac caſsidis iuba inſignis alacri voce milites hortabatur, in pugnamque inflammabat. erumpũt interim ex Brũdulo ſub ſignis hoſtium copię, ac veluti torrens rapaciſsimo curſu cum impetu Lygur in Venetum præſenti pugna occupatum effertur. In hos quoque Zenus qui vbique aderat. conuerſus. Britannica veteranorum eximiæ fortitudinis phalange ſtipatus violentam ſuſtinet impreſsionem, cogebaturque iam duobus lateribus pugnare, ſperauitque Lygur Venetum duplici prælio laborantem facile delere poſſe. Sed non ſolum ille vim hoſtium ſuſtinuit. uerum etiam Brundulanam aciem loco ſummotam in fœdiſsimã fugam coniecit, cædesque hoſtium in hac parte plurima ędita eſt, nam immiſſus equitatus præcipitem Lygurem vſque ad Catharinæ fanum egit, iuxta quod riuus ſatis profundus labitur, ibique multi in aquas præcipitati aut nandi imperitia, aut armorum pondere perierunt. Curſumque victorię Venetus proſequens omnem impetum in recentem hoſtium aciem quæ ex Clodia proruperat, vertit: Lygur autem fuga ſuorum inſpecta, ac Zeno Duce impigre rem gerente loco primum moueri cœpit: ac ſenſim pedẽ referre: in quem Venetus fortiſsime incurrens diſsipatis ordinibus magnam edidit ſtragem. Demum fortuna inclinante fugam quiſque apertam, trepidãtemque arripit, properanteſque ad pontem. Qui ſuper profundum euripũ poſitus tranſitum ad alteram ripam præbebat. ſuis qui in ſubſidium feſtinabant, occurunt, præpeditique, ac immixti fugientibus, pontem ingenti armatorum conſtipatione oneratum occupant, nec alter alteri loco cædens clamorem, tumultumque ingentem excitat, cæduntur que hoſtium terga extrema in acie cõſiſtentiũ, ex his alij trepide fugiunt, alij animoſe reſiſtũt. conglobati equites, pediteſque, pontem tenent. Clamoreque, & armorum ſtrepitu, cuncta reſonant: Itaque dum alter alterum vrget. Pons armatorũ hominum pondere preſſus, mediuſque repente disfractus concidit: ingentemque trahens ruinam infinitam Bellatorum multitudinem in ſubiectas aquas pręcipitatam ſubito caſu oppreſsit, magnaque affecti Lygures clade ad tria millia partim ferro, partim aquis perijſſe dicũtur, captiq; ſupra ſexcenti,

Pugna ad Brũdulũ.

No. hoſtiũ anguſtias circa põtẽ.

Pontis ruina.

Not. cęſorũ hoſtiũ numerũ.

centi,è latebris eruti:quibus paſsim errabundi ſeſe occultabant. Creditum eſt,niſi pons abruptus procidiſſet.ea die immixtos Venetos Lyguribus Clodiam occupare potuiſſe, ceciditq́ue ruina pontis oppreſſus. Thomas Guanus apud Genuenſes vir illuſtris, tantusq́ue terror eorum animos ex hac clade inceſsit,vt omnes in fugam verſi latebras, & diuerticula, quibus cælarentur,tremebundi quæritarent,plurimiq́ue inuenti ſunt,quia aſperrima pugnatum eſt hyeme,frigore,& gelu extincti, iacebantq́ue paſsim rigentia corpora arido ſolo proſtrata,ac ſemiuiui aliqui palpitabant. Hac tãta clade accepta Genuenſes nocte,quæ diem pugnæ ſecuta eſt (triremibus ad Brundulum incenſis)ne his Venetus potiretur.Clodiam ſe trepide omnes receperunt.Piſanus,qui ibi excubabat,cognita hoſtiũ fuga, ex duodecim hoſtium triremibus duas ab incendio celeriter accurrens eripuit:ac poſtero die Piſanus alias decem longas naues in omnem occaſionem intentus ad Molas,nautis,remigibusq́ue nudatas cœpit,at Zenus ne fortunæ arridenti deeſſet,coactis ſtatim copijs ante portum Clodiæ qua Brundulum itur,ad Franciſci fanum caſtra locauit:& ne forte hoſtis aliqua improuiſa eruptione officeret,profundam foſſam militari opere ductã Lyguri obiecit,quem non oppugnatione,ſed fame domare ſtatuerat. Adidq́ue Zenus omni cura intentus Clodiam continenti, aquisq́ue circũuallatam, obſeſſamq́ue tenebat:nihilq́; in vrbem importabatur: itaque intra paucos dies deficiente commeatu fames,inediaq́ue in vrbe inualuit,& Lygur quum ſe arctiori obſidione premi cerneret,ac extremum vitæ malum famẽ timeret,rerumq́ue omnium pennuriam, ad leuandam multitudinem pueros, mulieres,ac imbellem aliam turbam vrbe eiecit:quam pietate motus Contarenus Princeps Venetias(ne inedia immeritum vulgus periret) traducendam curauit:interim Genuenſes,ſocijq́ue,vt ſuos Clodienſi obſidione leuarẽt.Nouam claſſem,terreſtresq́ue copias parabant: Maruffusq́ue Doria Genuæ maritimus Imperator declaratur.Veneti autem, quando non tã cito circa Clodiam debellatum iri hoſtium pertinacia exiſtimabant.ne(vt antea) Veneta vrbs Annona laboraret,Thadeum Iuſtinianum cum ſex triremibus,ac aliquot nauibus onerarijs frumentatum in Appuliam miſſere: is vero ſubito in Hiſtriam tranſcendens Gradum oppidum camorum armis occupatum recepit,proſpera inde nauigatione vſus Sipiontum tenuit, vbi quotquot potuit nauigia frumento onerata domum celeriter remiſit: ipſe poſtea Appulo littore ſoluens Venetias verſus mouet. Incolumiſq́ue eò perueniſſet,niſi fęda tempeſtas protinus ſuborta iuſtis votis obſtitiſſet. nam curſum retro auertere Iuſtinianus compulſus Lyguſticã claſſem (cui Maruffus præerat)obuiam habuit.Sed declinato velociter medio mari occurſu Siponti portum ingreditur,demerſiſq́ue triremibus,ne hoſtis illis potiretur:Maruffum,qui Venetos inſecutus fuerat, portus aditu armis ſummouere parabat.Sub primum igitur hoſtium appulſum acre prælium eſt commiſſum

Not. Genuẽſiũ fugã. & metum.

Triremes hoſtiũ incenſę.

Clodię arctę obſidio.

Noua claſſis Genuẽſium.

commiſſum, multique vtrinque cecidere, tum Lygur parte ſuorum in littus expoſita Venetum quaſi in orbem pugnare coegit: ſic quoque aliquandiu Iuſtinianus hoſtium vim ſuſtinuit: Verum ſuperante multitudine verſus in fugam profligatur, & capitur, centumque alij cum eo in hoſtium poteſtatem venere. plurimoſque proxima vrbs ſeruauit. turmæ autem nauales, quæ Sipontinam cladem effugerant: terreſtri itinere Veneta littora incolumes tenuere: pugnatumque eſt deinde in ſtagnis aduerſus hoſtes vario euentu: ceciditque Ludouici Lauredani filius rara indole iuuenis: poſteà à Venetis octuaginta nauigia capta ſunt: quæ Carrarius inſtruxerat: vt ſocijs Clodia obſeſſis opem ferret: His igitur copijs Lygur exitium ſuum præſagiens, magno dolore affectus eſt: non deſinebat tamen Patauinus noua auxilia contrahere. Idem Pannon, Camuſque ſocij agebant. Et ſub Maruffi Doria Imperio tres, & viginti longę naues Lyguſticæ in altum euectæ Clodiæ ad mille paſſus appropinquarunt. pugnamque conuicio hoſtes efflagitabant. Sed Venetus neque terra ex Zenicis caſtris, neque mari ex ipſa nauium ſtatione quicquàm mouens ſtabat vtrobique vigilantiſsima cura ad omnem hoſtium motum excipiendum paratus, Lygur inde cum tota claſſe ad foſsiones ſe recepit: poſtea ad priſtinũ locum, vnde diſceſſerat. reuerſus, Venetos ad pugnam quotidie prouocabat: Perſtabant nihilominus Contarenus, & cæteri Ductores in propoſito. prælio abſtinentes. hoſtium demum importunitate, ac inſolentia Piſanus permittente Principe quinq;, & viginti triremes Clodienſi portu continuo educit: atq; in altum prouectus confligendi animo in Lygurem proras repente dirigit: Ille verò irruentem Venetum expectare non auſus confeſtim ſubducta claſſe Anconem verſus profugit: eum abeuntem longius proſequi Piſanus noluit, ſatis actum eſſe iudicans quòd infenſiſsimum hoſtem fugam capeſcere coegiſſet: Per hos quoque dies tentata eſt à Genuenſibus, qui Clodiæ obſeſſi erant, noua eruptio, nam eos fames, ac rerum omnium inopia vrgebant. cẽtum igitur paruis nauigijs ex ædificiorum materia celeri ſtudio fabricatis. per internas aquas ingens hominum multitudo Duce Granello perenſe ſub noctis opacę ſilentio littus, mareque petebat: vbi conſcenſis Maruffi triremibus tutam ſibi fugam parare ſperauerat. Sed Veneti id conſpicati continuo celerrima nauigia expediunt. quę in hoſtem fugitiuum inuecta acceſſum ad mare inhibuere: Et Zenus ex altera parte cum ſelecta militum manu per profundas paludes, ac limoſas vorągines, tranſuerſis itineribus, in Lygures illatus quinquaginta eorum nauigia oppreſsit: Granelluſq; ipſius eruptionis author captus ĩ vincula conijcitur, cum octoginta circiter alijs viris: reliqui trepide in proximam vrbem abiere: in qua iam adeo tam acerba fames, eſurieſque inualuerat. vt ab obſcœnis cibis miles, oppidanuſq; ſe ſe ne inedia perirent, abſtinere nequirent. Nam ad herbarum vſque radices, amara gramina, & olera deficientibus

Venetorũ clades ad Sipontũ. Th. Iuſtinianus capitur.

Att. nauigia à Venetis capta.

Piſani ardor ad pugnandum.

Genuenſium fuga.

Lygurum clades.

X cuiuſcunque

Att. Genuenſium cõſtantiá.

cuiuſcunque generis obſonijs, ventum eſt:ac canes,mures,feleſq; comeſti tanta tamen Lygures conſtantia fuere,vt extrema omnia prius pati,quàm deditionem facere ſtatuerent:ac noua conſilia pro ſalute adipiſcenda agitantes Legatos ad præfectos, & tribunos, qui in Zenicis caſtris ordines ducebant.clam mittunt:eoſq; orant:oblato ingenti auri pondere: vt tutos ſe ab iniuria Venetorum reddant; ipſique (excluſo Veneto) omnes fortunas ſuas,armaq;habeant:quod ipſum Zenus vt reſcijt.conſtanter auerſatus eſt: omneſque alij ductores fide in Rempub. clari ei aſſentiebant:præter vnum Rubertum ex Piceno,militaribus factis inſignem: Qui Genuenſium conditiones amplexatus non exiguam in caſtris ſeditionem apud milites nouarum rerum cupidos exciuerat.ſed is ad Zeni præſentiam accerſitus in vincula ſtatim coniectus eſt: ac Venetias miſſus Patrum iuſſu inter Geminas columnas laqueo necatur: Ad Principem demum Legati in claſſem miſsi flebili oratione ad illius pedes proſtrati vſi ſunt: Atque ex his Tiſius cibbo ſuppliciter orare cœpit, vt præſentis fortunæ Venetus miſereretur:

Rube. ſupplicium.

Not miſerabilé orationem.

Fateri Genuenſes multa hoſtiliter terra, marique, pro (vt martis furor impellit) in Venetum geſiſſe: ſed de Imperio, & gloria,, non de vita cum eis dimicatum, nunc non tam armis, quàm fame Domitos Genuenſes victas manus dare: non aurum, non argentum, non militaria ornamenta, ac reliquas fortunas depoſcere. Sed vitam dumtaxat: Quam inermi, ac ſupplici denegare inhumanum,ac turpe habetur: In Venetæ igitur clementiæ ſinum Genuenſes omnem ſpem ſuam reponere: Aduolutiq; omnes genibus lacrhymas precibus addiderunt:A Contareno Principe paucis ita reſponſum: Supra hoſtiles animos in hoc bello Genuenſes arma in Venetos exercuiſſe: æquum igitur videri. in tenebris, in ſeruitute, in ſqualore eos eſſe: Qui dum odium, implacabilemque iram ferino animo ſequuntur: In has anguſtias inciderint: Dimiſsi Legati triſte ſuis reſponſum referunt. totaque vrbs ingenti terrore concutitur. Verum vrgente fame, conſumptoque omni commeatu, placuit potius deditione, in victoris poteſtatem redigi, quàm inedia extingui: Patefactis igitur repente portis Zenus prætoriana cohorte ſtipatus vrbem ingreſſus eſt: Prædamque omnem primum inter milites, ſocioſque nauales diuiſurus vnum in locum cogendam curauit: Quæ biduo ſub Haſta Venetis licitantibus publice venit: Sic Clodiam poſt decimum menſem magnis terra, marique laboribus Veneti receperunt: vbi quattuor millia hominum in poteſtatem venere. quorum horridus pallor, & exanguis macies ob diuturnæ inediæ acerbitatem. ora,corporaque fœdauerat:ex his ad tria millia Genuẽſes fuiſſe dicuntur:reliqui Patauini,Pannones,Carni, Dalmatæ,ac Græci, qui omnes Venetias ſub cuſtodiã adducti publicis carceribus occluſi ſunt: vndeuiginti quoque hoſtium triremibus, cum aliquot onerarijs,acvi ſalis immodica Veneti potiuntur:relictoq; Clodię Sarraceno Dandulo prętore.

Principis reſponſum

Clodia recipitur.

Not. ingẽtem captiuorum numerum.

Not. triremes hoſtium captas.

uide

inde claſſe abducta Contarenus Princeps in vrbem triumphanti ſimilis reuerſus eſt: continuoque ad Bebias expugnandas Venetus profectus diu ibi obſidionem tenuit; poſtremo deditione ab Ambroſio Doria facta locus à noſtris recipitur: Lyguſtica interim claſsis (Clodia amiſſa) in Hiſtriam tranſmiſit: Ad cuius appulſum ad Aquileienſem Antiſtitem Tergeſtum à Venetis ſubito defecit: Nam quum pauci milites vrbem præſidio tenerent, eam Tergeſtini Lyguſticæ claſsis freti auxilio. Donato Trono prætore primum in vincula coniecto occupant: Arceque in poteſtatem redacta hoſtes vrbem valido militum firmant præſidio. Iuſtinopolis quoque aliquorum ciuium proditione Lyguſticis armis ab Imperio alienatur: ſtetit tamen Criſpolini Azoni Centurionis virtute Arx incolumis: Duarum finitimarum vrbium caſus ciuitatem non mediocri mœrore affecit: Apparebatque, niſi parata claſſe celeriter hoſti iretur obuiam: fore, vt omni maritima Hiſtriæ ora Lygur breui potiretur: Continuo igitur maris Imperio Piſoni tertium decreto, claſsis in altum educta eſt: Interim hoſtes Pyranum atroci oppugnatione adoriuntur: verum oppidum non ſolum defenſum, ſed cum cæde, & ignominia Lygur à mœnibus eſt repulſus: Inde ad Parentium itum. Sed hic quoque re male geſta hoſtis ceſſit: Ad Polam poſtea Lyguſtica claſsis admota, quam vrbem armis occupatam ferox hoſtis diripuit, & incendit: rei indignitate Veneti commoti cum validiſsima claſſe ſeptem, & quadraginta triremium in Genuenſem mouere: Ipſe vero tanto nauali apparatu perterritus celeri fuga; ex Hiſtria in Dalmatiam tranſijt: Ad Iaderamque reſidens Illyricum mare armis obſeſſum tenebat: At Piſanus cum tota claſſe Iuſtinopolim profectus arma ad eam vrbem recipiendam hoſti intulit. duas igitur triremes quarum alteram Michael Delphinus regebat, alteram Peratius Maripetrus, ad explorandum vrbis ſtatum miſit, ij primis ſe tenebris intendentibus profecti, pontem, qui vrbem continenti iungit; ſubito reſcindunt: ne hoſtes, circumſedente terra, marique Veneto, auxilia aliunde ſperarent: hoc facto reliqua claſsis ſuperuenit, magnoque impetu ciuitas ſtatim oppugnatur: Crebræ quoque Criſpolini viri ſtrennuiſsimi ex arce eruptiones Iuſtinopolitanos fatigarunt. quibus incōmodis factum eſt, vt continuo ad deditionē faciendam cōpulſi oppidani vrbem Venetis ſponte redderent: Ibique quadringenti Foroiuliani capti ſunt, Et in his Nicolaus Spilimbergius vrbis prætor, & Symeon Pamperginus, viri ambo in Carnis illuſtres, Iuſtinopoli recepta poſt aliquot dies Piſanus claſſem ad Polam admouit. Et ex altera parte, Lygur Arbam in Illyrico inſulam armis occupauit: Vbi Ludouicus Contarenus prætor captus eſt; Inde Genuenſes tribus longis nauibus ad Inſulæ præſidium relictis, metu Venetorum claſſem continuo abduxere: Hæc mari, nec terra ab armis ocium erat: Taruiſium Carrario Principe bellicis operibus circumſedente.

Tergeſti defectio.

Iuſtinopolis a hoſte capta.

Vict. Piſanus claſſ. Imp.

Att. validiſsiman. Venetorū claſſem.

Iuſtinopolis recipitur.

Taruiſij obſidio.

nam duobus Pontibus Sili fluuio impoſitis vrbem Patauinus aſsiduis excurſionibus ad portas vſque pr͏ęmebat,& quia vi,armisq́ue tam munitã ciuitatem expugnare difficilimum videbatur.Fame eam domare ferox hoſtis ſtudebat. Nouam itaque turrim propinquiori vrbi loco tumultuario opere erexit,vbi eximiæ fortitudinis cohors impoſita ad prohibendum ne ab ea parte cõmeatus in vrbem importaretur:Silis quoq; fluuius triplici pallorum ſerie ad Muſeſtrum obſtructus eſt:vt inſeſsis terra,aquaq; itineribus Ciuitas ad extremam Annonæ pēnuriam redacta deditionem facere cogeretur.Id Veneti timentes cõfeſtim dant operam, vt Flumine armis aperto cõmeatus obſeſsis ſubueherētur:eductis itaq; quattuor, & viginti Nauigijs quæ Ganzariolæ appellantur.Marinus Carauellus homo impiger patrum iuſſu in hoſtes celeriter mouit.terreſtres quoq; copiæ Sarraceno Dandulo Duce ſuper ripam Fluminis conſtitutæ aderant: cæptumq́ue eſt a Veneto admotis Nauigijs palos euelli,vt curſus fluminis aperiretur. Contra Patauinus ſub Gerardi Caminēſis Ducis auſpicijs fortiter obſtare . eratq; ob eam cauſam acerrimum cum hoſte aquis,terraq; certamen:Sagittę,pila,& omnia telorum genera cirro,vtroq; volitabãt:cadebantq́; hinc,inde multi, ac imprimis tormētorũ hoſtilium ictibus claſsis affligebatur : ea propter infecta re nauigia inde Carauellus in tutũ abduxit: Dandulus quoq; qui copijs præerat.Quarta noctis vigilia motis caſtris ad Meſtram contendit. vt terreſtri itinere quando flumine nauigatio Carrarijs armis obſepta erat, Taruiſinis laborantibus frumentaria inuectione opē ferret:ſed dum hęc Dandulus curaret:in grauem morbum incidit, cui domũ decedenti Petrus Hemus iuſſu patrum ad militare Imperium adminiſtrandum ſucceſsit:Hoſtis vero Veneto exercitu imminente a Taruiſio recedēs ad Noale oppidum caſtra tranſtulit : vbi Carrario milite cum cæde a mænibus reiecto, locus egregie ſeruatus eſt:demum hoſtiũ copiæ nec quicquàm Taruiſio, & Noalo oppugnationibus tentatis,in Hyberna Patauinum in agrum cõceſſere: Qua occaſione vſus Venetus ſtatim Taruiſinos ad ſummam victus neceſſitatem redactos frumento inuecto adiuuit : tanta autem per id tempus in ea vrbe Annonæ Caritas inualuerat,vt triticum ad ſtarij menſuram quattuor nummis aureis veniſſe dicatur.Interim Piſanus cum tota claſſe ex Hiſtria profectus in Dalmatiam tranſijt.Iaderamq́; triremibus aliquot inſtructiſsimis admotis portum oppugnare cæperat. Quod dum intētiſsima cura agit.per ſpeculatorias ſcaphas cognouit. Duodecim Lygurum triremes paucis horis inde profectas in Appuliã frumentatum iuiſſe: ea re.Piſanus audita quàmquàm graui febre correptus decubuerat. ne tamē rem tantam omitteret.pergit ex Iadera celeriter ad hoſtes ire : quem nocte, dieq; nauigans in peligna ora adipiſcitur:Ac ſub primum occurſum tumultuaria pugna cõmiſſa Catharinus Corberius Venetę claſsis Admiraldus ab hoſte interficitur: Lygurem tamen fugatum Piſone per totum diem proſequente

ſuperuenientes

Mar. Carauellus.

Certamē in ſili flu.

Pet. Hemus.

Nox penuriam in Taruiſio.

Hoſtis claditur.

ſuperuenientes tenebræ e conſpectu abſtulere. amiſſo hoſte Veneta claſsis Sipontum ſe recepit. vbi Piſanus intra paucos dies grauãte morbo vir omnium naualis artis peritiſsimus e vita deceſsit. cuius corpus occluſo loculo domum delatum. frequenti populo Principem, ac Senatum concomitante, magnifico funeris apparatu ad Antonij ædem conditum eſt: viſiturque adhuc eius Sepulchrum circa aram maximã Imperatoria ipſius ſtatua auro fulgente conſpicuum: nullius autem vnquam funus maiore omniũ luctu Veneta in vrbe elatum fuit. ita cunctis ciuitatis ordinibus viuus, mortuuſque Piſanus charus extitit, eius loco Aloyſius Lauredanus tãdiu claſſis Imperiũ tenuit. quoad nouus Imperator à Patribus crearetur. is fuit Carolus Zenus. vir pace, Belloque, ac rebus terra, marique clariſsime geſtis inſignis. Qui ſtatim duabus triremibus Venetijs digreſſus in Prouinciam venit. Sed ante eius acceſſum Lauredani ductu Veneta claſsis in Lyburniæ orã profecta Breſcam, Seniamque, illata vi occupauit, ac diripuit. Corricta quoque deditione ab Inſulæ antiſtite facta Venetus potitur: inde ad Bocharim appulſum: oppidoque capto, ac incendio pene abſumpto, cum tota claſſe Parentium Lauredanus venit: quo paucis poſt diebus Zenus applicuit, vbi claſsis Imperio à Lauredano recepto magno turmarum gaudio exceptus eſt. erat enim præter vigorem animi, præſtantiſsimaſque alias animi dotes poſt Piſonem maxime omnibus charus: ſtatimque cum tribus triremibus optime inſtructis. M. Falerium ad tuendam flamminiæ, & piceni agri oram patrum iuſſu dimiſit. is in prouinciam continuo profectus hoſtium audaciam, qui circa Antonem aſsiduis latrocinijs mare infeſtabant, compreſsit. Zenus interim cum claſſe citro, vltroque per ipſam Hiſtriæ, & Dalmatiæ oram diſcurrens fugaciſsimum hoſtem Lygurem, cum quo nauali prælio congredi maxime optabat, nuſquam inuenit: itaque inhorreſcente hyeme, claſſem nulla re memorabili geſta, domum reduxit: nec ita multo poſt ex Senatus decreto Carolus cum trecentis leuioribus nauigijs ad Marani oppugnationem ire eſt iuſſus. Qui celeriter mouens (licet infelicem rei exitum prædixerat) oppidum ad mare poſitũ, paludibuſque vndique cinctum ferociter inuaſit: ipſeque inter primos gregarijs militibus immixtus mœnia ſubijt, hortandoque ſingulos ad rem impigre gerendam in hoſtem inflãmmabat: ſed dum propius ad Muros armatus ſuccedit. Saxum ſuperne deiectum Caroli Galeam violẽto adeo ictu percuſsit, vt præceps ipſe in ſubiectam foſſam deuolutus ſemianimis procideret: inde ſtatim à ſuis abductus, curatuſque, priſtinas vires recepit: demum quum oppidi ſitus inexpugnabilis ob circũadiacentes paludes eſſet: magniſque operibus hoſtis ſe intus communiſſet: ne maiorem aliquam cladẽ locum inexpugnabilem tentando adiret. Zenus inde copias abduxit: in Taruiſinis autem Imperij rebus fluctuantibus ingens clades accepta eſt: nã Caſtrum Francũ oppidum, quia plures menſes ſtipendium militibus, qui in præſidio erant,

Piſani Marſ.

Not. populi ſtudium de Piſano.

Car. Zeni maritimũ Imp.

Al Lauredani geſta

Marani oppugnatio.

Caroli vulnus.

à Veneto

à Veneto datum non fuiſſet: And. Paradiſo prætore eiecto. Carrario Principi traditur, huius oppidi alienatione ingens aliorum locorum defectio

Oppida Amiſſa.

orta eſt. Aſilum enim, Noale, Sacilium, Serauallum, Motta, deditione facta in hoſtium poteſtatem venere: Coneglanum quoque propemodum proditione amittitur: Ad hæc mille, & amplius equites ex Meſtranis Caſtris ad hoſtem tranſiere: Periclitantibus itaque in hunc modum tota continentis ora Venetis rebus, in ſæuiſsimi Tyranni Carrarienſis inuidiam ſtatuerunt Patres, legatione in Germaniam miſſa. Taruiſium cũ ſuis finibus,

Not. de Taruiſio.

ne Carrarius prior eam vrbem rebus ſuis adiungeret, Liopoldo Auſtrię duci publico nomine tradere. Sic enim Reip. melius conſultum eſſe videbatur. Hoſte infenſiſsimo Patauino à ſpe Victoriæ depulſo: qui dominandi libidine accenſus omnia in Italia turbabat: Miſſus eſt itaque Panthaleo Barbus ad Liopoldum ducem in Germaniam Legatus, cum mandatis, ad dedendam ei ciuitatem Senatus nomine. Isque ad conſpectum Ducis ſta-

Ant. Pãth. Barbi orationem.

tim admiſſus, Vetus. Inquit. Veneta in Auſtrios Princeps obſeruantia Patrũ animos impulit, vt oblato tibi Dux Liopolde illuſtris ampliſsimo munere Venetum in Auſtrium nomen ſtudiũ expreſsius declararetur. Nã Bello acerrimo terra, mariq́ue vexati, quantum potuimus, ferociſsimorum hoſtium viribus reſtitimus, resq́ue eo adducta eſt, vt Carrarijs armis Taruiſina ora pene omnis occupata noua nos cõſilia agitare coegit: ſatiusq́ue eſſe duximus (quando in eam neceſsitatem nos fortuna adduxit) tibi Dux Liopolde veteri ſocio, & amico clariſsimam vrbem Taruiſium cum ſuis finibus libere tradere: quam pati, vt eam ſæuiſsimus hoſtis Carrarius tyrannice occupet: proinde quod tibi, Auſtrioq́; nomini fœlix, fauſtumq́ue ſit: accipe clariſsimæ vrbis Imperium, cuncta eius iura, ditionem, dominium, Venetus Senatus tibi tradit: & cedit. Suſcipe Dux Liopolde illam ciuitatem, ac inuictis armis tuis Patauinũ hoſtem, qui eam obſeſſam tandiu tenet. repelle: nec enim dubitandum eſt, quum primum tua ſigna hoſtes in Italia conſpexerint: fore, vt continuo è finibus abſcedant: noſtroq́ue munere tam illuſtris vrbis Imperium fęliciter obtinebis. Ac voto ſuo tyrannus ille defraudatus ſpiritus tantos deponet. Quibus inflatus ad totius Ciſalpinę Galliæ Imperium aſpirare videtur. Sed perfidię ſuæ meritas cito dabit pœnas, & nos iuſtitiæ noſtræ conſcij Deos immortales fautores, propitiosq́ue habebimus: interea Liopolde dux magnanime contractis, quanto celerius potes, copijs, in Italiam deſcẽde: noſtrumq́ue Munus amplexatus, Fortunam, quæ tibi ad Italiæ Imperium adipiſcendum viam aperit: fęliciſ-

Liopoldi reſpõſum.

ſime ſequere: His à Panthaleone prolatis: Liopoldus ad eum cõuerſus benigne Veneto Senatui gratias egit: quod tanta erga ſe munificentia Patres vſi eſſent, illius vrbis Imperium ſibi tradendo. Quæ ſitus opportunitate, ſplendore, magnificentia in Italia primaria haberetur: accipere ſe igitur libentiſsimo animo oblatum munus prędicauit: daturumq́ue enixe operã,

vt tanti

vt tanti beneficij memoria tenaciter retẽta Auſtriani regiminis nullo vnquam tempore Taruiſinum populum pœniteret. Sed dum Liopoldus copias contrahit. In Italiam ad deſtinatam prouinciam profecturus, Taruiſij à militibus, qui in præſidio erant, tumultuatum eſt, nam multorum mẽſium ob ærarij inopiam ſtipendio non ſoluto, in vrbis præſides vis pene illata: verum Boratij Malaſpinæ armorum ductoris authoritate tumultu ſedato fęnore contracta pecunia ſtipendium militi fideliter perſolutum eſt. Nec multo poſt Leonardo Dandulo prætore, M. Zeno, & And. Venerio Legatis abeuntibus, miſſæ ſunt à Liopoldo pedeſtres, equeſtresque Taruiſi im copiæ: quæ vrbem aduerſus Carrarij conatus tuerentur. Nam hoſtes ſub Archuani Buzacharini auſpicijs rem impigre gerebant: quotidieque ad portas vrbis adequitantes ſęde omnia depopulabantur. Qua indignitate Liopoldus motus, celeriter è Germania profectus cum decem millibus lectorum equitum, peditumque ad Conegianum tumultuoſe conſedit: Archuanus audito Barbari aduentu ne aliquam maiorem cladem adiret, magnis itineribus fugienti ſimilis abijt: Liopoldus vero tranſmiſſo Anaxo ſluuio cum multis illuſtribus viris Taruiſium ingreſſus eſt: in vrbemque magna vi tritici, vini ac rerum omnium ſubito inuecta: vno eodemque tempore & Bello, & fame ciuitas leuata vtroque periculo. In quo diu verſata fuit. Liberatur.

Taruiſii tumultus.

FINIS.

PETRI IVSTINIANI
RERVM VENETARVM HISTORIA.
LIBER SEXTVS.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

AMISSO Veneti Taruiſio poſt tertium, & quadrageſimum Scallani Belli Annum quo ea vrbe potiti ſunt, tanta tamen animi magnitudine, & cōſtantia in cælando huius cladis dolore vti potuere, vt Legatos etiam ad Liopoldum miſſerint, qui illi fęlicē acceſſum, nouumq́ue Taruiſij Principatum Senatus nomine gratularentur. Iac. Delphinus, Pet. Hemus, Ber. Bragadenus, Mar. Memmus, & Albertus Contarenus, Legati fuere. Quos magnis honoribus Liopoldus excepit, valido poſtea in vrbe militum præſidio relicto in Germaniam reuerſus eſt. Zenus interea naualis Imperator claſſem in hoſtes agens maritimum bellum egregie adminiſtrabat. nam directo in Græciam nauigationis curſu ad duodecim Illyrici nominis nauigia in Dalmatiæ ora cœpit. Sublatisq́ue rebus, ac remigibus eductis, ea incendio abſumpſit. nec multo poſt circa Peloponeſſum Cetheam Lyguſticam medio mari aggreſſus oppreſsit: inde ad Maleam promontorium conſedens Simonetum Michaelem ex Creta cum decem triremibus venientem obuium habuit. Quibus cæteræ claſsi adiunctis vnius, & triginta triremium numerus eſt expletus: harum decem ad præſidium vrbis miſsis ipſe cum reliquis in hoſtes vadit. Ad iuncumq́ue Lyguſticam vnius, & viginti longarum nauium claſſem Zenus adeptus perquam vaſtum maris ſpacium toto die fruſtra inſecutus eſt. nam ad veſperam iam ſe tenebris intendētibus velis, remisq́ue innixus Lygur ex oculis euanuit. indignatus Venetus alio curſum flectens ad hoſtium fines deuaſtandos ire cōſtituit, omni itaque Adriatici, Aegei, Ionij, Tyrrheniq́ue maris tractu proſpere emenſo in Lyguriç oram impetum fecit. Qua longe, lateq́ue deuaſtata ſex longas hoſtium naues intuitus, aliquandiu perſecutus eſt. Illis autem celeri curſu fugam arripientibus ad veneris portum Venetus ſe recepit, vt turmas in remigando, peruigilioq́ue defeſſas recrearet. ibiq́ue quattuor, & viginti Genuenſium triremes Duce Iſnardo Guarco è Dalmatia nuper tacito acceſſu profectæ latitabant, vt Zenū inopinantem aggrederet: parūq; abfuit, quin Venetus ab hoſte interceptus claſſe tota exutus fuerit: famaq; totam Italiam impleuit. Lygurem Venetam claſſem oppreſſam, captamq; deleuiſſe: quare à Genuenſibus, qui Piſis negociabantur,

Legati ad Liopoldū.

Genuēſiū fuga.

Not. Car. Zeni curſum.

victoria falſo vulgata maxima vanæ lætitiæ ſigna ea in vrbe ædita ſunt:Ze
nus autē incolumi claſſe in Peloponeſſum reuerſus quinq; triremium ſup-
plementum à Senatu accepit.quas Ludouicus Lauredanus vir impiger du-
xerat:claſſe itaq; aucta oram in inferi maris denuo Carolus aliquod egre-
giū facinus, in hoſtes edendi cupidus ire pergit.Summo enim vir acerrimus
deſiderio flagrabat:cū Lygure dimicare:Nec ille,dū hęc Venetus gerit:om
nino ĩ ocio fuit:nā ſeptē,& viginti triremibus cōtractis ĩ Adriaticū ſinū ir-
rūpēs Iuſtinopolim iterū cępit:fędeq; vrbē direptā, ac incēsā magna clade
affecit.ea poſteà dimiſſa ad Zeni conatus inhibēdos in Lyguriā reuertit:&
quū per ſex,& amplius annos Veneti cū Lygure, & ſocijs grauiſsimū bellū
varia fortuna geſiſſent: Diuino tādē nutu factū eſt: vt Aymō Allobrogū
Dux cōponēdę pacis inter vtrāq; partē curā ſuſciperet: miſitq; ob id Vene
tias ad Patres Torcellanū Antiſtitē natione Gallū,qui ad illū in Allobrogas
oratores à Senatu mitti peteret.Legatos quoq; hoſtiū Aymonē ad ſe accer
ſiſſe aiebat.ſperare,pinde auditis hinc ĩde partiū iuribus pacē poſſe cōpone
re:Tres igitˀ Legati viri in Rep.cōſilio,& authoritate Primarij,Mich. Mau *Legati in Allobrogas miſsi.*
rocenus,Zach.Cōtarenus,& Ioā.Gradonicus,ad Barbarū miſsi ſunt:vene-
re & à Rege Pānonię oratores Valētinus quinq; Eccleſię, & Paulus Zaga-
brię Epiſcopi.Et a Marquardo Patriarcha Aquileię Geor. a Fortis iuriſcō
ſultus,Fed.Saurognanus,&Nic.Gābini,Legati Genuēſiū fuere,Leo.de Mō
taldo,Frā. Embriatus,Neapolio Lomellinus,& Math. Maruffo,pro Carra
rio aūt Principe legatione hos functos fuiſſe accepi. Thadeū de Azagudis
equeſtris ordinis, Ant.de Zachis,& Iac.Turchetū,ambos iuriſcōſultos: Dū
pax ab oratoribus agitur, crudele facinus Lygures in Venetos captiuos Ge
nuę perpatrarūt.nāq; ijs adeo maligne victus ſuppeditatus fuiſſe dicitur,vt
ad trecēti,& amplius ſqualore,inediaq; perierint:Nec defuerunt,qui crede *Not. Genuēſiū impietatem.*
rēt:cibaria a crudeli hoſte veneno infecta captiuos miſerabiliter enecaſſe:
quorū corpora in mare etiā crudelis hoſtis proiecit: Ad eā famā adeo ciui-
tas ira æſtuās cōmota eſt,vt cōtinuo in terram nouā publici carceris locum
a populo ſit concurſum:ac refractis portis vix ab iniuria in Genuenſes, qui
in vinculis erant:tēperatum: Sed in vltionē panis cum modica aqua in ci-
bum cęptus eſt dari:mulierumq; miniſteriū admititur: quæ pie illis ad vi-
tæ cōmoda operā ſuam præſtabāt.Nec diu tamen in hac auſteritate ciuitas
perſeuerauit:Quin ad priſtinā clemētiā recurrens omnia illis priora cōmo
da reſtituit: Ac per eos dies tres Lyguſticæ triremes à Iaderę portu erūpētes
quatuordecim Venetorum nauigia vino onuſta,circa Piſaurū oppreſſere:
cōbuſtiſq; nauibus inde Lygur profectus quicquid littoris a Piſauro Clo-
diam vſq; protenditur,in prędam vertit.Hinc ſtatim,ne Venetis armis me
dio mari opprimeretur:Iaderam regreſſus, in tutum abijt.Et quia allatum
erat,Lyguſticā claſsē iā vere appetente ſupplemento vehementer auctam
Genua intra paucos dies exiturā, eſſetq; interim Zenus cum claſsis robore

in hoſtiũ finibus procul à domo: Veriti patres, ne quis ſubitus à Lygure incurſus nouę claſsis aduẽtu in vrbẽ fieret. Dant ſedulo operam, vt circa portũ pro vrbis tutella munitiones validiſsimę erigerentur: Cõſtituunt quoq; ad Nicolai fanum peditum, ac equitũ aliquot centurias, cum octo lõgis nauibus optime inſtructis: Quibus Nicolaus Michael præerat. Factumq́; eſt, vt vno, eodẽq́; tempore & Venetus, & Genuenſis ille Lyguſtica, hic Adriaca littora naualibus armis hoſtiliter ĩfeſtaret: Erãtq́; vtriuſq; populi res ad hoc vſq; tẽpus bello prope pares nã hinc, inde clades illate, & acceptæ, fortunam ęqualem reddebant. Genuenſes ad Antiũ victi, Veneti ad Polã, illi Clodiã, hi Catharũ expugnarunt, ad Sipõtũ cladem Venetus nõ paruã accepit, Lygur ad Brundulũ ruina põtis, ac ferro ad internitionẽ prope deletus: A claſſe Veneta Tyrrhenum, Lyguſticumq́; mare obſeſſum, nec Adriaticus ſinus Genuenſiũ armorum expers, Polenſi victoria inſolens hoſtis, Clodię receptione Venetus, Iuſtinopolis bis amiſſa, bis recepta, Tergeſtina defectio Venetis aduerſa, Tenedus pręter arcem Imperio parta, Lyguri circa Hiſtriã res proſpere, in Taruiſinis aduerſę, Auſtriũ nomẽ hoſti formidoloſũ, Pãnonicũ Veneto, hoſtiliũ armorũ fragor circa vrbem ſępe auditus, nec Lygurię ora Veneto incurſu tuta, ęquali itaq; martis fortuna Veneti, Lyguris, & ſociorũ ad pacem Aymonis Ducis hortatu facile animi inclinarunt: quæ his cõditionibus ſecuta eſt, vt captiui vtrinq́; reſtituerentur, Patauinus Princeps Caputagere, & Morantianũ oppida Veneto redderet, ille turrim Coraniam, & è Tenedo militari pręſidio abducto inſulam Dux Allobrogũ ſuis armis biennium cuſtodiret. militiq́; à Veneto, & Lygure ſtipendiũ ſolueretur. Biennio exacto Arx dirueretur, ne amplius Venetus, aut Lygur inſulã occuparet: Ad Tanaimq́; interdicta vtriq; nauigatio, qui locus ex veteri ęmulatione rixarũ inter ipſos ſępe fomes fuerat: Florẽtiniq́; ob id ducentis millibus vadati: additũq́; his cõditionibus quidam fuiſſe tradũt, vt decimo quoq; anno ſeptẽ aureorũ nũmũ millia Veneti Ludouico Regi ſoluerẽt: illeq́; ob id Dalmatię orã à Pyratarũ incurſibus tutã redderet Chinatiũ aũt Taruiſinũ. qui hoc bellũ diligẽtiſsime ſcripſit: Sabellicus ait, nullã prorſus de pecunia à Venetis Regi ſoluẽda mentionẽ feciſſe: Hunc finẽ habuit bellum hoc grauiſsimũ Genuenſe: vtriuſq́; partis cladibus terra, mariq́; nobilitatum: nã ſupputatione facta eo bello ſupra octo millia Lyguſtici nominis perijſſe dicũtur: Venetorũ aũt paulominus, atq́; ex quattuor millibus hoſtium, qui Clodia recepta. Captiui in carcerem Venetias miſsi ſunt: duo millia, & quingenti diuturni carceris fętore, & tędio periere: reliquis, qui ſuperſtites fuerant abeuntibus, quia ſeminudi è cuſtodia exibant, Venetę matronæ collata pecũnia indumẽta omnibus præbuerunt: Viaticũ ad hæc, ne longo itinere mendicare cogerentur. benigne datum, pace firmata, Zenus, Qui ex Peloponeſſo in oram inferi maris nouiſsime nauigarat: publicis litteris domum reuocatur: Iſq́ue gemens fremenſq́; ex ipſa penè hoſtium

Munitio portus.

Not. fortunam ęqualitatem.

Pax, & eius cõditiones.

Not. matronarum Venet. pietatem.

 ceruice

ceruice reuulſus, claſsẽ domũ reduxit. Verũ enim vero ſiquis diligẽter animaduertat. pares ſane in hoc bello vtriuſq; populi animos, fortunãq; duarũ maximarũ ciuitatũ prope ęqualẽ inueniet. vtraq; naualibus armis clara, Imperij eadẽ magnitudo, ſimilis, regẽdę Reipu. forma, viri apud Venetos, Lygureſq;, pace, belloq; eximij. In his Lucianus, & Pet. Doria, ĩ illis Victor Piſo, & Tha. Iuſtinianus magni nominis Duces, ſed lõge oĩum Carolus Zenus terra, mariq; Imperator maximus, ac vir prudẽtia, & fortitudine nemini Secũdus: pace aũt inter Venetos, & Lygures firmata: Diſsimiles ſtatim caſus vtrũq; populũ excepere. Veneti enim bellũ cũ finitimis Principibus gerẽtes, captis eorũ ciuitatibus fines Imperij propagarũt. Et ſui nominis gloria maximis terra, mariq; rebus geſtis toto terrarũ orbe illuxit. Lygures cõtra rebus earum in deterius labentibus è priſtina fortuna excidentes Gallorum armis ſubacti ſunt: Libertateq; amiſſa in hunc vſque diem aliena Imperia patiuntur. At Veneti tanto defuncti bello ne fidei publicæ deeſſent. Conſiliarijs Paulo Mauroceno, Andrea Donato, Nicolao Michaele, Franciſco Boccolo, Lucha Gradonico, Ioanne Barbo, vnaque rerum capitalium triumuiris Ioanne Gradonico, Andrea Mauroceno, Blancho Hemo Legem ferentibus, ad triginta ciues, qui medio ardore belli Rempublicam priuatis opibus pie iuuerant: ad patricium ordinem traduxere: Reliquis Pecunia ſatisfactum: cæterum Tenedi reſtitutio Ioannis Mutatij præfecti pertinaccia rem Venetam aliquandiu ſollicitam habuit: is enim à Panthalcone Barbo ad id miſſo Senatus nomine admonitus, vt arce excederet: Eamque Aymonis Allobrogum Ducis nuncio iuxta pacis conditiones quàm primum traderet. ſpretis Ducalibus mandatis is inſulæ ſuis auſpicijs defendendæ contra qualeſcunque belli minas curam ſuſcipere auſus eſt: Miſſa quoque alia Legatione inexorabilis hominis animus nequaquàm flecti potuit: itaque rem armis gerere patres ſtatuerunt: Hoſteq; patrię Mutatio iudicato, in eum ſtatim claſsis decernitur: Cuius Imperium Fantino Georgio viro impigro eſt datum. iſque celeriter mouens vbi Tenedũ venit. expoſitis in terram militibus, oppidum acri oppugnatione adoritur. multiq; vtrinque telis, machiniſq; belliſcis lacerati periere. tum manifeſte apparuit, non publicam Veneti Senatus, ſed priuatam Mutatij præfecti in retinenda inſula culpam eſſe: cuius vnius temeritas tam atrox bellum exciuerat. Et quum per ſeptem, & amplius menſes Teneden ſes obſeſſi deficiente commeatu in maximam rerum omnium inopiam incidiſſent. deditio tandem ab his facta eſt. Mutatioq;, & qui cum eo fuiſſent, venia data, atque omnia ex fœdere præſtita: Nec ita multopoſt Ludouicus Pannoniæ Rex Venetorum hoſtis acerrimus vita deceſsit: & Carrarius Princeps, qui adhuc aduerſus Liopoldum Auſtrię Ducẽ in armis erat. Taruiſinã rem infeſtare non deſinebat: maioriq; aliquanto, quàm antea conatu bellum gerens tot, tantiſq; cladibus Barbarum afflixit: vt rerum deſpe-

Conſiliarii.

Triginta Ciues i patritium ordinẽ aſcripti.

Ant. Mutatii pertinaciam.

Fant. Georgius.

Lud. Pannoniæ Regis interitus.

Taruiſiũ Carrarius occupat. ratione Liopoldus adactus Taruiſium cum ſuis finibus Carrarienſi certis conditionibus ceſſerit. Interim Contarenus Princeps quartodecimo Ducatus ſui Anno per varios bellorum caſus circunacto, diem extremũ obijt: in Prothomartyriſque Aede funebri oratione Laudatus, tumulatuſque eſt: erectaque ei ſtatua in comitijs auro fulgens, cum Tullij, Boetijque elogijs marmore inciſis: Michael Maurocenus Principatum magno patrum conſenſu poſt Contarenum aſſequitur: legemque de ſiccarijs eo Principe latam aiunt: vt qui hominem occidiſſent, ſecuri ſubijcerentur, quum ad eã diem laqueo pœnas darent: ciuitatemque ipſe optimis ſane ornaſſet Maurocenus inſtitutis, niſi morte intra quattuor mẽſes ſublatus publica vti adminiſtratione diu potuiſſet: in gemellorum æde marmoreo tumulo ſitus eſt: Antonium Venerium tum Cretæ præfecturam gerentem Patres illi ſurrogarunt: ſingulari virum prudentia, & generis nobilitate clarũ: frequẽs Senatus vrbem intranti prodiuit illi obuiam, miraque omnium lętitia eius aduẽtus celebratus. Nam ſeptennio Reip. cauſa domo abſuerat, egregijſq; terra marique rebus geſtis nominis ſui fama ciuitatem totam impleratme rito igitur ad Principatum Venerio euecto, poſt paucorum annorum ſpacium Bellum in Italia ingẽs inter Scallanum, & Carrarium Principes exarſit: ijſque vario marte inuicem decertantibus. Ioannes Galeatius, cuius in inſubribus Imperium amplum, præpotenteſque erat. Veronæ ſubigendæ cupidine accenſus Scallanum bello aggredi ſtatuit: coactiſque ſtatim copijs in eius fines irrumpit. Nec diu ille Galeatij viribus, reſiſtere potuit, armis enim victus Principatum amiſit. Inde (vt ſunt immoderati mortaliũ affectus) ac inſatiabiles, effreneſque cupiditates, non contentus vicecomes Scallanum Principatu eiecijſſe: Carrarium quoque bello aggreditur: Veterum igitur Venetus memor iniuriarum cum Galeatio in Patauinum Tyrannum ſocia arma iunxit: inſtruuntur quadraginta, & amplius leuiora nauigia ad Bellum aquis in hoſtem gerendum per commoda. Hiſque Iacobus Delphinus præficitur. Qui ſtatim nauali illa manu mouens omnia ferme oppida, & loca, quæ in ſtagnis, & ad fluuiorum oſtia Carrarius habebat. ſubito acceſſu occupauit, & ex altera parte Galeatius intra continentẽ maximis hoſti illatis cladibus, poſt oppida circũiecta partim expugnata, partim ſponte dedita, Patauium tandem cœpit: ac Franciſcum ſeniorem in ſuam poteſtatem redactum Medocciæ ſub cuſtodia aſſeruandum in inſubriam miſit. Taruiſium quoque ſubactum Venetis ex fędere traditur: ita Carrarij opibus euerſis, Paternoque amiſſo principatu. Nouellus filius media trepidatione elapſus in Germaniam ad Rubertum Bauariæ Ducẽ confugit, ab eoque benigne exceptus eſt. poſtmodum (ita res humanas fortuna voluente) quum Galeatius Bononienſibus, & Florentinis arma intuliſſet, cæpere Italiæ populi eius conatus non parum ſuſpectos habere. Itaque ne malum latius ſerperet, Veneti, Florentini, Bononienſes, eſtenſis, Gonzaga

Marginalia: Michael Maurocenus Dux. lxi. 1382. — Not. legẽ. — Ant. Venerius. Dux. lxii. 1382 — Fędus cũ Galeatio in Carrarium. — Taruiſiũ Veneti recipiunt. — Nouũ fœdus.

zaga, Malateſta ſocijs armis fœdus in vicecomitem percuſſere: ipſe vero
magno animo Bellum ſuſcipiens ingentem contrahit exercitum: nam qua
draginta hominum millia in Caſtris habuiſſe dicitur: Mantuamque Gon-
zago nomini infeſtus terra, & aquis adortus obſidione cingit. At Veneti ſo
ciæ vrbi opem ferentes ingentem vim nauium ſubito comparant. In Min-
tiumque Amnem claſsis progreſſa ferociſsimi hoſtis audaciam cōpreſsit:
multaque cæde inſuber ab vrbe repulſus obſidionem ſoluere coactus eſt.
Nec ita multo pòſt contracto ad Gouernolum vicum certamine, Galeatij
copię à Carolo Malateſta ſociorum exercitus Imperatore profligātur, quą — Galeatii copię fusę.
re ade Patauium, Veronaque vrbes deficientes ad veteres Dominos Car-
rarium, Scallanumque rediere. Nam Nouellus ignoto habitu in Italiam re
uerſus auxiliari Bauariæ Ducis manu, ac Venetis aperte fauentibus, Pata- — Carrarius Nouellus Patauium recipit.
uium ingreſſus vrbe potitur: Veronenſes & ipſi nouarum rerum cupidi ad
arma concurrunt: accerſitoque ex Hetruria Antonio Scalla, Galeatij præ
ſidium ex vrbe expellunt: ſed ille paucis ante diebus vita exceſſerat. In ma-
gno itaque periculo ciuitas conſtituta ob ſubitam defectionem, Galeatij
fidem implorat: qui copijs celeriter ſub Vgoloti Blāchardi Imperio Vero-
nam miſsis. vrbē recepit: eamque miles prædę cupidus tumultuoſe ingreſ-
ſus hoſtilem in modum diripuit. Multaque alia ardentiſsimo bello geſta di
cuntur. Sed quia illa ipſa parum ad noſtram hiſtoriam pertinere video, prę
termittenda duxi. Pax vero pòſt varios bellorum motus in decem annos
ſecuta afflictis Italiæ rebus. non magis opportuna, quàm ſalutaris fuit. Ve- — Pax.
nitque per id tempus Venetias Auſtriæ Dux, & Galliæ Regis nepos. pro-
ficiſcendi in Syriam cauſa ad Chriſti regis noſtri ſepulchrum viſendum:
quibus à Patribus itum eſt obuiam: magnique publice exhibiti honores,
duabusque earum nomine inſtructis triremibus, in Syriam vterque naui-
gauit: vrbe interim pacis ocio fruente publica quædam ædificia magnificē
tiſsimo opere conſtructa ſunt: & ad Riuūaltum area quadrato lapide in-
ſtrata: & illa quę ante auream aedem late ſpaciatur. Lateribus exculta: Ma-
gnaque hoc tempore Vrbanus. vj. Pontifex Maximus impietate vſus eſt.
Qui duodecim Cardinales nullo Deorum metu habito Genuam nauigās
ſaccis inuolutos medio pelago demergi iuſsit, ea prętenſa cauſa, quod ij cō
iurationem aduerſus ſe cum Neapolitano Rege Carolo, & pſeudo Ponti-
fice inijſſent, nā diro tūc Sciſmate Dei Eccleſia laborabat, ob Cardinaliū,
ex Gallica gente factionem. Interim Venerius Princeps quum decem, &
octo annos Reip. præfuiſſet: Senio confectus fatali hora extinguitur: Ma-
gnamque ex eo tulit laudē, quòd Aloyſium filium damnandum cenſuerit,
ea de cauſa, quòd patriciæ matronæ cuius amore adoleſcēs deperibat. ędes
in mariti inuidiam probro contaminaſſet, ita ſeruato legum, iuriſque or-
dine, auctoque Imperio, Maximus Princeps inexplebilibus omniū viuens,
defunctusque laudibus concelebratus eſt: erigiturque ei in Gemellorū tem
plo

Mich.Stenus. Dux. lxiii. 1400. plo ſublime monumentum. In demortui Venerij locum Michael Stennus ſuffectus ducalem adminiſtrationem ſuſcepit: multaque in illius gratiam ſpectacula, ludique publice æditi ſunt à populo: At non expectata maris clades non parum ciuium gaudia turbauit. Nam ſex triremes Aegyptia, Syriacaque merce onuſtæ: Leonardo Triuiſano præfecto, ad Hirenem in Egeo mari procelloſa ſubito tempeſtate actæ naufragium fecerunt, magnoque damno ciuitas affecta eſt: Ac ſub id tempus Rubertus Imperator cum Vxore Venetias ex Germania veniſſe dicitur. vbi à patribus maximis honoribus exceptus Maritimæ vrbis ſitum nouum, ſtupendumque eſt admiratus: is poſtea à Galeatio in Cremonenſi agro victus Tridentum ſe trepide recepit. Inde omnibus fere exutus copijs in Germaniam abijt. At noui Genuenſium motus rem Venetum non parum turbarunt: ſtruxerant illi Gallorum Regis opibus (ſub cuius ditione erāt) vnam, & viginti Triremes cætheasque aliquot naues: quarum Imperium Bucicaldo natione Gallo viro fortiſsimo demandarant: isque ſimulans, Genuēſes claſſem in Cypri Regem comparaſſe, ex Tyrrheno in Pamphilium mare nauigauit: & ad Scandellorum Ciliciæ oppidum orta ingenti tempeſtate adeo tota claſsis concuſſa eſt: vt ex vna, & viginti triremibus duodecim tātum euaſerint, reliquæ male habitæ ad vnam periere: Hinc poſtea profectus Bucichaldus animo in Venetos infeſto in Syriam curſum tenuit: Berythumque vrbem maritimam ſubito incurſu inuadens armis occupat, ac fœdere violato Venetas naues, quæ tum forte in portu erant, hoſtiliter diripit: ex Syria inde prǽda onuſtus in Peloponeſſum venit: vbi Carolus Zenus cum vndecim triremibus ſtationem habebat: qui Bucichaldi inſultus iniquo animo ferens modico interuallo eum toto mari inſequebatur: ad dimicandumque paratus nullo loco deerat: Lygur quoque omnia circumſpicere. Ita Bucichaldus, & Zenus, ille inſidijs intentus, hic ad eas prǽcauendas erectus, maria perluſtrabant: Nec diu tamen Venetus hoſtis arrogantiam ferre potuit: eius enim iniurijs adactus prǽlium capeſſere non dubitauit: datoq; ſigno in Lyguſticam claſſem, quæ ad iuncum cōſederat, eſt properatum: ac ſub ipſum Zeni acceſſum acre prælium committitur, circundantque ſtatim Bucichaldi iuſſu Prætoriam Zeni triremem tres longæ Genuenſium Naues, harum tamen impetum diu ille ſuſtinuit, cętabaturque diſpari omnino conditione, ſtabant enim in ſingulis hoſtinm triremibus præter legitimas turmas quadraginta Galli milites fulgentibus armis tecti, qui fortiſsime pugnando Venetos grauiter premebant: ipſe tamen Zenus Imperator in conſpectu omnium armatus aderat, hortabaturque ſuos eo, quo eminebat animi vigore, huc, & illuc per prætoriam triremem curſitans, multisque telorum ictibus ſcuto transfixo acerrime pugnabat. Sed viribus Lygure præualente ægre hoſtium venetus impetum ſuſtinebat, ſed duarum triremiū opportunus aduentus Hermolao Lombardo Duce, ex longinqua negociatione redeuntium

Margin notes: Not. Genuenſium claſſem. — Card. Zenus. — Not. laborioſum certamen.

redeuntium rem pene inclinatam erexit: nam earum acceſſu ſubito fortuna mutata eſt: auctiſque viribus Zenus pugnam ferocius inſtaurat. Facinuſque in hoc conflictu à noſtris æditum legitur memorabile. nam dū acerrime vtrinq; pugnatur. Veneta longa Nauis, cui Marinus Piſanus præerat, in hoſtilem triremem Saulam nomine plenis velis impetum fecit. Singularique arte noſtri vſi vela ſtatim inciſis funibus ab alto demiſere, eaque ſuper hoſtium triremem cadentia remiges, nautaſque totos operiūt, iiſque inextricabili tegumento inuolutis, implicitiſque (veluti irretita Auis) triremis capitur: quattuor tamen horis cruento marte à reliquis pugnatum eſt: demum Bucichaldo multum indignante victi Lygures tribus longis nauibus demerſis, ac totidem captis, turpiter ceſſere: quingentique ex his partim ferro, partim flammis, vndiſque periiſſe dicūtur: ac octingēti capti: in quibus fuere Paulus Saulus Lygur, & Caſtermorantius gente Gallus, viri inſignes. Veneti quoque haud incruentà victoria potiti ſunt: quippe qui ſupra centum, & quadraginta ex omni numero occubuere: Zenuſque Imperator Saucius è pugna exceſſit: atque eius Admiraldi Aegidij Nigri in ea pugna virtus maxime enituit. Genuenſes ſex amiſſis triremibus cum reliquis domum ſe mœſti receperunt. Zenus quoque victricem claſſem in Patriam reduxit: captiuiq́ue in vincula publica cuſtodia coniiciuntur: inter quos quidam Gallus genere quum tædio carceris ira accenſus palam dixiſſet: ſperare ſe quandoque fore, vt breui Veneto ſibi ſanguine manus ablueret: dirū Barbari omnem Patres execrati vno ordine Gallum ad geminas columnas laqueo necandum cenſuerint. Delectique ſunt ab Innocentio vij. Pōt. Max. tres Cardinales. Angelus Carrarius Venetus, Petrus Philargi Cretenſis, & Odo Columna Romanus, qui omnes vnus fere poſt alium ad Ponti ficatum euecti Apoſtolicæ ſedi magna cum laude diu præfuere: ac per id tempus Franciſco Carrario Iuniore Paduæ Principatum tenente nouum bellum inter eum, & Venetos in Italia ſubito exarſit. is enim Beneficiorū immemor quòd aliquot ante annos Venetis iuuantibus eiecto inſubre Patauinum Principatum recuperarat: ingratiſſimo tamen animo ſupra quā dici poteſt Venetum nomē oderat: omniaque enixe agebat: vt Italorum, exterorumq́ue Principum arma in Remp. conciret. Patres, & ſi non ignorabant, quo ille eſſet in ſe animo. Pacis tamen cupidi Bellum auerſabantur: diſtuleruntque illud tantiſper. Quoad nimijs iniurijs ad acti pacis conſilia abijcere coacti fuerint: nam poſt Galeatij obitum ad ampliandos Principatus ſui fines Carrarius intentus Scallanis Veronam, qui vrbem receperant. Veneno ſublatis, occupat: nec tam opulentæ vrbis Imperio contentus. Vincentiam quoque armis ſubigere tentauit. Ciues autem illi à Carrario nomine abhorrentes miſsis Mediolanum Legatis. opem à Catharina Galeatij Ducis defuncti coniuge implorant. Ipſa & ſi Vincentinam rē ſaluam eſſe cuperet. Viri tamen morte conſternata petita verecunde abnegauit

Att. admirabile vaframentū.

Bucichaldus vincitur.

No. Galli ſupplicium

Bellū cum Carrario.

Not. mulieris conſilium.

ſtirpe Romana ortus,ac bellica diſciplina inſignis magno Senatus cõ ſenſu
militareImperiũ ſuſcepit:At hoſtis Venetorũ conatibus vbiq;occurrẽs ali
quot nauigia ad Medoacũ Harpagonibus in terrã traxit:vbi M.Grimanus
pręfectus capitur:& ex altera parte Sabelli ductu res proſpere geri cępta.nã
loca quędã ĩ Patauino ſunt expugnata.fugatiq́; ſępe hoſtes: Verũ ferocior
tyrãnus in dies ferebatur.apparuit,itaq́; maioribus viribus eũ oppugnari,fa
tigariq́; oportere: Nouas proinde copias largo ſtipendio cõtractas ad Ve-
ronam infeſtandã Senatus decreuit:Hiſq́; Franciſcus Gonzaga vir acer, ac **Fr. Gonzaga.**
belli ſocius præficitur: nec mora Veronenſes ille ſubita vi adortus omnia
ferro,igniq́; deuaſtat:incẽdiaq́; domorũ,ac pręclas hominũ, pecudũq́; agit.
fugaq́;,ac terrore paſsim incuſſo,Hoſtiliã expugnat: Tũ Carrarius duplicis
belli onere preſſus rebus ſuis timere cępit.à duobus enim validiſsimis exer-
citibus Patauinus,Veronenſiſq́; ager vexabantur, nouaſq́; quotidie clades
illi cuncta vaſtantes inferebant,Carrario autẽ vires impares erant: quibus
hoſtium impetus reprimi poſſet: His igitur malis circũuentus ad Albertũ
Eſtenſem Ferrarię Principem Nouellus confugit:eiuſque fidem implorat:
Ille fortunam affinis ſui miſeratus Venetis bellum infert: Filiã enim ſuam
Liliolã nomine Carrarius Nicolao Alberti filio matrimonio locarat. cõ-
moti ea iniuria patres tertium exercitum cõparant. Acciumq́; Eſtẽſem ex
Creta reuocant.quẽ in Ferrariẽſes cũ ingenti armatorũ manu cõtinuo mo
uere iubent.Claſsis quoq; paratur.ſub Ioãnis Barbiviri fortiſsimi Imperio. **Claſsis in Ferr. Ducem.**
Eaq́; per Padi fluẽta acta ingẽtẽ hoſtibus terrorẽ iniecit. multiſq́;,& varijs
pręliorũ euẽtibus circa Ferrariã aliquãdiu bellatũ eſt:&quũ iã aquis,terraq́;
res ſuas Eſtẽſis periclitari Venetorũ armis cerneret.poſtpoſito Carrarij di-
ſcrimine inclinare cępit Alberti animus ad pacẽ. quæ his conditionibus ei
à Veneto Senatu data eſt,vt ſal ad comaclum amplius non fieret.Polcſinũ
Albertus reſtitueret. Venetũq́; magiſtratũ qui Vice Dominus appellatur, **Vice Dominus Ferrariæ.**
quotãnis Ferrarię acciperet, polliceretur pręterea ſolẽni iuramẽto interpoſi
to ſe in Venetorum amicitia perpetuo pace,belloq́; manſurũ: Sedato Fer-
rarienſi in hac parte tumultu.In Patauinis haud ſegnius bellũ gerebatur,ha
bebat Venetus caſtra ad cãpũ Nucariũ. Hoſtiſq́; in omnes occaſiones intẽ
tus cũ lectiſsimo equitatu haud procul aberat. cõmittebãturq́; leuia pręlia.
poſtea cũ parte copiarũ Sabellus ad Baſſanellũ cõſedit.In quẽ Frãciſci filius
cognomento Tertius iuuenis ferox repẽte impetũ faciẽs tanta animi ala-
critate in mediam Venetorum aciem penetrauit: vt prius per multorum
cædẽ,& ſanguinẽ militaria ſigna abſtulerit.quàm quiſquàm inopinato ter **Tertius proſpere pugnat.**
rore perculſus illi occurrere ſit auſus: Sabellus tamen Imperator haud ſatis
decoro habitu è tabernaculo exiliens in tanta trepidatione ſuos reuocare,
increpare, hortari, in aciemque milites diſponere, quo animaduerſo ve-
ritus hoſtis ne iniecto certamine cogeretur, collato pede cũ omnibus co-
pijs pugnare.receptui cecinit: Acieq́; excedẽs veluti Victor Tertius ablata

Venetorũ ſigna in vrbẽ rettulit:ſunt qui tradãt,ad Mãſſanũ pugnatũ: adẽptosq; tumultuario prælio Venetis equites ſexcẽtos: nec eo ſucceſſu diu hoſtis lætatus eſt:nã oppida aliquot tã in Patauino, quàm in Veronenſi à Veneto expugnata amiſit.Interim Sabellus contracta graui ægritudine intra paucos dies vita exceſsit:eius obitum acerbiſsime Patres tulere:ob ſingularem viri in Remp. fidem,& eximia pacis,belliq; decora,corpus eius Venetias delatum magnificentiſsima funeris pompa ad Minorum ædem cõcomitante Principe,& Senatu,tumulatum eſt: Equeſtrisque ei ſtatua ante ſacrarium ſiniſtrorſum erecta:Galeatius Grumellus decreto patrum copiarũ Imperium Sabelli loco ſuſcepit:hic ita impigre rẽ geſsit,vt eximiũ ſummi Imperatoris in eo officium præſtaretur: Iacobus interim Surianus ex Vincentia ad Veneta caſtra in Veronenſem agrum cum cohorte vna delatus in hoſtium inſidias ad Suauium præcipitatus fuſus, captuſque eſt. At Veronenſes longa,grauique obſidione fatigati, iam ad deditionem ſpectabant: Carrarioque nomini infeſti res nouas quotidie in vrbe moliebantur: Timenſque ſibi Iacobus Carrarius qui Veronam præſidio tenebat.ad euitandas inſidias clandeſtina fuga ciuitate exceſsit:ac Hoſtiliam primum ignoto habitu profugit:Inde dum Padum traijceret,in Ripa fluminis à pabulatoribus captus Venetias ſub fida cuſtodia perductus eſt, euocatum autem Franciſcum Gonzagam, qui cum Florenti Venetorum exercitu ad primum vrbis lapidem ſubſederat: Ciues patefactis repente portis intra Veronæ mœnia admiſerunt: Tam inſigni vrbe Veneti potiti ingentem animis lætitiam concepere:multoſque dies ludis, ſpectaculisque operata lætabunda ciuitas egit:nec immerito: Eſt enim Verona vrbs maxime inſignis, celeberrimumque inter cæteras Ciſalpinæ, Galliæ vrbes nomen retinet: nam præter egregiam mœnium ſtructuram,& ambitum, tota ferè vrbs, tã ad meridiem,quàm ad ortum,& occaſum brumalẽ cõuerſa æquo ſolo poſita recũbit:Ad aquilonem collis illi leniter aſſurgit,vallemque efficit:quæ vinetis, pomarijs, arboribusque abundans virentibus,ſuauiſsimum reddit, proſpectũ,Atheſisq; laudatiſsimus Italię fluuius mediã interſecat vrbẽ,plureſq;admiranda mole põtes rapaciſsimo amni impoſiti.ſpectantur:ad hęc in ſummo Cliuo duę celeberrimę ſunt arces,quarum vna ad extremã Atheſis ripam poſita fluuio irriganti penè incubat. altera eminentiori loco ſedens in circumpadanos cãpos lõge lateq; ſpatioſum expãdit intuitũ, Amphytheatrũ quoq; nobiliſsimũ media vrbe aſſurgit: in quo veteres arcus, ac mille alia antiquitatũ viſunt veſtigia:Adde in circũiectis agris abũdãtiſsimã rerum omniũ copiã,ac pulullantẽ tritici,vini,olei, aliarũq; frugũ vbertatẽ.quid flumina,ſtagna,lacus cõmemorẽ?in quibus eſt celeberrimi nominis Benacus.oĩum qui in Italia ſunt.amęniſsimus:Huius vero clariſsimę vrbis,cõditores Gallos fuiſſe tum ex eo credere libet.quod nobiliſsimę queq; Ciſalpinę Gallię vrbes:Brixia,Bergomũ, Cremona, Mediolanum,tot ante

ſeculis

Paulli Sabelli interitus.

Galeatius Grumellus.

Verona Venetis cędit.

Veronæ ſitus.

ſeculis a Gallis conditæ fuerunt.ſed ex quacunque natione mortales exti
terint,qui prima loci mœnia poſuerunt,viros profecto ſummos, & ſapien
tiſsimos vere fuiſſe affirmare licet,quos tam pręclari facinoris authores ad
perpetuum nobiliſsimæ prouinciæ decus parens Italia habuit:Hęc omnia
quum Veneti agnoſcerent,adhuc magis tali victoria lætati ſunt: Vrbē igi-
tur confeſtim magno equitum,peditūq; firmant pręſidio: Mittunturq; eò
Rubrius Marinus prætor, & Petrus Arimondus præfectus viri pace, bello-
que admodum clari, qui primi publicam Senatus Veneti nomine admi-
niſtrationem ſuſcepere, Galeatius quoque alterius exercitus Imperator in
Patauinum agrum delatus præda,incendio, & populatione cuncta vaſta-
uit:Copijſque propius admotis ad vrbem caſtra poſuit:aſsiduiſq; certami-
nibus ad portam Crucis cum hoſte manus conſerebantur. Nec Carrarij in
ocio erant.huc,& illuc per vaſtam vrbem diſcurrere, muros impigre tueri,
munitiones erigere, omnibus locis adeſſe, nihil die, noctuque indeffeſſo
animo ceſſare: Maſſolerius interim quidam nomine. qui in Venetis ca-
ſtris militabat, in ſuſpitionem venit, quòd literarum faſces ſagittis alliga-
tos ad Carrarium in vrbem occulte mitteret: Quare in vincula coniectus,
ac ſceleris cōuictus ex ſuperiori parte curiæ Venetijs reſte eſt ſuſpenſus, ijſ-
dēq; diebus eius frater cum duobus ſacerdotio initiatis inter geminas colū
nas viui obuerſis deorſum capitibus decēuirali decreto ſunt humo defoſsi.
quod inſuetū reorū ſuppliciū oculos,menteſq;hominū pauore defixit.vul-
go ferebatur,ſtatuiſſe eos in Carrariēſiū gratiā noctu vrbē pluribus locis in
cēdere,accurrētēq; ad reſtinguēdas flāmas quēlibet inermē,imperatūq; cō
trucidare:In Ioan.quoq; Ticinensē virū militari diſciplina clarū qui hone
ſtiſsimū ī Venetis caſtris ducebat ordinē,capitali pęna eſt animaduerſum,
q; is archana cū hoſte ſereret colloquia: delati,& multi alij, quorū corpora
ſaccis obuoluta poſtmodū circa littora errabūda fluitare ſunt reperta.horū
ſupplicijs ſpes oīs Tyrāni ablata explorādi ea,quę in hoſtiū caſtris fierēt: vt
itaq;rebus ſuis alia ratione Carrarius cōſuleret,quaſi paci ſtudens à Legatis
Carolo Zeno,&Fr.Mollino,qui ī caſtris de more apud Imperatorē erāt,po
ſtulat,ſibi fidē publicā dari, velle enim ſe iā bello feſſum cū eis corā de pace
agere.ſub fide igit publica Carrarius cū paucis in caſtra ſe cōtulit.cui has pa
cis conditiones propoſitas fuiſſe ferunt: vt Patauiū cum ſuis finibus Vene-
to ille relinqueret,ac cum liberis ad cētum millia paſſuum procul inde abi
ret:aſportaretq;ſecum omne aurum,argētum,ac pretioſam ſuppellectilē,
Venetiq; inſuper illi dono darent.aureorum nūmū ſexaginta millia:huiu-
ſcemodi conditiones hoſtis vt acerbas,& iniquas auerſatus in vrbē infecta
re abijt:tū Venetus armis eū domare intētus aliquanto acrius ſolito obſeſ-
ſum vrgere. demum intempeſta nocte obſtrepēte pluuia, ſcalę muro ſunt
admotæ:per quas pleriq; audacter in ſummū euadētes ſopitos cuſtodes ob
trūcāt: tacitoq; deſcēſu ad portam Crucis proximā accurrentes eā nemine

Primi Veronæ Rectores.

No atrox ſuppliciū.

Pacis cōditiōes Carrario propoſitæ.

obſtante vi aperiunt,per quam copiæ omnes quæ preſto ſumma Imperatoris,legatorumque vigilantia affuere,repente ſunt in ſemicaptam vrbem immiſſæ:Nam Patauium triplicem murorum ſeriem habet. Quorum exteriorem partem occupante Veneto,interiora mœnia adhuc hoſtis obtinebat:Sed in tantum adductus diſcrimen Carrarius miſit. Qui Galeatij fidem rebus ſuis afflictis imploraret,rogaretque,vt liceret,in tam acerba Fortuna ad ipſius conſpectum venire,vt cum eo de deditione facienda coram loqueretur.Verum Galeatius memor rei aliàs fruſtra à Carrario tentatæ eum in Caſtra admittere ad colloquium amplius noluit, hortatus tamen eſt,vt ad Principem,& Patres iret,ad quorum pedes cum lachrymis prouolutus Venetam benignitatem maiorem,quam ſperaret, eſſet percepturus; petijt itaque,vt publica fide data ad Senatum ire liceret, reſponſum per internúcios eſt. Maioribus rebus occupatos eius poſtulata Patres audire nō poſſe:ſed miſſuros Meſtram vſque.Qui Carrarium audirent, vt ex dignitate Reip.actio illa quæcunque eſſet,diſcuteretur.In Meſtranos itaque fines vtrinque proceſſum,ibique per multas altercationes re iactata. nil confici potuit.At Carrarium ſine pace in vrbem reuerſum ita indignanter populus accepit,vt palam multi in Principem exclamarent.Pertinacem eū appellantes,qui hoſtium armis circūſeptus nollet cedere.Satis,ſuperque malorum Patauinos ad eam diem ob Principū ſuperbiam miſere perpeſſos. opes ſuas Bella abſumpiſſe,cædes, direptiones,incendia pulcherrimam vrbem deformaſſe,nilque aliud miſeris ciuibus,reliquum eſſe, quam vitam, quæ victore Veneto partem vrbis iam tenente, in dubio etiam eſt. iret igitur Carrarius, & ſi ſibi, ſi liberis, ſi populo Patauino conſultum vellet. non quam ipſe optaret,ſed quę à potentiſsimo victore impetrari precario poſſet. Pacem amplexaretur,vt tandem quandoque afflicta ciuitas reſpiraret.Ad eas voces territus ille ſe in ciuium ſuorum poteſtatę fore dixit, facerentque hi,quæ ad omnium ſalutem ſpectari viderentur,nouiſsime itaque Galeatij fide implorata Carrarius ex vniformi ciuium volūtate Venetum ſine alio maiore certamine in vrbem ſponte inducit.Ipſe vero, & tres filij. Iacobus,Franciſcus,& Guelmus, in vincula omnes coniecti Venetias per Syluestrum Maurocenum armatis ſtipatum perducuntur. Parta vrbe clariſsima maxima Veneti Senatus in Italia creuit authoritas. Nam vrbium omnium totius Europæ ampliſsima, antiquiſsimaque Padua habetur: quippe quę ab Anthenore illo Troiano condita fęliciſsimum tot ſęculorū præcedentium curſu ſumpſit initium.Illius circuitus per ſeptem millia paſſuum extenditur,triplicique murorum ſerie Ciuitas cincta tutiſsimam incolentibus præſtat ſedem.Templis ad hæc,Aedibus,Turribus,Arcibus mire exculta eſt:& Medoaco, Bachilioneque Amnibus vrbem interfluentibus, decor illius honeſtatur: Gymnaſiumque ibi diſciplinarum omnium florentiſsimum viget,tantaque antiquitus populi multitudine hæc ciuitas abundauit,

Actio de Pace.

Patauio Venetus potitur.

Patauii deſcriptio.

abundauit,vt centum,& viginti hominum millia vno tempore ad bellum miſſa dicantur:cenſique quandoque ea in vrbe quadringenti equeſtris ordinis viri. Hæc Romanis amica fuit,eorumque Colonia facta quietũ diu ſtatum,florentemque tenuit,poſtmodum Romano inclinãte Imperio varias clades à Barbaris in Italiam terra,marique irrumpentibus perpeſſa eſt: nam Athylæ primum armis exciſa,deſolataque corruit,quam Narſes poſtea inſtaurauit,priſtinoque recepto ſplendore diu vrbs intacta permãſit: deinde Italia nouo bello flagrante Longobardorum furore pene iterum excinditur.Fortunaque res humanas alternante. Denuo renouatur: in libertateque aliquandiu floruit,poſtea crudelem Eccelini, Maſtini, & Carrariorum ſenſit tyrannidem:quibus extirpatis.ſub Venetum nouiſsime Imperium recepta eſt,tam illuſtrem igitur ciuitatem à qua originem habuere.Milleſimo.Quadringenteſimoquinto. nono Kalend.Decembris Veneti adepti validiſsimo præſidio munierunt:ac Marino Carauello Prætore, & Zacharia Triuiſano præfecto declaratis,omnia ſolerti cura prouident: quæ ad tranquillum,ſecurumque illius vrbis ſtatum pertinere viderentur. Conſtitutis interim Patauij rebus Carrarius,& filij patrum iuſſu in curiam è carcere vocati ſunt:qui ad Principis tribunal progreſsi, aduolutique genibus Humi procubuere,vultuque demiſſo ad Principem conuerſus tyrannus ex Pſalmo illud protulit. Peccaui Domine miſerere mei. Tum Patre, & filijs ſtare iuſsis. Princeps exorſus eorum ſcelera,& ingratitudinem commemorare cepit.Qua maiores ſui, & ipſi nouiſsime in Remp. ſemper vſi ſunt:& vt Marſilium illum Carrarium Stennus Princeps inquit, progenitorem veſtrum taceam.Qui Scallanorum armis oppreſſus Venetis adiuuantibus in Principatum reſtitutus eſt,recenti Patrum memoria Patauio Galeatij Vicecomitis armis occupato Carrarium nomen deletum pene videbatur.Nos ſocietate cum Italis Principibus ſtatim inita Vicecomitis arma repreſsimus.Qua occaſione,tu è Germania celeriter mouens noſtro fauore, Auxilio,opibus,Paternum recuperaſti Principatum, & quæ nam pro tot meritis Veneto Gratiæ relatę? animo in nos odij, & ingratitudinis pleno Genuenſes(vt compertum habuimus)inſtigaſti, ad inſtruẽdam, emittendamque ſub Bucichaldi illius Imperio in fines noſtros claſſem.Quæ nobis. Socijſque noſtris multa damna toto mari intulit. Sed diuina ope ea deleta,ac profligata,illatas iniurias egregie vlti fuimus,ex litteris quoque in ſcrinio Galeatij Vicecomitis paulo ante defuncti,repertis multa in hãcRemp. exitialia,infandaque parabatis,nuper autem Vincentinę rei cauſa contra ius gentium caduceatore noſtro fęde violato Venetum nomen probris, maledictiſque laceraſti:Diuino itaque iudicio factum eſt, vt vos tandem Venetis armis debellati hæreditarium amiſiſtis principatum: eamque in hac veſtra fortuna à nobis miſericordiam percepturi eſtis. Quam ſcelera,& ingratitudo veſtra merito expoſcunt,atque ita tyranni è curia dimiſsi

Primi Pataui præſides.

Stenni. P. verba ad Carr.

tetro carcere includuntur,poſtridie immiſſo carnifice iuſſu patrum ſtrãgulati ſunt:ſeorſumq́ue pater,& filij elati.ille ad Prothomartyris ædem, ij ad Georgij Fanum vili humo contecti tumulantur. Et is Carrarienſium finis fuit. ſceleribus ſuis dignus.Qui in Italia tanto ſtrepitu omnia miſcebant: quòd ſi beneficiorum memores venetam coluiſſent amicitiam, non vtiq; Principatu, vitaq́ue ſpoliati,tam crudele exitium bello victi ſubijſſent.Sed immanitatis ſuæ digna profecto pręmia tulere:fama eſt.Impios tyrannos nouis hominum ſupplicijs gaudentes.Andropophagos canes domi immanis ſtaturæ aluiſſe:quibus nefario inuento miſeri ciues ex leui culpa laniãdi obijcerentur,extâtq́ue adhuc in decemuirum Aula Scorpiones duo parui ponderis,quibus illi familiares,Hoſpitesq́ue ad colloquium fraude vocatos præacutis ſpiculis transfigere conſueuiſſent,infandaq́ue alia flagitia, Monſtruoſoſq́ue tranſeo concubitus:quibus ad fœdam libidinem ſaturandam promiſcue vſi dicuntur: ſed ex modeſtia retijciendum eſt,creaturq́ue hoc tempore Pontifex Maximus,dum diro Romana ſciſmate Eccleſia laboraret. Angelus Corrarius patria Venetus tituli Sancti Marci præsbyter Cardinalis,qui in Pontificatu Gregorius.xij.appellatus eſt miſsiq́ue ſunt à Senatu ad eum pro congratulatione, obedientiaq́ue de more præſtanda, quattuor hi oratores viri Ampliſsimi. M.Lauredanus, And. Contarenus, Rugerius Maurocenus, & Iac. Triuiſanus,at Gregorius Pontifex optimus poſt aliquot Cardinales declaratos. In quis fuere Philippus Barbadicus, Ant.Corrarius,Petrus Maurocenus,Franc.Landus,& Gabriel Condulmarius,patritij omnes claro orti genere,ac magna virtute præditi:ad tollendũ ſciſma Pontificatu Conſtãtiæ in Germania per Carolum Malateſtam Arimini Principem ad id miſſum ſe abdicauit: quo facto ſingularis eius religio in procuranda Eccleſiæ pace à cũctis Chriſtiani orbis gentibus plurimum commendata eſt.Ex debellato autem Carrarienſi Principatu. Vincentia, Verona,Leniacum,Colonia,Feltrum, Bellunum, Baſſanum, Aſolus,Eſte,Cittadella,ac nouiſsime Pataiuium cum ſuis finibus Veneto Imperio ceſſęre:Prætoresq́ue in ſingulas Ciuitates miſsi ſunt:atque eo belli ſpacio,quod intra biennium reſedit, in claſſe,triplicique exercitu alendo comparatis,ad vicies centena aureorum nummum millia ex Aerario conſumpta dicuntur:fuit tamen tam ingens auri profuſio ob debellatos hoſtes, & fines Imperij propagatos omnibus æque ſuauiſsima:atque eo tempore dũ ciuitas nocturnos ignes ſummis turribus paſsim in fœlicium ſucceſſuum ſignificationem diſponit:populo luminibus,aliiſq́ue lætitiæ ſignis exultante,ſumma illa Diui Marci turris ſubito cõflagrauit.Sed ea poſtea ſumptuoſiore ornatu culta,puriſsimoq́ue auro illita in priſtinum decorem reſtituta eſt:Paccatis autem rebus Veronẽſes ad quadraginta illuſtres Legatos creauere:qui Venetias ad Senatum pro obſequio pręſtando accederent. Congratularenturq́ue ſimul pro parto tantæ vrbis Imperio, atque vt ex Maieſtate

Carrarioru ſupplicium.

Nor. Carrarienſium inmanitatem.

Ant. vrbes In fidẽ receptæ.

ſtate Reip. Legationem Ciuitas exciperet. Decreto Patrum pro aurea æde medio foro eminens ſuggeſtus ad tempus cõſtruitur, isque ſuperbis auleis inſtratus Ducali Sede aureo tegumento culta Principem, Senioresque Patrum excepit: maximo autem populi concurſu Legati candidis veſtibus amicti in medium proceſſere, celſumque Tribunal ordine conſcendentes Principem, Senatumque in Genua procumbendo humaniſsime ſalutarũt: ſtatutisque, ac poſitis ante eorum pedes publicis ſignis, cum clauibus portarum, ex his vnus, qui cæteris collegis eloquentia præſtabat. Alexander Aleardus eques tali vſus eſt oratione: Magni hodie gaudij nuncij Princeps Illuſtriſsime, Patres optimi, ad veſtræ Maieſtatis conſpectum accedimus, quando nobiliſsimę vrbis Veronæ domitis hoſtibus veſtris fęliciſsime adepti eſtis Imperium, & nos maximopere lętari decet, quòd depulſa erumnarum nube Venetæ benignitatis nunc clara luce obtegimur, multo iam tempore diuinas veſtras virtutes admirabunda Verona magnifecit, in ore omnium Senatus veſtri ſapientia verſabatur, armorũ gloria, Pacis ſtudia, leges, inſtituta, quibus artibus & terra, & mari tam amplum Imperium paraſtis. In Aſiamque vſque Veneta arma prolata Barbaras, infideleſq; gẽtes edomarunt. Sciunt id Iopenſes, Aſcalonitæ, Acconenſes, Tyrij, claſsibus veſtris ſubacti: nouit Byzantium expugnatum, ac maritima Greciæ ora veſtris rebus nauali potentia adiuncta: Lygur quoque, Pannon, carnusq; Venetis armis ceſſere: nouiſsime Carrarium iſtum debellaſtis, monſtrum horrendum, furentem Bęlluam, Italiáque hoc veſtro egregio facinore liberata vobis in perpetuum debet. In veſtraq; nunc Verona poteſtate conſtituta plurimum lętatur. nam iuſtitiam in moderandis populis veſtram agnoſcit: redditis in iuridicando vnicuique quod ſuum eſt. Subleuatis oppreſſos, audaces reprimitis, nemini vobis præſidentibus infertur iniuria, ſaluæ ſunt vniuſcuiuſque opes, vxorũ pudicitiæ illeſæ, liberorum ingenuitas inoffenſa manet, omniaque æqua lance ſub Veneta adminiſtratione ponderãtur: ò Beatos populos, qui ſub hoc fœliciſsimo, ſanctiſsimoque continentur Imperio. cuius iugum non ſeruile, ſed liberum potius appellandum: quod igitur Princeps excellentiſsime, Patresque optimi vobis, Venetoque nomini fęlix ſit, accipite publicę, priuatęque Veronenſium fidei certa, ac perpetua pignora. Signa hęc triumphalia noſtræ ciuitatis. Vos pietate veſtra illa ſingulari deditam vrbem, omniaque in ea diuina, & humana tueri, ac fouere pergite: nam quod ad ſtudium noſtrum attinet. nihil veremur, eos fore quandoque, vt Veronenſis Ciuitas fide, & ſtudio in Venetam Remp. nulli populorum, ac vrbium, quæ veſtro parent Imperio. Secunda habeatur: benigne Legati accepti, gratiæq; eis publico nomine actæ: pollicitũq; ad hæc, ſi ij forent, quos ſe futuros in nouo hoc regiminis ſtatu prædicarẽt. daturos Patres operam, vt breui Veronenſes intelligerent: poſtquam ſuis viribus ſtare non potuiſſent, nil melius rebus ſuis conſuluiſſe, quam ſub fide

No. Apparatũ ad excipiẽdos legatos.

Ver. Legati oratio.

Nota.

Reſponſũ.

dem Venetam confugiſſe. Patresque omni ſtudio curaturi eſſent,vt quieta,ſalua,incolumis illa ciuitas rectam adminiſtrationem,mitteque Venetæ gentis.Imperium perpetuo ſentiret:iureque,ac merito Veronenſes lætari poſſunt,quòd tyrannidis iugo excuſſo ad domicilium, & arcem libertatis confugiſſent,irent igitur,magiſtratibusque parerent, ciuilique animo iuri,& æquitati aſſueſcerent.Qui ſæua tyrannorum Imperia quandoque infauſte tuliſſent:atque his dictis Veneta ſigna Princeps legatis medio Veronæ foro ſtatuenda tradidit:amplexatosque ſingulos,Blandeque appellatos dimiſit: Horum exemplum Patauini ſequuti non multo poſt & ipſi minori tamen Legatorum numero affuerunt:Purpuramque,& coccũ honorifice induti eodem ſuggeſtu à Principe hilari fronte excepti ſunt.

Ant. Patauinorum orationé. Quorum oratio illa fuit.Vt gratias Dijs immortalibus agerent,quòd à ſæuiſsima ſeruitute liberati in benignum, ſalutaremque Venetæ clementiæ ſinum recepti eſſent,vbi poſt tot tyrannicas vexationes optatiſsima tranquillitate Patauini omnes frui ſperabant.Per Principum enim ſuorum ſuperbiam ad id iam redacti erant,vt haud procul à ſupremo excidio conſtituti Patriam ſimul cum vita amittere cogerentur:nunc deorum benignitate dies illa illuxit,quæ ſaluos omnes faceret,nec id aliter eueniri poſſe credebant,cum ob peculiarem,innatamque Veneti Senatus clementiam, tũ ob antiquam communis generis coniunctionem,quum Venetus,Patauinusque iiſdem progeniti ſint maioribus, primique Venetæ vrbis, & tanti Imperij conditores in Adriatica ſtagna è Patauinis ſedibus venerint: diſpari tamen fato,Patauium enim veluti decrepita mater à regali, victricique filia Veneta vrbe opem implorat.Et in gremium eius confugit. Quare ipſi Patauini omni tempore in fide conſtantiſsimi Venetam perpetuo amicitiam culturi erant:rerumque omnium obliti ſolum poſt deos immortales proſperis,aduerſisque caſibus Venetum obſeruabunt Imperium. Laudatis Princeps Legatis Patauinã rem Senatui cordi fore pollicitus eſt:ac priuatas,publicasque olim vrbis nobiliſsimæ fortunas ſub alieno Imperio conſtitutas ſaluas Patres optaſſe.Ad idque præſtandum conſilijs,armisque Venetos multo tẽpore contendiſſe:nunc Reip.Imperio clariſsima vrbe adiũcta omni ſtudio ad eius ſtatum conſeruandum Patres incubituros: cũ his Legatio miſſa,reſpiratumque eſt a Bellorum turbationibus in Italia toto triennio:quo exacto.Ladislaus Rex Ludouici Pannoniæ Regis ex Carolo filio defuncto nepos dum pecuniarum indigus Bellum in Neapolitanos parat.Iaderam Dalmatiæ vrbem cum toto agro,ac quicquid pelagi, & inſularum,quæ ad eius fines attinent.centum aureorum nummum millibus Venetis vendidit:ſolutaque pecunia,ſtatim ad eam recipiendam quattuor Legati Fr.Cornelius,Leon.Mocenicus,Ant.Contarenus,& Fant. Michael cum nauali præſidio in Dalmatiam miſsi ſunt:attulitque hæc Iaderæ receptio ingentem ciuitati lętitiam,ob maritimam nauigantium commoditatem:

Reſpõſio. (margin)

Iaderę. receptio. (margin)

Legati. (margin)

tatem: apparebat quoque ea in poteſtatem redacta fore, vt omnis Dalmatiæ ora quandoque ad Imperium retraheretur. decreta igitur ob hæc in triduum ſupplicatio, piſq; ad omnia Deorum puluinaria preces, paruoq; inde interiecto tempore Siccenſes Dalmatiæ populi ciuili diſcordia laborare cęperunt. Nam multi ex plæbe rem ad Pannonas trahentes infenſi nobilitati erant. armiſq; eiecta optimatum factio ad Venetorum opes cõfugit, expeditur itaq; ſtatim quattuor lõgarum nauium, & quinquaginta circiter minorum Celociũ claſsis, vrbsq; primo eius acceſſu oppugnatione tentata. quæ nõ ſolũ acriter defenſa incolumis ſtetit: Sed Venetus cum ingẽti cęde a męnibus eſt repulſus: tum eã domandi Veneti ſtudio accenſi terreſtres, naualesq; copias ſtatim maiores contrahunt. quibus Ludouicus Buzacharinus fide in Rempu. ſingulari præficitur: is autem in prouinciam accedens Siccum ſtatim obſidione cinxit. erectoq; iuxta vrbẽ præſidio, vijſque vndiq; lectiſsimo equitatu inſeſsis, cõmeatus in vrbem importandi omnẽ hoſtibus ademit facultatẽ. Duos interim Legatos Ioãnẽ Barbum, & Thomam Mocenicum Senatus pro Siccenſi cauſa in Pannoniam miſit: Quam poſt multas inuicẽ altercationes Pãnõ, Venetusq; ad Ioãnẽ Romanũ Põt. cognoſcẽdã delegarunt: Interea Marſilius Carrarius, & Brunorius Scalla ad Principatus recuperandos anhelãtes crebris literis, fidiſq; internuncijs amicos vterq; ſuos ad defectionẽ ſollicitant. & iã pauloPoſt Marſilius ignoto habitu Patauiũ venturus erat, vrbis recipiendę facta illi ſpe a quibuſdã rerũ nouarũ cupidis, ſed coniuratione detecta inſontes grauiſsimo mortis genere eſt animaduerſum. tãtiq; periculi metus patrũ animos vehemẽter ſollicitos habebat. qui vt Tyrãnos ipſos pęnę grauitate procul Italia arcerẽt, quina aureorũ nũmũ millia ĩ vtrũq; caput. ex Decẽuirali cẽſu percuſſoribus decreuere: Et ſub id tẽpus medię eſtatis feruore ſęuiẽte noto procella terribili impetu coorta ingẽtẽ ciuitati terrorẽ incuſsit, nã vento, pluuia, grãdine ob ſtrepẽtibus, adeo cõcitum, exaſperatumq; mare deſęuijt, vt pleraq; nauigia alia intumeſcẽtibus fluctibus obruta, alia ſuburbanis alliſa littoribus miſerabiliter perierĩt. multa ad hęc ædificia infrẽni turbine cõcuſſa, & de cęlo tacta ingentẽ traxere ruinã: ac Annoſæ quercus remotioribus in locis ab radicibus, ſtirpibuſq; auulſæ dicũtur: auxerũt quoq; metũ mõſtruoſę rerũ formę à pleriſq; viſæ. fœdiq; vlullatus media tẽpeſtate formidabiliter auditi: reſq; in prodigium verſa cęleſtem irã portẽdere viſa eſt: illud certè conſtat: poſt duos circiter menſes Venetias allatum. Tanaim Schitię emporiũ Tartaros expugnaſſe. magnãq; Venetorum cædẽ, qui ibi negociabãtur. edidiſſe: creditumq; cladem iſtã eo die quo tẽpeſtas tanta Venetijs fuit: apud Tanaim acceptã. alio quoq; incõmodo ciuitas eſt affecta: nã triremis vna, ex quattuor quæ mercibus precioſiſsimis onuſtæ ex Gallico oceano redibãt. ſub Siculi freti orã nõ tã procelloſi maris æſtu, quàm remigũ iſcitia perijt. Merx tamẽ magna ex parte recepta eſt. ſaluiq; nautę penè oẽs euaſere.

Sicci obſidio.

Not. prodigioſã tẽpeſtatem

Et Veronæ hoc tẽpore in populo ſub nouo Venetę Reip.regimine diuerſus animorum habitus erat.cõſiliaq́; oculta de cęde pretorũ, & proditione vrbis inibãtur: erũpẽteq́; ſubito coniuratione ad arma tota ciuitate cõclamatũ eſt,quo motu vrbis rectores Gabriel Hemus, & Ber. Lauredanus ĩ forũ equo vecti in coniuratos cũ armatis impetũ fecere. Tumultuq́; ingẽti orto factio aduerſa opprimitur:multiq́; ſtatim ĩ poteſtatẽ redacti laqueo necãtur,in his ſacerdos quidã fuit, qui in ſacra turri æs cãpanũ ad maiorẽ tumultũ excitãdũ pulſarat. Duo aũt ex Quintia familia fratres coniurationis authores Venetias ſub cuſtodiã miſsi inter geminas colũnas poſt cæſas ceruices in quattuor partes ſecti ſunt.atq́;ita grauiſsimo motu cõpreſſo.in priſtina fide Verona vrbs cõfirmatur:Hic rerũ ſtatus in Italia pace belloq́;per id tẽpus erat,omniaq; quieta,ac paccata eſſe videbãtur.quũ repẽte noui armorum ex pãnonia motus orti maximum exciuere tumultũ.ad decẽ nãq; equitũ millia Sigiſmũdi Imperatoris ſub Pipi Florẽtini ductu per Auſtrias, Noricaſq́; alpes in Italiã effuſa Taruiſinos fines inuaſerunt. Hoc improuiſo motu Veneti ĩparati collecta ſtatĩ tumultuaria manu eã ad ſocios tutãdos in hoſtẽ mouere iubẽt.ſed Barbari in Forũiuliũ profecti Vtinẽſibus in ea ꝓuincia obſtabãt.quominus res nouas ciues illi molirẽt.nã multi erãt in eo oppido ob inteſtinas diſcordias,qui rẽ ad Venetos deferrẽt.alij ad Pãnonas:& alij ad Veterẽ Dominũ Aquileię Patriarchã. Hinc factum eſt, vt ſub primũ Pipi acceſſum Federici Saurognani factione quę rẽ ad Venetos trahebat.ex oppido abeũte Vtinẽſes admiſsis hoſtium copijs deditionẽ fecerint.tum Pipus in Taruiſinos fines continuo tranſiens Venetis Serrauallũ, Bellunum, Feltrum,ac Motam improuiſo ademit:huius autem illati belli cauſa ob Sicci obſidionẽ orta dicit.magnaq́; omnino clade res Itala a barbaro affecta fuiſſet:niſi Pipus Veneto auro corruptus omiſſa ſtatim prouincia inPãnoniã redijſſet.quẽ poſtea Sigiſmũdus ad ſe reuerſũ liquefacto in os auro cuius ĩexplebilis ĩ homine ſitis erat,necãdũ curauit:Altero deinde anno Pãnõ per Carſios ſaltus cũ quadraginta Barbarorum millibus (vt quidã tradũt)in Italiã venit:Sed alij numerũ copiarũ ponũt minorẽ tũ Veneti ad primos belli motus ne vt antea imparati aliquo incõmodo afficerẽtur.militẽ,& arma ſubito cõparãt. Imperiũq́; oĩum copiarũ Carolo Malateſtę viro bellicis artibus inſigni adminiſtrãdũ tradũt.qui prudẽtiſsimo moderamine demãdatum munus obiẽs cum hoſte ſępe fęliciter manus cõferuit : immaniq́; ita Barbarus feritate vtebatur: vt ne ab his quidem,quibus ætatis imbecillitas,ac fortuna belli pepercifſet.iniuriã abſtineret : captiuos quoq; mutilatis manibus, luminibuſq́; erutis,crudeliter necabat : & quum in hunc modum aliquandiu bellatum eſſet:pacis ſtudio animis vtrinq; accenſis.tris Legatos Thomã Mocenicum,Ant.Cornelium,&Fr.Foſcarũ ad Regem Veneti miſſere : Cum quo induciæ in quinquennium pactæ ſunt. Et dum Franciſcus Balduinus vir honeſtæ conditionis,ſed audax,& lingua immodicus

Marginal notes: Pannonicus motus. — Pipi interitus. — Legati.

immodicus probra in Senatum iactaret: atque incredibili dicacitate, ac animi proteruia ad denigrandā publicā famā vteretur, per Barth. Anſelmū ciuem probum apud Decemuiros accuſatus eſt, qui tanquàm maieſtatis lęſę reus è Minoritana Aede abreptus, vbi erroris conſcius deliteſcebat, laqueo pœnas dedit. Atque ipſe Anſelmus cum poſteris in patricium ordinem aſſumptus ſui erga patriam ſtudij meritū præmium recepit: Nec multopoſt Steinus latiſsime terreſtris Imperij finibus prorogatis. Tertiodecimo Ducatus ſui anno obijt: Et ad Diuæ Marinæ Aedē elatus ibi Celſo cō ditur tumulo. Cui Thomas Mocenicus ſucceſſor datus eſt, vir familię ſplē dore, & ſapientię ſtudijs maxime clarus. Abſenſq́; Princeps eligitur: Quum Legati munere è Pānonia reuerſus apud Gabrinū Fundulū Cremonę, Abduanęq́; Glarę Dominum fungeretur. Qua in vrbe tunc Ioannes. xxij. Pōtifex Maximus, Sigiſmundus Cæſar, & Mocenicus ipſe aderāt. Delirumq́;, ac parum mētis cōpotē ſe Gabrinus appellaſſe ſępe dicitur, ꝙ tres ſummos orbis Principes, quum eos in ſua poteſtate poſitos intercipere potuiſſet: liberos dimiſiſſet. Ad Mocenicum autē in vrbem honorifice deducendum, duodecim viri patritij publico nomine Veronam miſsi ſunt: vbi illi obuiā prodeuntes meritum præſtarent honorē. Hos autē miſſos memorāt. Don. Arimondum, Pet. Emilianum, Ioan. Çareſinum, Fant. Genum, Ioan. Maurum, Criſt. Superātium, M. Maurocenum, Vinciuerā Georgium, And. Gabrielum, M. Grimanum, Pet. Bragadenum, & Al. Contarenum, Quibus ille comitatus inter publicas, priuataſq́; gratulationes vrbē ingreſſus eſt. recē tiq́; huius adminiſtratione bello in Carnorū ora renato. Ciuitas ocio haud diu frui potuit. Nā cum Foroiulienſi Prouinciæ Ludouicus Techius Antiſtes libero præeſſet Imperio. Grauiſsima inter eum, & Vtinēſes orta eſt diſcordia. adnitebanturq́; hi, vt Saurognanæ factionis viri qui in Carnis maxima pollebant authoritate, ac ſeditione pulſi ad Venetos confugerant. in vrbem reducerentur: contra Techius totis viribus obſiſtere, negareq́;, ſe id vnquàm permiſurum. Cuius diſsidij occaſione Veneti in ſpem adducti recuperare poſſe ea oppida, quæ priori bello amiſſerant. exercitu ingenti cōparato, traditoq́; eius Imperio Philippo Arcio viro peritia armorum claro cum Legatis ampliſsimis viris Fantino Michaele, & Marino Carauello, Sacilium primo occupant: Ciuidatenſes quoque ad Venetos deficiunt. à quibus benigne non in fidem ſolum, ſed in ſocietatem, amititiamque accepti ſunt: Antiſtes & ipſe armis agendum ratus quia per ſe Venetorum viribus reſiſtere non poterat: à Pannoniæ Rege auxiliū implorat: nec multo poſt imminēte rerū ſuarū periculo Techius permotus cū quattuor equitū millibus è Pānonia affuit: hisq́;, atq; alijs ſuffultus copijs in Ciuidadū mouit. Sed valido Venetorū pręſidio oppidū firmatū vanos hoſtiū reddidit conatus. Inde ꝑ quindecim dies cōtinuata eſt obſidio, agrūq́; vrbi circūiectū hoſtes fęde populati niuiū, frigorisq́; aſperitate milite pene extincto. obſidionē tā

Tho. Mocenicus. D. lxiii. 1413.

Patritii obuiā miſſi. Moc. P.

Foroiulianus motus

Philip. Arcius. Venet. cop. Imp.

dẽ ſoluerũt:veneti ĩterim Serauallo,Feltro,Belluno,ac Motta receptis, quę
oppida Pãnon antea(vt diximus) occuparat.Foroiulianos fines cũ victore
exercitu ingreſsi Prata ĩſigne oppidũ euertũt.Inde Vtinũ caſtra admouẽt,
vbi orto ingẽti tumultu parũ abfuit,quin oppidũ nocturna ſit proditione
occupatũ.Sed quũ repente ad arma cõclamatũ eſſet. Noſtri re infecta ceſſę

Vtinenſiũ deditio.

re:Signis interim Venetorũ citro,vltroque per prouinciam geſtis,plerique
Carnicæ orę Reguli in fidem venere, nouiſsime Vtinenſes deſperatis An-
tiſtitis rebus facta deditione Venetam ſocietatem cõplexi ſunt, miſsiſque
ad Senatum legatis diuinarum, humanarumque rerum poteſtas ei libere

Patria oĩs in fidẽ recepta.

permittitur: & poſt aliquot expeditiones quum Ludouicus ex humanis
emigraſſet. Patria omnis Veneto ceſsit Imperio. Rubertusq; Maurocenus
vir animi,corporiſque dotibus perquam clarus primus Locumtenens crea
tus.Vtinum mittitur:Declaratoq;in Aegypto nouo Rege Tatar nomine,
quem Sultanum vocant:Patres ſtatim duos ad eum oratores Ber.Laureda
num,& Laur.Capellum miſſere:qui publico nomine amico Principi. Re-
gnum gratularentur: atque hi primum triremi Alexandriam aduecti, in-
de terreſtri itinere Charras: legationis iniunctæ munus magna cum lau-
de peregere: eorumque conſpicuus poſt aliquot menſes ex Memphi,
Babylone, Niloque, & Peluſio in patriam reditus fuit: deceſsitque per

Car. Zeni mors.

id etiam tempus è vita Carolus Zenus vir toga,armiſque(ſupra quam dici
poteſt)inſignis.Funebriq; cum oratione Leonardus Iuſtinianus publice de
corauit.Græceque,& latine is impenſe doctus Cymonem, & Lucullum è
Græco in ſermonem latinum vertit,Paternaque ſecutus veſtigia Bernar-

Ber.Iuſtiniani doctrina.

dus filius vtriuſque linguæ peritia plurimum valuit: qui adoleſcens adhuc
Iſocratis libellum de Regno ad Nicoclem è Græco in latinum transduxit.
ædidit etiam Hiſtoriam de origine vrbis Venetæ,in qua maritimas, terre-
ſtresque orientalium Imperatorum aduerſus Barbaras gentes ſub Narſſete,
Longino,& Belliſſario ducibus expeditiones eleganti ſtilo deſcripſit: atq;
hoc tẽpore Diui Marci ædes repentino incẽdio pene abſumpta eſt, ęgreq;
Ducarium, quod illi incubat, ſeruatum: Principiſque Mocenici liberale
hoc loco factum memoratur:erat enim Senatus conſulto cautum, ne quis
pro veteri Ducario inſtaurando ad patres referre auderet:mulctaque duca
torum mille ei irrogabatur:qui legi non pareret:quæ ſtatim à Triumuiris
aduocatoribus exacta fiſco applicabatur: tum Princeps publicæ maieſta-
tis potius,quàm priuati commodi rationem habens.id Aurum pro mulcta
in Senatũ ſecum ſecreto attulit:ac Patres rogauit.vellent, iuberentque ip-
ſam humilem,informemque Ducariæ Sedis faciem ſumptuoſiore ornatu
in decus publicum inſtaurari? Id vbi Triumuiri aduocatores promulgatũ
audiere:quia cõtra Senatus conſultũ Princeps egiſſet,ab eo ſtatim tãquàm

Not. Mocenici. Factum.

publici decreti tranſgreſſore mulctam petierunt:ea autem Mocenicus cõ-
tinuo ſoluta,a ſuſcepta eo vſque non deſtitit actione,donec lege abrogata:

Senatus iuxta Principis voluntatem Ducarium inſtaurandum cenſuit:
atque ita veteri opere diſiecto, ſumptuoſius aliud cęptum eſt erigi: Poſtea
Petri Lauredani auſpicijs claſsis prępotens educta, maritimam Dalmatię Pet. Lauredani geſta.
oram, inſulasque late pelago in Lyburniæ, illyricique tractu adiacentes
ſubegit. Inde in Helleſpōtum Lauredanus profectus in Pyratas, Turcosq;
proſpere pugnauit: claſſesque eorum toto mari fugatæ, & deletæ: Ducarij
autem vix opere inchoato Mocenicus vita deceſsit: quū ſupra annos de-
cem Remp. adminiſtraſſet: Defunctus Princeps ad gemellorum ædem ex-
quiſitiſsima funeris pompa eſt elatus. Sepulchrumque habuit inſigne. Ve-
reque ſapientia in eo magna fuit, extant enim eius grauiſsimæ orationes,
cum in Senatu, tum in Curia habitę, circa pacis, Bellique conſultationes,
maritimasque res terreſtribus is ſemper prętulit: in quarum pertractatione
ſic futura prædixit, vt vatem locutum diceres: cuius cōſilia vtinam valuiſ-
ſent: perdomitis enim toto æquore inſuperabili Naualium Armorū virtu
te Gentibus. Nulla alia hodie in terris natio, quàm Veneta mari potentior
imperaret: Fr. Foſcarum illi Patres ſurrogarunt: qui florenti adhuc ætate Fr. Foſcar°. D. lxv. 1423.
poſtpoſitis Seniorum ingraueſcentibus annis. Principatum magno ciuita-
tis conſenſu adipiſcitur: Ac tam læta ciuibus, Venetique Imperij populis
eius dignitas fuit: vt haſtarum certamina, varijque generis ludi in ſingulos
fere dies feſtos ſint magnifice ęditi: quod ſane Reip. incrementum, ac Prin
cipis fęlicitatem portendere viſum eſt: nam Veneti, Inſubresque grauiſsi-
mo inter ſe bello digladiantes totius Italiæ quietem turbarunt: nec ab re
fuerit tanti belli ſeriem altius repetere. Habuit Ioannes Galeatius Viceco-
mes Mediolani Princeps duos virilis ſtirpis filios Ioānem Mariam, & Phi- Galeatij Vicecomitis filij.
lippum cognomento Anglum. Defuncto autem patre multi hinc, inde ty-
ranni coorti res nouas moliri cęperunt. Inſolentiaq; nefaria in pupillos vſi
paterno eos fere omni Principatu ſpoliarunt: domeſtica poſtea Ioāne Ma
ria fratre maiore natu coniuratione oppreſſo. Philippus ſuperſtes relictus
procedente tempore. Fr. Carmaniolę eximię virtutis viri ductu debellatis
tyrannis non ſolum paterni Principatus partem maximam recuperauit:
Sed nonnullas etiam vrbes Genuam, Forliuium, Imolam, Fauentiam, Cę-
ſenam, miro fęlicitatis curſu ſubactas ſuis opibus adiecit. In Florentinos
quoq; conuerſus eos bello grauiſſimo implicuit. ingentiq; clade Thuſcus
ad Zagonaram victus pene deletur. reparatis poſtea viribus iterum a Phi- Florētinorū clades.
lippenſibus profligatus eſt. Demum varijs cladibus Florentini affecti. De
libertate retinenda iam cogitare cęperunt: & quia apparebat. debilitatis vi
ribus, exhauſtisq; opibus Hetruſcam rem ſine externis auxilijs Philippi po-
tentię diutius reſiſtere non poſſe: circūſpectis Italię Potentatibus. Soli Ve-
neti ex omnibus viſi ſunt. ad quorum opes tuto Florentinus populus con-
fugeret. imminente igitur diſcrimine Laurentius Ridolphus Venetias ad Se Laur. Ridolphus.
natum orator mittitur: Qui Patres ad ſocietatem cōmuni fędere in Philip

pum

pum hoſtem ineundã ſummis prçcibus oraret:quando ad id ventũ eſſet,vt Florẽtina res in ſummo verſaretur diſcrimine: nec vlla aliunde ſpes ſalutis arrideret,quã ab ea ciuitate,quç opibus,ac Imperio præpotẽs.inſolentẽ hoſtem reprimere poſſet.Vellent itaque Patres amico populo opem ferre. q̧ ſi ceſſarent,ac pergerent Philippi ſucceſſus ocioſis auribus audire,haud quidẽm Florentinos expectaturos, vt in vltimum diſcrimen res ſuæ adducerentur:Sed pace compoſita Philippum totius Italiæ Dominum, ac Principem facturos:ac tum fore:vt domita Florentia. Veneti ſoli relicti facile & ipſi à potentiſsimo hoſte ſubigerentur,ita ille in omnes partes patrum animos verſare iuſſus Venetias venit: Cçterum iam antea Florentinorum precibus Veneti fatigati ad Philippũ cõplures Legatos Senatorios viros hoc nomine miſerunt:Primo And.Cõtarenum, quem ab eun em Laur. Bragadenus,&Nicolaus Maripetrus ſequuti ſunt.Inde Fran.Serrà Decemuirum à ſecretis vnus.Hi omnes Philippum publico nomine ſummis præcibus rogarunt.vt Florentinos bello inſectari deſiſteret: facturum eum Veneto Senatui rem gratiſsimam:qui non parum amici populi,&in communi parente Italiæ nati aduerſa fortuna mouebatur.rogabant proinde ad deponenda cum Florentinis arma, remittendaſque Veneto nomini iniurias. ſi quæ fortè ab illis in eum profectç eſſent:iret igitur,& ſi Venetorum amicitiam optaret.ab armis diſcederet: quæ Hetruriam, Italiamque omnem perturbent:ea manſuete Pilippus audiens omnia ſe Veneti Senatus cauſa facturum reſpondit:nihilo tamen ſegnius Tuſchum vrgere:aliaque deinde,atq; alia cauſando rem trahere.hæc negare,illa polliceri, Veneti & ſi planè intelligerent.aliò Philippi conſilia ſpectare:ne tamen quicquàm temere facere viderentur:Nouam legationem ad eum decernunt:eaque Paulo Corario viro eloquentiſsimo demandatur. is vero ſtatim Mediolanum profectus ita Philippũ allocutus fuiſſe dicitur.

Pauli Corrarii Legati oratio.

Ex multis legationibus quas ad te Senatus Venetus miſit. Credo Princeps Illuſtris audiſti, quantopere idem Senatus Italiæ pacem optabat:A teque ſæpe petijt. vt arma deponeres:quibus Florentinum populum grauiter infeſtabas.humaniſsimaq;ſemper oratio tua fuit.nunquàm tamen deſtitiſti.hoſtilia omnia in Thuſcum agere:quod Venetis profecto acerbum,graueque eſt. Noſq; nouiſsime ad te venimus eadem poſtulantes, & me Hercle inter omnes terrarum Principes,quos Dijs immortalibus ob ſecundiſsima rerum incrementa gratias agere oporteat. qui te impenſius Princeps Illuſtris præſtare debeat.ad hãc diem noui neminem:Nam quum tyrannica prauitate poſt Incliti Genitoris tui obitum paternum Principatum amplum,& præpotentem amiſiſſes. illum breui arridente fortuna non ſolum recuperaſti,ſed incredibili rerum ſucceſſu auxiſti,amplificaſti,noui populi,nouæ vrbes a te ſubactæ ſunt:Tyranni oppreſsi,Reguli deuicti,Prouinciæ partæ in tuam venere fidem: Itaque Florentiſsimo Principatu (ne dicam) regno contentus.quietus deinceps,

ceps, paccatuſque agere debebas:nec bellis bella miſcendo tantum in Italia excitare incendium:ad quod reſtinguendum cura omnis eſt adhibēda: fortunæ quoq; aſsiduam vicisſitudinem meditari oportet. paciq; ſtudendum.Quæ Florentes,ac tutos ſola reddit principatus, ob quod ipſum Veneti tecum Philippe in decē annos haud grauate fœdus percuſſerunt. quāq; nō fœdus,ſed pax potius(niſi per te ſteterit)perpetua erit:ea nihilominus te agere Venetus Senatus videt:quę fœderibus,ſinceræque amicitiæ contraria prorſus habentur:nam poſt Genuā illam Veneti Imperij Aemulam bello ſubactam,quando tam lætis rebus quieſcendum erat.Forliuium tamen in flamminia occupaſti,& ad Florentinorum opes euertendas in Hetruriam es tranſgreſſus,vt ea occupata(quis nō videt?)totius Italiæ Imperio poſtea frenum inijceres.Quod ne eueniat.Patere Philippe hęc à me libere dici,vi, bello,ac armis obſtabimus.Libertatemque Italię contra quēlibet totis viribus conſeruare conabimur.nam eo cōſilio Venetus tecum fœdus percuſſit,vt communibus armis Italię libertas defenſa ſtaret.Paterno itaque principatu ipſe contentus à vicinorum iniuria abſtinere, ac intra præſcriptos ex fœdere fines tenere te debes.Quod ſi ſecus facere ſtatuiſti.Scias, Venetos fœderis oblitos in te iuſta arma induituros.Hæc à Corrario Legato expoſita non mediocriter Philippi animum commouerunt. Sed diſsimulata ad tempus ira.Breue reſponſum dedit:dixitque ad legatum conuerſus, ſe certo ſcire Venetum Senatum fœdera,quę ſecum ſanxerat.Seruaturum,nouerat enim iam multo tempore Patrum fidem,& conſtantiam, nec ſibi perſuadere poſſe:quum ipſe,& maiores ſui Venetā ſemper, ſanɫte coluerint ſocietatem.nunc leui ęx cauſa amicum Principem velit Venetus.armis petere.Ac tametſi certo ſciat,prius Florētinos meritas temeritatis ſuæ pęnas luituros,quam accisis illorum rebus quiſquam ſuccurrere poſſet, tamen paratum eſſe,ſe in Veneti Senatus gratiam,ab armis diſcedere, ac ſi per Thuſcum liceat,vtrorumque cauſam Veneto Senatui, & Eſtenſi Principi cognoſcendam demandare:atque cum his Corrarius miſſus in vrbē reuerſus eſt:& quia conſtans fama erat.nouam per eos dies legationem Florentinos ad Senatum miſiſſe.Philippus quoque ne ſagaciſsimæ gentis aſtu Venetorum animi maiori in inſubrum nomen odio accenderentur.duobus & ipſe oratoribus creatis. Beltrando Lamponiano, & Ioanne Arretino. Senatum cauſę ſuę fauorabilem reddere tentabat,nec multos poſt dies vbi illi Venetias venere,per vrbem incedētes diſsimilem animorum habitum prę ſeferre.Thuſcum (vt par erat) acerba patriæ fortuna permotum meſtum,triſtemque vidiſſes.Contra præter pompam,rerumque omnium ornatum.Inſubrem lętari,exultare,vrbemque tum primum viſam, medijsq; fundatam aquis admirabundum perluſtrare:petito itaq; colloquio Thuſcus primum in curiā admiſſus ita Patres affatus dicitur: Credo Princeps excellentiſsime,& Patres optimi,vos plane ſcire, quid hac repetita Legatione

Not. Philippi reſpōſum.

Phillipi legati.

Florētini legati oratio.

tione Florentini requirant,atque vtinam ea ciuitatis noſtræ fortuna eſſet. Qua alia oratione hoc in ampliſsimo loco vti poſſem:vbi res acerbæ, moleſtæque explicandæ erunt.nō enim dubito,quòd liberi populi clades vos qui in libertate nati eſtis,non ægro animo feratis,proinde clemētia veſtra Florentini freti ſpes certas ſibi proponunt,impetrādi illam à vobis opem, quæ patriam ſuam à tanto hoſtium periculo ſit ſeruatura:quòd ſi antea vanæ noſtræ apud vos fuerunt preces.aduerſo Florentini populi fato id aſcribendum reor.nunc non tam noſtro,quam veſtro periculo moti ad commune,propinquūque reſtinguendum incēdium, ſpero, accurretis. minatur enim neſcio quid tremendum Philippus non ſolum nobis. Sed vniuerſæ Italiæ.Itaque non Florentinorum magis,quàm veſtra intereſt: Patres ampliſsimi,tyranni huius furorem reprimere. ſummo is Reſp.noſtras ex inſito naturæ vitio odio proſequitur:vt Macedo ille Philippus Athenienſes, Romanos Mythridates,recenti quoque memoria ſenſiſtis, quam infeſtus Veneto Carrarius fuerit Imperio.Sed ille immanitatis ſuæ meritis pœnas dedit.Quem ſi Vicecomes iſte incolumen his temporibus nactus eſſet:neſcio quonam modo Veneta horum armis libertas circūſepta ſtare potuiſſet.bene itaque cum vobis actum eſt,qui Carrarios perpetuos Veneti nominis hoſtes ſuſtuliſtis.At nos quaſi hęreditarium cū Vicecomitum familia bellum gerimus.Hæc Florentino nomini ſupra quam dici poteſt, inimica nos aſsidue armis oppugnat:leoque hic violentiſsimus ad Hetruriā nobiliſsimam Italiæ partem perdomandam erectus tot, tantaſque nobis clades intulit:vt in ſummum diſcrimen libertatem noſtram adduxerit. Qua oppreſſa,quieſcet ne iſte. Patres ſapientiſsimi? nulla mora profecto erit. Quominus acerbiſsimum feritatis ſuæ virus euomens in res veſtras impetum faciat,cui(ſubacta Florentia,ſeu vectigali,& ſtipendiaria reddita) ſoli reſiſtere poteritis? donec igitur integrum eſt, ſocia in impium tyrannum hunc vicecomitem arma iungamus,qui ſoli facile iniurię expoſiti erimus. coniuncti vobiſcum illęſi,victoreſque ſemper futuri ſumus. At fœdera ſunt ſeruanda?dicet quiſpiam.Quæ ex patrio inſtituto nunquam Veneti violare ſolent. Vtinam Princeps,& Patres conſcripti,alienas artes cognoſcendi mortalibus datum eſſet.creditis ne Philippum dominandi cupidine accenſum fœdera quæ cum vobis percuſſa habet. ſeruaturum?irruet ſtatim ille in vos,ſpretiſque fœderibus arma induet:meminiſtis credo.non multis iā annis nulla mutuæ ſocietatis habita ratione.Quonam pacto vos ille ludificatus ſit,quum Pandulphum Malateſtam in Venetę maieſtatis contemptū Brixiæ Principatu eiecerit,audiſtis quo modo Genuenſium libertatem potentiſsimę vrbi freno iniecto fraudulenter oppreſſerit. Nos quoque bello adortus domare tentat,vt ſi id ex voto ſucceſſerit,in vos ſtatim tantis viribus auctus arma conuertat: huic igitur qui toties iura diuina, & humana peruertit,qui ad Italię Imperium ſubigēdū anhelat, qui ſocios, amicoſque

Nota.

dolo,

dolo, fraudę circumuentos impugnat:fides ſeruanda eſt?bello Veneti hũc
tyrannum proſequimini hoſtem nobis,vobiſque infeſtiſsimum.Italię pę-
ſtem,ac ſocia nobiſcum arma iungite: Quæ non minus Reip. Florentinæ
præſidium,quàm Venetæ ſucceſſum,& ſecuritatem ſunt allatura. Nec vos
Patres ampliſsimi quia tot cladibus attriti, viribus ĩminuti eſſe videamur.
à noſtra propterea ſocietate abſtinete.non exiguæ adhuc nobis tam publi-
ce,quàm priuatæ opes ſuperſunt, quas pro libertate retinenda vna cum vi-
ta effundere magno animo parati ſumus.Nam quod ad belli gerendi ratio
nem attinet.veſtro arbitrio Patres optimi cõditiones præſcribite.Pax,bel
lumq; in manibus veſtris ſit: totumq; id tranſigite:quod vobis placeat,nul
las enim damus conditiones, nullas à vobis dandas vnquàm recuſabimus:
ſed veſtris omnibus decretis Florẽtinus populus humili ſemper acquieſcet
obſequio:Quum dicendi finem Thuſcus feciſſet: Varie Patrum animi affe
cti ſunt:quidam Philippi potentia,atq;imminẽti periculo exterriti bellum
ſuadebant:Nonnulli Florentinorum æmulatione, & dubijs martis caſibus
permoti arma auerſabantur: placuit itaq; priuſquàm reſponſum daretur:
vt Philippi quoq; Legati in curiam introducti audirentur: Ex his Ioannes
Arretinus lingue lepore,& ſermonis ornatu clarus in hanc ferè ſententiam Ioan. Aretini verba.
verba fecit:Miſſum ſe veniſſe cum collega ait.ab amiciſsimo Veneti nomi
nis Principe.non ad vllos motus concitandos,vt Florentini faciũt. qui no
uis ſemper rebus ſtudentes inimica pacis afferunt conſilia. Verum Philip-
pum Venetorum conſtantiam iamdiu agnoſcere.Fidem,Sapientiam, Iuſti
ciam,haud vereri.q Senatus Florentini populi amicitiam ſuę prępferat.quũ
Philippus ſedulo curet.ſtudia a maioribus tradita retinere. Venetorũ ami-
citiam,ſocietatem,beneuolentiam omni officio,& cultu obſeruare:cęterũ
quia illi in conſpectu omniũ quęſti ſunt. bellum,quo ad hunc diẽ ſupremũ
penè excidium ſenſere: Philippi Principis optimi culpa eſſe cõtractum.id
falſum liquido conſtare:nam Thuſcus inquit.iniuriæ author bellũ exciuit:
Quum Genuenſes a Philippenſibus copijs obſeſſos contra fędus: pecunia,
milite.commeatu,iuuerit. Et Lyburnio occupato circa Macram fluuiũ fi-
nes vetitos ſit tranſgreſſus:Laceſsitus Princeps optimus bello iniurias vin-
dicauit:In quem nunc vaniſsimi homines ſtudent cõtra vetuſtum ius ami
citiæ,contra initam ſocietatem vos in Philiippum armare:timendũ aiunt
ab eo eſſe.ſi Florentiã,ſi Hetruriam ſubegerit:Hoſtilem animũ in Reip.no
mẽ gerit.Italię totius perdomãdę cupidinę ardet. Macedonici illius Philip
pi,ac Mythridatis exẽpla referunt:quorũ alter Athenienſiũ.alter Romano
rũ libertati tyrãnice ſemper inſidiati ſunt:fuerint illi iniqui, inhumani, pra
ui Reges.At contra ſi tot ſeculorũ hiſtorias euoluere libet, cur nõ Attalus,
Hiero,Maſſaniſſa memorãtur?qui Romani populi,Italicæq; gẽtis amiciſsi
mi fuere:at hęc antiqua recedãt:noſtrorũ tẽporum geſta repetamus:Nũc
Calomanus, nũc Bela Pannonię Reges, & nouiſsime Ludouicus Veneti

Bb nominis

nominis hoſtes acerrimi fuere?nūne fuere Carrarij oēs?at Luchinū,Barnabouē,Galeatiū,& hunc Philippū Vicecomites,amātiſsimos Reip. Venetę Principes agnouiſtis.ſocijsq; armis cū Galeatio iunctis. Taruiſiū a vobis receptū eſt:quo poſtea defuncto,Vincētia,Verona,&Patauiū ampliſsimę vrbes in Venetorū poteſtatē venere: Vicecomitū igit familia ſemper amica vobis fuit.Florētini cōtra Aemuli,& Infeſti,quos tota odit Italia:cęterū diximus antea,ac nunc iterū repetimus.Paratū Philippū eſſe,rē omnē veſtro arbitrio diffiniēdā relinquere:veſtra enim ſapiētia,& ęquitate fretus notas calumniarum intentatas effugiet.quas Thuſcus optimo Principi impudēter inurit:Poſtquàm Arretinus perorauit:poſtridie Senatus vocatus eſt.cōuenere autē frequentiſsimi Patres,vt Legatorum poſtulatis in mediū expoſitis ex Reip.dignitate Senatuscōſultum fieret.per pluresq; dies varijs ſententijs dictis,nil cōfici potuit:nam a primis facibus, vſq; fere in ſequens crepuſculum diſputationes in Senatu protractę ſunt:alijs alia ſentientibus:erant enim nōnulli.qui aperto bello Philippū inuadendum eſſe cēſebāt:iunctiſque cum Florentino armis,terra, mariq; eius tyrānidem extirpandam. alij contra ne res tanta temere moueretur,admonebant: Quieſcendūq; ab armis quandoq; tot bellorū ſuperiorum ſumptibus exhauſto ęrario,& quum in hūc modū diu ſententijs variaretur:Frā.Carmaniolam veterē belli Ducē,qui per eos fortè dies ſubiratus à Philippo ad Venetos tranſierat: in curiam vocatum audiri placuit:iſq; (vt iracunda erat natura) in Philippū primo inuectus ingratitudinē eius amariſsimis verbis deteſtatus eſt: Perfidum,iniquūq; Principē appellans.cui tot, tātiſq; rebus geſtis florentiſsimū Principatū reſtituiſſet è tyrānorū manibus extortū, exulq; ipſe nunc pro tātis meritis peregre iret.ac in vitę(quod pius eſt)exoletorū impudiciſsimorū quorūdā delatione diſcrimē incidiſſet: Verū enim vero Dijs immortalibus ipſū gratias agere:q; pręſenti periculo ſeruatus ad Iuſtitię domicilium vrbē Venetā cōfugiſſet.vbi virtus,vbi rectū,vbi pietas coleret. itaq; ſe nihil aduerſi paſſum arbitrabatur:ſed potius fęlici fortuna functū,atq; ampliſsimo munere donatū,quū eā ſedē nactus ſit.quę certā ſibi quietē,amplitudinē,fęlicitatēq;polliceri videatur:quod aūt ad bellū attineret.nō eā eſſe dixit Philippi potentiam,nō eā fortunarum,opumq; magnitudinē, quæ vulgo prędicarētur.Nec Florētinos bellica hoſtiū virtute magis,quàm ducum, militūq; ſuorū ignauia,aut fraude,vel fati acerbitate victos: accedere ad id ærarij inopiam,quę tam terreſtris, quàm maritimi Imperij ſumptibus cōtracta eſt.itaq; ciues opibus exinanitos,vectigalia oppignerata,populorū intolerabilia tributa annūciabat.quicquid aūt ſupereſſet.ſurripere,vorare ſcurras Mimmos,Aulicos,q; ſi his circūuētū difficultatibus Veneti Philippū ingenti bello adorirentur,proculdubio futurum, vt in ſummū diſcrimen Mediolanenſis adduceretur Principatus:maximas enim Venetorū eſſe opes. Florētinorū quoq; his adiūctis hoſtē facile deleri poſſe,ſe quoq; bellis aſſuetū, militaribusque

Variæ Patrum opiniones.

Carmaniolę oratio.

militaribusq́; ſtudijs à pueritia innutritum, Philippẽſi rei nõ parum forſan obfuturum: quippe qui bellica munera fœliciter obiuiſſet: multoſque pręclaros Duces Italos, Barbarosq́; ſecũ acie congreſſos ſuperaſſet: qui per tot armorũ pericula, variaq́; martis diſcrimina indefeſſo corpore, & animo & parere didiciſſet: & imperare, prætere, ꝙ ad Philippũ attineret: qua videlicet is in Venetos mẽte eſſet: quã do illius cõſilia planè ob intimam ſecretorum cõmunicationem explorata haberet. certo ſe ſcire, Philippum in Venetos male animatũ eſſe. expectareq́; occaſionẽ. ad eos armis terra, mariq́ inuadendos: extinguerent igitur patres cum Florẽtinis ſocietate inita tã vicinum incendium, eiuſq́; opera (modo eã rebus ſuis cõducere crederent) libere vterentur: paratum ſe omni ſenſu in Philippum rẽ impigre gerere. & quo animi ardore ſummũ illi quandoq́; principatum quęſiuiſſet: eundem nunc euertere totis viribus tentaturus eſſet: plures autem viros militari virtute, rerum geſtarum gloria, prudentia, fama, ſeipſo præſtantiores. ſed maiore in Venetum nomen fide, deuotione, obſeruantia, aut in hoſtem ingratiſsimum odio patres habituri eſſent neminem: Deum inſuper Optimum Maximum precari, vt in adminiſtrando bello eam ſibi pręſtaret. cęlitus virtutem: qua depreſſo hoſte, & Thuſcus ſaluetur: & Venetorum amplificetur imperium: Carmaniolæ verbis patrum animi non parum erecti ſunt reque in Senatum deducta. Foſcarus Princeps, qui ſumma ſapientia, & facundia præſtabat. fœdus cum Thuſco ſuaſurus talem habuit orationem.

Multa in rebus humanis Patres cõſcripti interdum cenſentur optima. Foſcari P oratio. quæ tamen contraria inter ſe errorem, confuſionemque inducunt: ac ſub ſpecie (vt aiunt) boni decipitur ſæpe mortalium ſenſus. ſed ex his duo præcipue ſunt in Republ. Patres optimi, quę & ſi re, & nomine dulciſsima appareant. Pax videlicet, & parſimonia, ſæpe tamen ampliſsimis regnis, ciuitatibus, & populis inuexere calamitates. nam dum nimium pacis auidus, dum pecunię tenax ad quietem, & ad opes reſpicis: grauiſsima pericula, dãnoſaque ſuperueniunt infortunia: Quod & antiquis temporibus, & noſtra etiam memoria accidiſſe cõmemorare poſſumus: exemplum tamen recentiſsimum Florentinorum adeſt: qui dum creſcẽtem ab initio Philippi potentiam auro armisq́; euertere potuiſſent. Vtraq́; re omiſſa hoſtẽ nunc viribus auctum timẽdum, formidabileq́; magno ſuo cum periculo experiunt: proſpiciendi ſunt inquã impendentes caſus, cõſilioq́;, ac virtute ad eos propulſandos vtendum: Eadem fere mihi ratio in Repu. eſſe videtur: quæ & in naui gubernãda, maritimis enim rebus aſſuetos maritima nos exẽpla ad duxiſſe haud impropriũ erit, rogo, an ſiquis tranquillo mari, proſperaq́; aura naui curſum tenente gubernator ſomno, & deſidię deditus tẽpeſtatis pe- Not. cõparationẽ. ricula quæ inſtare poſſunt. nequaquàm proſpicit. nec anni tempora, nec ſyderum qualitates, nec vada, nec ſcopulos: quos declinare debeat. diligenter aduertit: nũc ſi ſubito pelagi horrore, ventorumq́; impetu correptus nau-

rent:quicquid vrbium,locorumue intra Hetruriȩ fines ex Philippi principatu caperetur:Florentinorum eſſet:cętera in Ciſalpina Gallia Veneto cęderent libere Imperio:nec prius,aliterue,quam ex Veneti Senatus conſenſu Bellum,ſeu Pax cum Philippo fieret:Accito itaque in curiam Florentinorum Legato.Initi fœderis formula exponitur:qua ſtatim ille Reip. ſuæ nomine approbata,ad Principis pedes prouolutus eſt: ac ſpõte ſua in hæc verba prorumpens alta voce dixiſſe fertur. nullum vnquam futurũ diem. quo Florentini tanti beneficij obliuiſcerentur:ac ſi aliquo tempore Venetum res aduerſæ præmerent:Thuſcum paratum fore: opes, fortunas, tam publicas,quam priuatas,vitamq́ue ipſam pro Veneto Imperio effundere: fœdere vulgato:Alphonſus Arragonum Rex,Amadeus Allobrogũ Dux, Eſtenſis,Gonzaga,& Senenſes,nouam ſocietatem ſequuti ſunt. Atque his diebus Nicolaus Eſtenſis Ferrariæ Dux vxorem capitali ſupplicio affecit,quòd illa in Venerem prona cum Huggone mariti fratre in adulterio deprehenſa fuiſſet.Veneti interim per Franciſcum Serram legatum Philippo bellum indixere:quo ab illo forti animo ſuſcepto tota ſtatim Italia arma vtrinq́ue parari cœperunt:ſed Veneto primas Belli partes præoccupante.Carmaniola ſtatim acceptis Imperij ſignis Senatus iuſſu cum floren tiſsimis copijs in hoſtem mouit: qui in cęnomanos celeriter profectus vt ab aliquo memorando facinore bellum auſpicaretur.tentauit Brixiã occupare,primumq́; aliquot ex ciuium numero qui ſibi noti, familiaresq́; erãt. occulte ſubornauit;ad prodendam noctu arcem:Sed cum id fruſtra actum eſſet:Principes alterius factionis Petrum,& Achilem Aduogaros veteri in Philippum odio facile impulit: vt ſilentio noctis refracto muro Venetas copias intra mœnia vrbis acciperent:Ipſi quum Venetum nomen mirifice colerent.Carmaniolæ aſſenſerunt: Itaq́; ad perficiendum præclarum facinus Aduogari erecti concubia nocte refractis męnibus Venetos in vrbem admittunt.Brixia his belli primitijs occupata Philippenſium factio in ciuitatulam ſe recepit: Oltrandus quoque Centurio cum valida militum manu arcem ingreſſus eſt: Qua retenta ſperabat homo ingentis ſpiritus fore, vt Venetus paulo poſt nollet, velletq́ue vrbe, quam temere occupaſſet: excedere cogeretur: Sed Carmaniola ne qua ſubito Philippenſium eruptio ex ſuperiore loco ſuos turbaret: validas munitiones ex oppoſito erexit. cunctaq́ue ſolertiſsimo ingenio agens Ciuitatulæ, arciſq́ue præſidium domare ſtudebat.audita autem Philippus Brixiæ alienatione ingenti męrore affectus eſt.Ad vrbem tamen recuperandam animum adijciẽs copias quotquot potuit ingentes contraxit: Earumq́ue Imperio Franciſco Sforciæ militaris rei peritiſsimo demandato. rebellem vrbem obſidere parat, Interim Nicolaus Eſtenſis Florentinorum exercitus Imperator ex Cremonẽſi agro ingẽtẽ predã egit.fędeq́; omnia populatus maximũ Glareanę abduę populis incuſsit terrorem. Sforciaq́; ex altera parte cũ Floreti equitatu,

Legati Floren. verba

Aduogari

Brixia à Veneto capta.

peditumq́ue

peditũq; robore Brixiã cõtẽdit. coniũctusq; Philippẽſibus Venetũ in vrbe non parum ex arce crebris eruptionibus vrgebat. Quibus intrepide Carmaniola reſiſtens foſſam cum vallo hoſtium munitionibus obiecit: ita vt ſub Sforciæ aduentum & ſi aſsidua pene certamina committerentur. Feroxq; hoſtis minis, armisque fureret. haud tamen multum trepidationis Veneto iniectum eſt. Carmaniola vbique impigre rem gerente. Qui vt hoſtem pluribus locis fatigaret. Portam palarim oppugnare ſtatuit, admotisque circa eam Bellicis operibus omnia intente obire, die, noctuque hoſtem vrgere. Sed peruigilio, aſsiduaque corporis iactatione vexatus in grauem morbũ incidit, atque ob id ipſum medicorum conſilio ex caſtris in Patauini agri Apponiana Balnea concedere coactus eſt. Quo abſente Gonzaga Imperatorium militare munus obiẽs ita impigre omnia adminiſtrauit. vt Carmaniolæ nulla in re deſideraretur præſentia. Interim Philippi copię ex Hetruria, & Flaminia trepidiſsimis nuncijs reuocatæ in Bononienſis agri finibus conſederãt. nec procul inde Veneti cum ſex millibus equitum, peditumq; ad vineolam præaltum amnen Victoris Barbari viri impigri ductu ſtationem habebant, eum enim Patres illuc miſerant, vt impedito trãſitu hoſtis in Galliam perueniendi aditu arceretur, Eſtenſi quoque negocium datum eſt, vt in Mutinenſi agro loca aſſeruaret, per quæ hoſti facilis pateret tranſitus, & Carmaniola Patrum litteris excitus qui adhuc circa Apponi Balnea erat. Brixiam ſtatim eſt reuerſus, nec multo poſt Philippi copiæ è Bononienſi agro in Brixienſem tranſituræ ad coalcorium oppidum peruenere, circa quod vaſtæ admodum ſe exonerant paludes. Efficiuntque flumẽ magno impetu in Padum decurrens vado nuſquã permeabile, ad huius ripas omnibus fruſtra ad tranſeundum tentatis per dies circiter triginta hoſtes inuiti ſubſiſtere. demum moræ impatientes noctu infatigabiliter fabricato ad Perſicetum oppidum ponte circa Scultenam ſub Aurora flumen ſunt tranſgreſsi. Iungendi autem pontis ratio hæc fuiſſe dicitur. viginti oblõga dolia duplici ſerie fluuio impoſita arctiſsimis vinculis connexa vtriusque ripę eximiæ craſsitudinis, ac proceritatis arboribus affabre ſunt alligata. Cratesque, & trunci ſuperinecti pontem efficiebant, qui numeroſis funibus, ac ſudibus vario nexu illigatis ſolidiſsimus reddebatur. Sabulique, ac virgultorum ingens copia ſuper eo inſtrata facilli[illegible]um equitatui, ac peditibus tranſitum præbuit: ſuperato itaque amne in proximam Syluam Philippenſes delati ita Venetos ſublato repente clamore terruerunt, vt ad ripã metu animos occupante occurrere nemo ſit auſus. Quin omnes in fugam coniecti in propinqua oppida Mirãdulam, & Concordiam ſe trepide receperunt: Nec alia maior clades ſequuta eſt, pręter vnius Guidonis Fabrianici equeſtrem aliam interceptam. Qui ad augendas Barbari copias à Veneto miſſus in hoſtium cuneum temere delatus, ac amicæ aciei errore deceptus cum omni equitatu opprimitur: fuerunt ea tempeſtate, qui crediderint

Gonzagæ virtus.

Pontis forma.

rint(quod à fide haud multum ab eſt) Eſtēſem potuiſſe facile hoſtem tranſitu prohibere: ſeu longa mora deſtinere: ſed omnino nolluiſſe: ne tanta belli moles ſuis hæreret finibus: Philippus interim in Florentinorum inuidiam Flaminię oppida (ſubductis vndique pręſidijs) Martino pōtifici gratificaturus Eccleſiaſticæ ditioni tradita ſubiecit: In Cęnomanis autem hoſtes qui ſub Angeli Pergulani ductu in Galliam trāſiuerant. Quum ad duo ſtadia vicini Brixiæ conſediſſent. locum caſtris munierūt. Pugnamque expoſcentes Venetos aſsiduis incurſionibus laceſſebant. Sed Carmaniola ad arcem expugnandam intentus nihil intra męnia ad erumpēdum in hoſtes moueri eſt paſſus. Circunſedentibus Brixiam auctis viribus Philippenſibus Veneti in tanto diſcrimine nil ceſſare, nouum militem ſtudio conſcribere, arma vbique parare, auxilia à ſocijs contrahere, à quibus Nicolaus Tollentinas in Veneta Caſtra miſſus aduenit. Homo præter cętera militiæ decora Bellicorum operum, oppugnandarumque vrbium peritiſsimus. is munitiones, apparatusque Bellicos hinc inde intuitus docuit. Arcem Brixiæ ob inexpugnabilem ſitum vel diutiſsime obſidendo nullo modo capi poſſe, niſi latiſsimo vallo, foſſaque profunda circa illam ducta, impeditaque in Arcem cōmeatus inuectione. infeſtiſsimus hoſtis fame domaretur, approbato Tollentinatis conſilio ingens, ac memorandum Veneti opus ſtatim aggrediuntur: nam innumerabili operariorum manu vndiq; collecta per tria millia paſſuum vallum munitiſsimum eſt Arci circūiectum. In quo duplex foſſa pari vtrinque ſpacio ducta erat. cum aggere triginta pedū lato, vbi ſupercongeſtæ in muri ſpeciem glebæ ſublimius prominebant, turres quoque ligneæ tabulatis firmiſsimis compactę ſingulis ferme ſtadijs diſpoſitæ ſunt. Habuit præterea munitio illa præter bellicas machinas breui inter ſe ſpacio valli diſtantes portas duodecim, vnde armatæ cohortes quū opus eſſet, vtroque verſum emiſſæ in hoſtes erumperent, multoque auro, ac infinito labore tanta operis moles perfecta eſt. Iccirco quum inchoatæ huius munitionis fama ad Philippum eſſet perlata, vnus ex Aulicis exclamaſſe fertur, nil magis ab immortali Deo precandum fuiſſe, quam quod Veneti huiuſcemodi rei aggrediendę libidine tenerentur, quod non Venetas ſolum opes, ſed quæ Xerſis, Crœſiue olim fuere, citius abſumeret: quàm ad conſumationem perduci poſſet: interim Pergulanus, vt Venetum ab inſtituta valli munitione, quæ nondum perfecta erat, auerteret, in Mātuanos fines cum parte copiarum profectus omnia terrore, & incendio furibūdus compleuit: haud tamen ea clade Veneti, ſocijque commoti rem omiſſere: & hoſtis in Brixienſem agrum reuerſus caſtra aliquanto propius vallo admota egregie communiuit, hortantibusque armorum clariſsimis ductoribus Nic. Piccinino, & Fr. Sforcia, qui in Philippi caſtris erant, vt in munitiones nondum perfectas Pergulanus, qui ſummam Imperij militaris dignitatem in Philippenſi exercitu obtinebat, impetum faceret, nunquā tamen

Ang. Pergulanus.

Nic. Tollētinatis ſolertia.

Att. operis magnitudinem.

Att. Aulici verba.

men is adduci potuit,vt quicquam in hoſtem moueret. Satis, ſuperque ſe facere dictitans,ſi Principi(cuius mereret ſtipendium)ita ſedendo obtemperaret:opere interim grauiſsimo labore,& impenſa ad calcem perducto. Carmaniola quicquid ſoli ante hoſtium caſtra erat, armatis copijs occupat:quæ cum appendicibus ſociorum ad quattuordecim equitum millia, peditum vero Veteranorum, ac tyronum ſupra decem fuiſſe traduntur: inter quos viri hi nomine, & factis illuſtres erant: Ioannes Fr. Gonzaga, Lud.Seuerinas,Paulus Vrſinus,Aloyſius Vermius,Laur. Cotoniolanus, & ſub Nicolao Tollentinate plerique alij,qui magna, claraque ad eam diem fecerant ſtipendia:peditum itaque maxima pars aggeri pręſidio eſt impoſita.In quibus ſagittarij ad quinque millia Venetijs miſsi fuiſſe dicuntur: illudque in primis ijs mandatum,ſi Imperatorem cum toto exercitu ad internitionem ab hoſte cędi vidiſſent,poſſentque ſuo occurſu rem perditam reparare.ne à loco diſcederent,commiſſamque attentiſsime ſeruarent cuſtodiam,quòd ſi ſecus feciſſent.In eos tanquam deſertores more maiorũ capitali animaduerteretur ſupplicio:& hæc apud Venetos fiebant. In hoſtium autem caſtris varijs ducum ſententijs, & tacita æmulatione parum concordiæ inerat:numerumque prope parem Veneto armatorum Philippi exercitus continebat:nam ad decem equitum millia:octo peditum cenſa fuiſſe dicuntur:præter mille, & quadringentos pedites,qui arcem,& ciuitatulam præſidio tenebant:horum mille,& amplius varijs oppugnationibus à Carmaniola tentatis,aut interfecti,aut vulneribus debilitati ſunt, verum ſaluis centurionibus,qui munitionibus præerãt.Arx incolumis ſtetit. Nec Venetus tamen ex priſtina ferocia aliquid remittere:nam Carmaniola hominum multitudine fretus aſsiduis certaminibus hoſtem fatigare, nunc ſcalas muris, nunc vineas,tormenta,aliaq; opera bellica nocte, dieq; admouere:quibus maxima murorum pars diſiecta eſt : ita vt foſſæ ruinis, ſaxorumque fragmentis plenę opplerẽtur:vel maxime circa portam Gargetiam:& quoniam noua aggredi oppugnatione locum Venetus ſtatuerat:vt in pugna ferociores,alacrioreſque militum animi redderentur.præmia huiuſmodi ſunt propoſita,vt qui primus dato ſigno intrepide muros conſcendiſſet,quadringentos nummos aureos dono haberet:trecentos ſecundus,tertius ducentos,decem ſequentes centum, denoſque alij numero viginti:pugnatum eſt itaque vnius,& amplius horæ ſpacio tanto vtrinque ardore,tanto impetu,vt haud facile diiudicari potuerit:ex qua parte fortitudo,virtuſque maior eluceret : demum pluribus vtrinque interfectis, & ſauciatis,Philippenſes mœnia retinuere.Inuictique Venetorum arma, & longam obſidionem pertuliſſent:niſi fames eos cędere coegiſſet:qua inualeſcente adacti ſunt in decem dies inducias paciſci:ad dedẽdam arcem:niſi auxilium à Philippo ſtatuto temporis ſpacio:aduenisſet: ſecundum igitur has pactiones iuſsi ſunt ſtationarij milites intentius ſolito excubare,ac circunſpicere,

Venetorũ copiæ.

Hoſtiũ copiæ.

Not. præmia.

cumſpicere, nequa præſidia, aut commeatus obſeſsis in ea neceſsitate alicunde mitterentur: fremebant interim Piccininus, & Sforcia, aperteque Pergulani, & quorundã ductorum ignauiam accuſare, qui ſiue fraude, ſiue metu, Brixiam Veneto prodere videbantur: Diſijciendas eſſe munitiones, militũq; virtutem experiendam: qui vel egregie pugnando mori, aut ſuos obſidione leuare armis cuperent. ad ea Pergulanus negare quicquàm temere agendum: quum Venetus munitiorem locum teneret. viribuſq;, & fortuna ſuperior eſſet. ſatius in pręſentia ſibi videri, incolume ex arce pręſidium educere. nec militem armato hoſti conficiendum obijcere: quo ſaluo fore, vt firmiore poſtea exercitu contracto, Venetum inſigni aliqua clade afficerent. Tum Piccininus (vt natura acer, & ferox erat) peſsimo exemplo fieri exclamauit. His conſilijs Philippi rebus manifeſto obeſſe. Quin ſiquis Italici, Inſubricique nominis dignitatem charam haberet: ſiquis præſenti militia dignus videri, me in hoſtem (ait) euntem ſequatur. atque ita loquutus è media concione in prælium iturus ſe ſubito proripuit, quem Sforcia ſequutus bellicum quid ſpirabat. Sed dum Piccininus Imperatoris iniuſſu ſuã in Venetos explicat aciem. Sforcia concionabundus Pergulanum, & alios hortatur, vt ſigno pugnæ dato, ac armis arreptis; fortiſsimi viri ardorem imitarentur: At Carmaniola, qui militem ad ſubitos caſus inſtructum, paratumque tenebat. vbi ad iactum teli appropinquare hoſtem conſpexit: ſuos patefacta repente porta in eum incurrere iuſsit. tum Piccininus Venetorum alacritatem conſpicatus, paucitatiq; ſuorum diffiſus, nequid temere commiteret, pedem rettulit. In caſtraque ſine alio certamine regreſſus eſt; inſpecta ſuorum fuga Philippenſes qui munitiones inter Palàrim, & Gargetiam portas præſidio tenebant. ſtatim eas deſeruere. & in tutiorem alium locum ſe recipientes vltra induciarum tempus eum armis retinere perſeuerarunt: Patres autem longę moræ impatiens tres ampliſſimos viros Fantinum Michaelem, Leonardum Mocenicum, & Petrum Lauredanum in caſtra miſſere. quorum aduentus ita bellicæ adminiſtrationi profuit, vt poſt varios tandem conatus Veneti arce, munitionibusque receptis, ſeptem menſium ſpatio Brixia potiti fuerint: Hinc Salodienſes, Ripenſes, Gardenſes, Syrmonienſes, atque omnes Benaci lacus accolæ, antequàm vlla eis armorum vis illata eſſet: in fidem ſponte venere: miſsique ſunt ſtatim à Senatu ad Brixiam regendã duo ampliſsimi viri Pet. Lauredanus, & Fant. Michael. Nec ita multopoſt per Pontificis Legatũ pax tẽtata Ferrarienſi conuentu his conditionibus ſancitur, vt Brixiam. quam armis cęperat Venetus, cum Camonica valle haberet: Additur ad hęc ea Cremonenſis agri pars, quæ perpetua fluuij Olei ripa Brixienſi reſpondet: Cuius longitudo per quadraginta millia paſſuum extenditur; Hęc autem partiũ Legati aſtipulantes ſolenniter approbarunt; Et Põtificis orator cuncta adhuc rata magis facturus Mediolanum ad Philippũ profectus eſt; Principemque

Acc. Piccinini feroc. iam.

Sforcię ardor.

Legati in caſtra miſſi.

Hoſtes Brixia eiecti.

Pax.

Cc

cipemque de præſenti Venetorum iniuria grauiter conquerentem offen-dit,q̀ ij auaritia occæcati non ſolum Brixiam ex ſuo principatu intercepiſ-ſent.ſed Cremonenſis quoque agri partem ſibi adimere vellint:conatus eſt Pontificis Legatus quo potuit blando ſermone iratum Principem delini-re:Verum vbi Venetos magiſtratus ad recipiēda oppida miſſos cum igno minia à Philippenſibus repulſos vidit:Violatamque ſenſit pacem, Romā re infecta abijt:Cauſaque interruptæ pacis fuiſſe dicitur.Mediolanenſium ciuium faſtus:qui ęgre ferentes victorem Venetum Philippo leges pręſcri bere:cum ad violandas pacis conditiones inſtigarunt:polliciti ſunt equi tum decem millia, ac totidem peditum in Venetos ſuis impenſis armare. hoc tamen pacto appoſito,vt vrbis vectigalia ciues ipſi exigerent.Idq; for ſan Philippus eis conceſſiſſet: niſi formidoloſum natura Principem pericu lum à quopiam ex Aulicis propoſitum exterruiſſet. Identidem admonēte: vt videret ipſe quid ageret.nil aliud fore,ciuibus vectigalia permittere,quā libertatis tacitè illos admonere:nimiamque poteſtatem populum habitu-rum:ſi fiſco manus apponere aſſueſceret:ceſsit itaque eiuſmodi monitio-nibus Philippus: Et ne ciuium animos in tam aduerſa fortuna à ſe ingrato reſpōſo alienaret:per internūciū mādauit, vt quęcunq; ij ſecū agere vellēt: ad Ioā.Riccium Cōſiliariū ſuum deferrēt:ea res effecit, vt priſtino illo Me diolanenſiū ſtudio paulatim remiſſo àctio prorſus antiquata ſit:Philippus vero ad reparandū bellum intentus, ſpemque illam habens quòd à ciuibus ſuis armis,pecunijſque adiuuaretur, primum arces,& oppida iuxta icti fœ-deris formulam reddi vetat: Inde in Mātuanum agrum populabunda ag-mina immittit. Veneti vbi violata pace rem ad arma ſpectare vident:ira perciti bellum,& ipſi ſtudio reparant,nouoq; milite veteribus copijs adiū-cto Carmanjolam in hoſtem mouere iubent:reuocanturque in priſtinum fœdus Florentini, Allobroges, Lygures, Eſtenſis, & Gonzaga, at Philip-pus, nil tantorum Principum ſocietate territus, ad maioris potentiæ fa-mam cōciliandam tripartito hoſtem aggredi ſtatuit: nam & claſſem apud Cremonam inſtruxit:& in Brixienſem agrum copias immiſit.& tertia ex-peditione Lygures extorres ſub Fra. Sforciæ ductu vno tempore aggreſſus eſt. qui facile victi Thoma Fregoſio Duce caſtra opulentiæ referta amiſ-ſere: Martiſque proſpero euentu Genua Philippo incolumis ſeruatur. in Brixienſi interim Pergulanus cum florentibus copijs rem impigre gerens cum Piccinino coniunctis armis Caſalemaius Cremonēſis agri oppidum terra,&aquis adortus expugnauit:Inde Brixillū obſidione ab hoſte cinctū, ſed nec Veneti naualium armorum fragore Pado obſtrepente in ocio fue re.nam maritimis pollentes viribus validiſsimam claſſem inſtruxerunt:cu ius Imperium Fr.Bēbo viro impigro demādatur: Iſq; ſtatim in aduerſū flu uium per Mantuanos fines progreſſus ad opem Brixillo ferendam aduola uit:tum Euſtachius Ticinenſis Philippicæ claſsis præfectus propinquanti Veneto

Mediolanenſiū politia.

Pax à Philippo violatur.

Fluuialis claſsis à Veneto cōflata.

Veneto ſtatuit medio pado occurrere: contra Piccinini conſilium, qui continuandam cenſebat obſidionem, nam capto ab hoſte oppido Arx in Venetorum adhuc poteſtate erat, Qua animorum diſſenſione, euenit, vt ſub amice claſsis aduentum Veneti eiecto hoſte oppidum receperint: In quo ingens machinarum, varijque generis armorum apparatus captus eſt. Interim Euſtachius ad quartum lapidem claſſem Cremonæ propinquam ex Brixellana ſtatione appulerat: Hic eum ſedentem Bembus pugnandi ſtudio aggredi ſtatuit: ſuiſque corpora curare iuſsis. naualem ita aciem diſponit: octo in prima fronte Galleones firmiſsimis funibus, catheniſque inter ſe nexos conſtituit. vt ſtataria quaſi pugna ferrum miſceretur. abreptaque fugæ ſpe vel vincere, vel mori in veſtigio bellator certus eſſet. Cætera claſsis proximo loco ſequi eſt iuſſa. vt libero amne hinc, inde volitans ſubſidium, vbi opus eſſet. laborantibus ſuis afferet: nec hoſtis pugnam detractabat: ſed inſtructa in aduerſas proras acie. quattuor Galleones præmiſit. Qui ſecundo Fluuio vehementique remorum impulſu acti in Veneta nauigia cum impetu erumperent. Illi vero imperata facturi fluminis rapido curſu adiuti in Venetum deferuntur: quem præteruecti proras in hoſtium puppes à tergo obuertunt: rati fore, vt a fronte quoque à ſuis Venetus ſollicitatus, impugnatuſque facile deleretur: ſed res alium habuit exitum. Nam Bembus præteruectos hoſtium Galleones nauibus ſuis caſtellatis opportune circumſiſtens modico negocio oppreſsit: erat in ripa fluminis Piccininus, qui ſuos voce, manuque adhortando arma cum eis prælij ſpectator in hoſtem miſcere videbatur: Ancepsque certamen aliqnandiu fuit: Demum victor Venetus quattuor alijs Galleonibus hoſti ademptis Philippi claſſem profligauit: Deſideratique plurimi, & ferro, & aquis periere: reliquos fuga elapſos Bembus vſque Cremonam inſequutus eſt: Pauci relictis nauibus ripis impacti in terram ægre euaſere: Hoſte autem fugato Bembus Cremonam propius accedens in nouum pugnæ genus incidit. nam Philippenſes tria in Pado erexerant caſtella. Quibus ita fluminis alueum occluſerant: vt cuiuſcunque validæ claſsis tranſitus facile impediretur. in Galliæ intima penetrandi: Sed nihil eſt tam validum, quod vires interdum non expugnent: Nam Bembi virtute Caſtella in Venetorum poteſtatem venere: Cremonæque trepidatum non mediocriter ferunt. Interim quum Nauales ſocij prædandi ſtudio in terram inexplorato deſcendiſſent: eruptione à Philippenſibus Duce Chriſtophoro Lauellano ex vrbe facta ingens illis trepidatio iniecta eſt: cladesq; non parua illata. nam Lauellanicus miles ſubito ortus ad trecentos nautas temere progreſſos tumultuario incurſu ferro confecit: Inde Bembus execratus nautarum temeritatem cum claſſe Ticinum uenit: expoſitiſque militibus vt iniuriam nuper acceptam vlciſceretur. iterum Veneti vincuntur. fuitque omnino minor clades ſuperiore

Bēbi ſolertia.

Hoſtium claſsis a Veneto profligata.

illa ad Cremonam:quum hoc in loco paucis ſub primum congreſſum cadentibus opportune Bembus receptui cecinißet:& hæc in Pado.At in Mediterraneis vere iam appetente cum florentiſsimis copijs Carmaniola Patauio profectus Lagiſium peruenit: inde Benaco traiecto ad quintum lapidem Brixię appropinquaret:& ex altera parte Philippenſes Duces Albericus Comes,& Petrinus Derthonenſis ex Octolēgo vbi ſtatiua habebāt. cum quadringentis equitibus,magnoque peditum numero in ipſas prope portas delati ingentem in vrbe trepidationem fecere,& iam cōplures mortales in ſuburbanis locis oppreſſerant:quum ad ſubitum tumultum Petrus

Pet.Lauredani virtus.

Lauredanus vrbis præfectus vbi hoſtem adeſſe ſenſit,Paulum Vrſinū hortatus eſt,vt cum trecētis equitibus per auerſa ab hoſte loca circūuectus media ab Octolēgo via ſe in inſidijs locaret.Inde ipſe quo erat animi vigore, armatus equo ſedēs extra portam,quæ Nazarea dicitur, ſe proripuit: & reliquum equitatum hoſti obijciens iubet iniecto certamine tam diu illum diſtinere:donec ad locum inſidiarum hoſtes pertracti eſſent, vt à fronte, à tergo circūuenti ad vnum opprimerētur:atque ita ſane quod futurum ſperarat vir ſagax,euenit:nam Vrſino,cęteriſque Lauredani imperata faciētibus,precipitatus eſt hoſtis in inſidias, ac male habitus ingentem cladem

Philippenſiū clades.

adijt:nam paucis fuga elapſis,ac plurimis cæſis, Petrinus cum centum, & quinquaginta equitibus in Venetorum poteſtatem venit : atque eodē die quo hæc fęliciter geſta ſunt,exultante paſsim ciuitate, Carmaniola Brixiā eſt ingreſſus,qui ægre tuliſſe dicitur,alienis auſpicijs victoriam partā : poſt modum,ne tempus ſedendo tereret: omnibus,quæ ad Rationem Belli attinent,in vnum collatis,cum quattuordecim equitum millibus, & ſex pedi-

Venetorū exercitus.

tum ſub ſignis Brixia egreſſus ad montem clarum primū metatus eſt. Inde motis caſtris ad Octolengum itum.Quò tres Philippi Duces viri fortiſsimi Guido Taurellus, Criſtophorus Lauellanus,& Nicolaus Guerrerius ab eo miſsi ad loci præſidium venerāt:ijque taciti intra mœnia ſe tenuere: opportunum tempus ad erumpendum in hoſtem expectantes: Veneti vbi in conſpectu oppidi fuere, nil minus, quàm irruentium hoſtium armatam aciem timentes.Quidam ęſtiuo calore feſsi ſub tentorijs vmbras captant: alij extenſi humo,herbiſque corpora,ſomno indulgent : plerique exuti armis,vina,menſaſque parant:ad quadringenti ſolum ęquites Nanis Strocij ductu,quos Eſtenſis Marchio ex fędere in caſtra miſerat. in ſtatione erāt. In eos igitur cum ſelecta equitum,peditumque manu Philippenſes Duces ex Octolengo erumpentes ſubito clamore ſunt inuecti:ſuſtinuit nil territus eorum impreſsionem fortiter Stroccius,nititurque rem impigre gerens locum retinere: ſed dum obſtinate prælio incumbit: cędereque omnino negat:à conferta hoſtium,ſuorumque multitudine preſſus exanimis cum

Nanis Stroccii interitus.

multis,qui eum deſerere noluerunt,cecidit:tum vero ad ipſum pugnantiū clamorem miles erectus arma capit.Alij ſemiſomnes,alij inermes,vagique

præ

præ incertitudine rei quid eſſet,quæ vox, quis clamor, perſtreperet,titubare:multi temere in hoſtem ruere,quidam turpiter fugam arripere, nec res prius ſiſti potuit:quàm cum Prætorianorum manu Carmaniola ad diſſonum tumultum excitus ſigna intulit,tum ſuperante Venetorum multitudine hoſtis acie excedere coactus ſe in oppidum recepit: Venetusq́ue mille,& amplius equitibus pugna illa tumultuaria amiſsis caſtra attentiore cuſtodia,ac præſidio ibidem communiuit: ſunt qui dicant. æquo marte eo die pugnatum:nec vllam maiorem cladem ad Octolengum Veneto illatam, præter paucorum interitum: qui non ferro,ſed nimio ęſtu ſub armorum pondere media pugna perierant: poſt hęc Carmaniola nouam metandi viam ingreſſus plurimos currus in orbem diſpoſuit, vt quaſi vallo quodam exercitus clauderetur.Cohortes quoque armatorum ſingulis machinis aſsignauit:ne ſi quis ab hoſte fieret impetus. parata deeſſent præſidia: Hanc metandi Rationem ille meditatus in hoſtem ex Octolengo mouit, magnumq́ue facinus aggreſſus ſtatuit Cremonam ſumma vi oppugnare. Fore ratus,vt vrbe tam inſigni occupata,reliqua oppida& in Brixiēſi agro, & in Abduana Glarea ſine alio maiore certamine in Venetorum fidem facile conceſſura eſſent.Olio igitur ſuperato, ac copijs in hoſticum tranſmiſis,ſeptem millia paſſuum Venetus à Cremona ſecundum padi ripam caſtra locat,terrorq́ue,& fuga ingens appropinquantibus Venetorum armis,ſignisq́ue ſecuta eſt.trepidatumq́ue Mediolani,Ticini,Lauda,Placentiæ,totiusq́ue Italię finibus,ac ſi Veneta arma omnia vno impetu excinderent:at Philippus haud tantam rei indignitatem paſſus maximasſtatim copias contraxit:vt pari armorum potentia cum hoſte contenderet: nam in Venetis caſtris ad duo de viginti equitum millia,peditum octo ſub ſignis militabant:Volonum quoque præter Calones, & Lixas, & aliam imbellem turbam circiter Sena millia: Hanc ſummam terreſtris exercitus continebat: in Padana vero claſſe ſupra decē millia virorum Bembus habuiſſe dicitur:Motus tanta hoſtium multitudine cœpit Philippus vehementer ſibi,& ſuis rebus timere:tum ad repellendam hoſtilem vim conuerſus audendum aliquid iudicauit: quod præſentia mala opportune repararet. Denunciandum itaque per præconem publice iuſsit: vt quicūque res Principis ſaluas eſſe vellent:ad tantum reſtinguendum incendium eum in hoſtem euntem ſequerentur:multi Mediolanenſium, Ticinenſium, ac vicinorum oppidorum non pauci arreptis ſtatim armis operam ſuam Philippo obſequentiſsime præſtitere:& ſecum in caſtra euntes militiam voluntariam haud detractarunt:breuiq́ue validiſsimus exercitus conflatus eſt: in quo ad duodecim equitum millia, peditum vero dimidio minus fuiſſe aiunt: euocatorum præterea ad quindecim millia, atque ita euenit, vt alterutra caſtra ex flore Italiæ ſupra triginta armatorum millia eodem tempore habuerint:quod memorabile, ac inauditum omnes prędicarunt:

quum

Venetorū clades.

Carmaniolę cōſiliū de Cremona.

Att. ingentes Venetorum copias.

Hoſtium copiæ.

quum poſt res Romani Imperij acciſas nunquam duo Italici nominis po-
puli tam validos aduerſis inter ſe armis exercitus in Italia contraxerint: pa
res itaque vires, par animorum vtrinque ardor erat: omneſque alacri cla-
more pugnam depoſcebant: At Philippenſes primũ ſtructa acie in Vene-
tum impauido animo feruntur: Habebat tum ille caſtra ad locũ, cui ſum-
mæ eſt nomen, curruſque in orbem deducti, bellicæque machinæ, ac ri-

Carmaniolæ caſtra.

uulus planitiem interſecans ea muniebant: inde haud procul pons diſtabat,
cuius tranſitu pugnandi copia præbebatur: huc vſque hoſtis progreſſus ali
quantiſper ſubſtitit: Carmaniola vero in planicie vltra pontem ſtructam
aciem tenebat: libero campo dimicaturus: ſi hoſtis tranſgreſſo ponte pro-
pius ſigna admouiſſet: At re in concilio agitata Pergulenſis, & Taurellus,
præproperum prælium diſſuadere, incertos martis caſus proponere, vicit ta
men Sforciæ Bellicoſiſſimi viri, & aliorum complurium audax conſilium.

Sforcię ferocitas.

Qui ad hoſtem eundum, ferroque, & armis viam faciendam eſſe cenſebãt:
pontemque intrepide ſuperandum: Sforcia igitur explicata acie procurrẽs
prælium capeſſit: quem complures ſecuti arma miſcuere: Alijſque alijs ſuc-
cedentibus atrox certamen ſtatim conſeritur: Nam Venetus & ipſe irruen
tem hoſtem ferociter excepit: pugnatumque eſt à meridie ad veſperã: Phi
lippo, & Carmaniola ſuos media acie animantibus: tanto ardore, & impe
tu, vt momento temporis puluere in ſpeciem atræ nubis ſublato. pugnan-
tibus viſus hebetior redditus ſit: nec quiſquam hoſtem, amicũue in tãta ca-

Pugna atrox.

ligine medio pugnæ ardore agnouerit: atque ob id temere in omne diſcri-
men itum: cõfuſoque, ac cæco marte diu pugnatum: pro ſuiſque hinc, inde
milites & cæſi, & capti ſunt: demum ſigno receptui dato. pugna (neutro for
tuna inclinante) dirimitur: ferunt ductores vtriuſque partis dicere ſolitos,
eo die puluere viſum adimente. pene plures ex ſuis, quàm ex hoſtibus pu-
gnando cæpiſſe. potuiſſeque ſæpius eos hoſtem intercipere. Si cogniti fuiſ-
ſent, atque id Carmaniolæ, id Sforcię, id Piccinino, alijſque illuſtribus Bel-
latoribus eueniſſe memorant: Philippus præſenti ſucceſſu lætatus. Quan-
quam victoriam (vt ſperarat) conſequutus non fuiſſet: valido Cremonæ
præſidio impoſito, Mediolanum reuerſus eſt, vrbemque tumultuantem, ac
perterrefactam offendit: propterea quòd Allobrogum, Monferratenſiũq;
equitum alæ paucis ante diebus magno tumultu ad portas vrbis adequi-
taſſent: prædamque hominum, ac pecorum ex agris ingentem egiſſent, ſed
Philippi reditu pauor Ciuitatis omnis eſt ſublatus. Interim Carmaniola

Carmaniola Cremonę expeditioné relin.

quum videret Cremonam egregie armis, ac commeatu munitam, ne ibi
tempus oppugnando, obſidendoque inuictam vrbem tereret: retro abiẽs
ad Caſale copias continuo admouit: & Franciſcus Sforcia cum parte Phi-
lippenſis exercitus ad Binam recuperandam profectus modico negocio
oppidum ſubegit: cædeſque ingens populi facta eſt: præcipitatique in ſu-
biectum flumen qui ad loci præſidiũ fuerant, à Veneto relicti: Caſale autẽ

terra,

terra,& aquis obſeſſum diu infeſta Carmaniolæ arma ſuſtinuit: erat enim ad eius oppidi præſidium Antonius Piſanus homo impiger. Quadringentosque ſecum milites habens vigilantiſsimum cum eis defenſionis ſtudium præſtabat: Sed quum aſsiduis tormentorum iſtibus turris portæ, quæ ad Padum ducit. concuſſa procidiſſet: per eius ruinas Venetus facto impetu in oppidum prorumpere tentauit: hoſteque intra munitiones cũ cæde repulſo deſperatis rebus Caſalini deditionem fecere: ea erectus victoria Carmaniola conſilium cœpit. Abdua ponte ſuperato, in Mediolanenſem agrum copias ex próximo deprædandi cauſa tranſmittere: commeatibusque parandis intentus expeditionem diſtulit. In Caſalinis tamen caſtris ſe tenuit, quoad profectioni neceſſaria parata eſſent: Philippus interim ductorum ſuorum æmulatione perſpecta. Qui genere, virtute, & rerum geſtarum gloria inter ſe certabant: ita vt nulla in re ſibi alter alteri cæderet: veritus,ne ea animorum diſenſione aliquam inſignem cladem adiret,maturo vſus conſilio copiarum ſuarum Imperium Carolo Malateſtæ demandauit, ſublataque hoc pacto caſtrenſis, inteſtinæque diſcordiæ omnis eſt origo: viro tam illuſtri tradita totius rei ſumma: cui ſoli parere merito cæteri ductores conſenſere: Mouerat interim ex caſali quadrato agmine Carmaniola:nec Carolus recepto Imperio ſegni mora deſedit:ſed tranſuerſis itineribus in Venetum ducens, vbique illi mature occurrere.Demum ad Maclodium Cremonenſis agri oppidum in conſpectu Philippenſium Veneta ſunt ſigna admota. Quod indigne ferentes hoſtium duces vociferari,exclamare, Carmaniolam in Imperatoris Caroli,aliorumque contemptum auſum fuiſſe ad Maclodium caſtra admouere:æquum igitur,ac ex dignitate Philippi fore, armis Veneto è propinquo loco deturbato, tantam delere ignominiam: nec Duces ſolum, ſed multitudo omnis,vulgusque militum totis caſtris fremebant: Sforcia, & Piccininus ſolita ferocitate pugnam expoſcebant: contra Pergulenſis, & Taurellus à prælio abſtinendum hortabantur: exploratum ſe habere dicentes,eo die,quo cum hoſte viribus,& fortuna ſuperiore concurreretur. Philippi res inſignẽ aliquã cladem adirent, audiebat hæc Carolus. Diuerſasque Ducum ſentẽtias ſecum tacite animo reputabat,oculisque in Sforciam,& Piccininum coniectis,quos Hectoras appellare ſæpe cõſueuerat: cum hoſte demum confligere ſtatuit, edicit itaque vt poſtera die curatis corporibus exercitus ad pugnam paratus adſit: diſpoſitisque acierum ordinibus Taurellum, & Pergulenſem in ſubſidijs extremo agmine locat: Lauellano,ac Sforciæ primam frontem aſsignat: Piccininum cum lectis cohortibus poſt ſigna ſtatuit:ipſe mediam aciem tuendam tenet:Sed Pergulenſis,& Taurellus (vt natura feroces erant) inſignem ſe contumeliam adituros rati ſi in extrema acie poſiti,longe à pugnæ periculo ablegarentur. quia prælium diſuaſiſſent:in primam aciem prouolant: Deos teſtati,

Caſale à Veneto captum.

Car.Malateſta cop. hoſtilium imp.

Maclodiũ.

Ductorũ Philip. variæ ſententiæ.

Acies à Malateſta diſpoſitę.

No. ferocitatem.

vt quando

vt quando conſilio imminentem cladem auertere non potuiſſent: ferro, quantum in ſe eſſet.eo loco dimicantes propulſarent: aſſentiente itaque Imperatore acierum ordines commutantur:Primamque prælij fortunam

Ordines mutati.

Pergulenſis, & Taurellus in fronte locati alacri animo ſuſcipiunt. Piccininus, & Sforcia ad ſubſidia reuocantur:inde alij ordine ſigna ſequuti ſuccedunt: ipſe quoque Imperator è media acie tranſgreſſus cum leui armatura primus in hoſtem ire conſtituit: ita diſpoſito certaminis apparatu tubicines canere iuſsit. Et per obtortam à Pompeiano viam in Venetos pugnandi ſtudio mouet: erant circumiecta loca vliginoſa, vepribusque, ac virgultis inculta: nec procul hinc paluſtre ſolum, ſed tramites ipſi flexuoſi, quos profunda foſſa Carmaniola egregie munierat:loco diligenter in-

Taurelli vox.

ſpecto. Taurellus ad commilitones conuerſus,alta voce dixiſſe fertur. præſaga ſe mente proſpicere. Philippum eo die ingentem omnino cladem aditurum,niſi eam Deus optimus Maximus qui omnia poteſt, clementia ſua auerteret:at Venetus Imperator vbi hoſtem adeſſe ſenſit: ſtructa acie in medium progreditur: ſtratagemmateque miro vſus iubet Tollentina-

Carmaniolæ ſtratagemma.

tem cum duobus millibus equitum ad Terentianum poſt paludem ſe occultare: ac vbi pugna conſerta fuerit: hoſtem à tergo aggredi. peditum quoque vim ingentem inter vepres, paluſtresque vias diſponit: vt viribus, aſtuque rem in hoſtes gereret: his imperatis,ſignisque canere iuſsis,ipſe cũ reliquis copijs hoſti ferociter occurit:ſtatimque atrox vtrinque oritur prę-

Prælium.

lium: Imperatoribusque hinc, inde ſuos hortantibus aliquandiu immotæ ſtetere acies.Cadebantque interim ex vtraque parte plurimi, ac loci iniquitate primo ſtatim congreſſu Carolus cum leui armatura,& magna peditum parte temere præmiſſa circũuentus eſſet: niſi Sforcia, Taurellus, & alij cum copiarum robore ſtatim ſubſidio affuiſſent: quorum acceſſu repreſſo impetu pugna eo loco æquatur. Sed pedites, qui vias inſederant, vepribus, virgultisque tecti ſagittis, ac Iaculis ingentem vim Philippenſium equorum momento temporis confecere, & in aperta hoſtium late-

Tollentinatis icus ſua.

ra alij illati fœdam ſtragem cumularunt: interim & Tollentinas per paludem equeſtrem procellam immittens à tergo improuiſus apparuit: ſublatoque clamore ita Philippenſes exterruit: vt abiectis fęde armis præceps ab his ſtatim fuga arrepta ſit: Taurellus, Pergulenſis, Sforcia, vbi rem aperte inclinatam viderunt: è media ſtrage reuulſi in tutum abiere: Sed Piccininus quum pugnę reparandę ardore teneretur: nolletque acie excedere,parum abfuit,quin multitudine oppreſſus victorum armis caderet: nam à fronte, à tergo,a lateribus pręmebatur: demum quum amplius non poſſet.Ferro viam per confertiſsimum dimicantium globum ſibi aperuit, tum hoſte paſsim fuſo, fugatoque inſignem Venetus victoriam adeptus eſt: Carolusque Malateſta Imperator capitur: ac cum eo equitum, peditumque pari fere numero ſupra octo millia: militaria, quoque ſigna, &

impedimenta

impedimenta omnia in Victoris poteſtatem venere. Multaque hoſtium ſpolia, torques, galeæ, armillæ, deſiderati in pugna ſunt pauci, quum inclinante fortuna omnes continuo fugam arripere præcipitem cœperint. Hæc autem tanta ſtrages fuiſſe dicitur, vt Philippus facile Principatum amittere potuiſſet. Si Carmaniola captiuis penes ſe retentis in hoſtem præſenti clade conſternatum continuo mouiſſet. qui armis, ac præſidijs ſpoliatus facilem ſubigendæ Italiæ viam noſtris aperuiſſet. ſed Venetæ inuidens gloriæ oblata tanti ſucceſſus occaſione vti noluit, nam præterquàm quòd educendi in perterritum hoſtem victrices copias tempus inter poſuerit. Reuerſus in caſtra inſcijs Legatis captiuos omnes ea nocte, quæ ſequuta eſt. liberandos curauit; vnde turbati Veneti ex eo die Carmaniolæ ſuſpectam fidem habuere; & multi præcipuã eius vltimi ſupplicij cauſam hinc ortam crediderint. Ingẽs Victorũ victoria.

FINIS

PETRI IVSTINIANI
RERVM VENETARVM
HISTORIA.

LIBER SEPTIMVS.

ROFLIGATO Philippi ad Maclodium exercitu omnia Brixienſis agri oppida Venetam ſequuta fidem præter nouos Vrceos voluntariam deditionem fecere: Id quoque oppidum obſidione cinctum intra paucos dies recipitur: Interim Philippus diligenti ad afflictas opes reparandas cura adhibita: nouum cōparauit exercitum:nec difficile,operoſumq; id fuit pręſtare:quū ſalui ductores,ſalui milites exuti ſolum armis è prȩlio redijſſent:Sed

Art. fabrorum diligentiam.

duo fuere Mediolani excellentes ea tēpeſtate fabri. qui intra breue tēporis ſpatium tot hominum millia armarunt: quot recens clades ad Maclodiū ſpoliarat:Nec Sforcia,& Piccininus interim in ocio fuere: ſed cum ſelecta manu Veneto cōmeatus intercipere,pabulatores opprimere, omniaq; infeſta reddere. Pontolium quoque à Piccinino tentatum,quo ſtrennue defenſo hoſtes cum ignominia, & cȩde ſunt repulſi. Perijtque in ea expeditione Brixianus Centurio multi nominis: Et Philippus vt rebus ſuis conſuleret:à Sigiſmundo Imperatore per Legatos auxiliū implorauit:petijtq;, vt BrunoriumScallam è Germania cū exercitu in Italiā aduerſus Venetos mitteret:& Amadeum Allobrogum Ducem (eius filia in coniugem accepta)in ſuas partes traxit:tradiditque ei dotis nomine Vercellas:ſed Martini Pontificis hortatione Philippus permotus belli conſilia abiecit:Paceq;

Pax, & eius conditiones.

Ferrariæ tentata his conditionibus ea Vicecomiti reddita eſt, vt Brixiam, ac Bergomum ampliſsimas vrbes cum ea parte agri . quæ ad abduam ſpectat.legittimo partas bello Venetus haberet: Caſtella ad hæc Philippus in Cremonenſi cederet: Et Florentinis,Ferrarienſi,Mantuano, Pallauicino, Monferratenſi Principibus,nihil additum: Sed amicitia,ſecuritaſque oblata: idem Genuenſes obtinuere: & Carmaniolæ omnia ex fœdere reſtituta: vxor, liberi, ædes, quas Mediolani ante exilium ſumptuoſiſsime ſtruxerat: Quieſcebat igitur Italia, paceque, & ocio aliquandiu floruit: Quo tempore ad Leonellum Eſtenſem, cui Mantuanus Princeps filiam matrimonio locarat. Decreta eſt a Senatu Legatio,huiuſq; obeundȩ Ambroſio Baduario,& Vrſato Iuſtiniano patritijs nobilitate,& ingenio in ciuitate longe claris cura demandata: publicæ lętitiæ in amicorum Principum gratiā declaratio per inſignes oratores magna eorum cū laude peracta eſt. Et non multopoſt Luccenſis rei cauſa bellum renatum Italiam omnē turbauit:

bauit:nam Florentini impudenti deſiderio ducti acquirendi totius Hetruriæ Imperium,ad occupandam Senenſium, Lucenſiúq; libertatem animũ adiecerunt:cõtra Philippus eorum conatibus obſtare: At illi quia ob ſanci tam nuper pacem aperto bello agere non licebat: occulta vi ſub Nicolai Stellæ Brachij illius ſummi Ducis filij auſpicijs Luccenſibus arma intulerunt:Eo autem tempore Paulus Guiuiſius Luccenſem rem tyrãnica poteſtate adminiſtrabat.In hunc itaq; Braccius à Florentinis impulſus direptis fęde circa vrbem agris,prędaq́;ingenti hominũ,pecorũq́;abacta.octo Guiuiſio caſtella expugnata ademit.tyrannus,Lucenſeſq́;ſubito malo conſternati quid nam id eſſet. ſecum tacite reputare: Statimque Legatos Florentiam mittunt:vt tanti motus cauſam addiſcerent:ac de pręſenti iniuria nomine publico quærerentur:Florentini vero velut eorum quę à Braccio facta eſſent:omnino ignari calumniam conſtanti animo diſcutere,diſſimulare, negare, Senenſibus quoque motus ille ſuſpectus non minus, quàm Luccenſibus erat: Et vterque populus ad Venetos de ſociorum iniuria quæſti Legatos miſerunt: nouiſsime, & ad Philippum: Accidit autem vt per id tempus Foſcarus Princeps vnius ſit violatus amentia. Deſcendentem enim cum toto Senatu in auream ædem Sacrorum hora vir patritius Andreas Contarenus quum ob aduerſam valitudinem parum cõpos mentis eſſet:Cupreſſco Pugione ad id parato circa genas Principem percuſſit. & niſi Senẽſium orator:qui proximo loco ſteterat: illius dexteram tenuiſſet:Principem omnino furioſus iugulaſſet:continuo autem reus ab apparitorum turba captus ad ſupplicium trahitur:truncataq́; eodem loco dextera,& ad collum ſuſpenſa,ex ſuperiori parte curię ob lęſę maieſtatis crimen laqueo necatus eſt: poſt hæc tumultuarium penè reſponſum Senenſiũ Legatis datur:Cupere Venetos omni tempore rem Senenſem,Lucenſemque incolumem,ac ſaluam eſſe,ſed ad ſe non attinere:Florentini populi voluntates moderari,qui liberam gerendi belli cum omnibus gentibus poteſtatẽ habet: cum his Senenſium Legati dimiſsi: At Philippus vtriuſque populi precibus fatigatus ad Lucam obſidione leuandam Fr. Sforciam tanquàm a ſe exauthoratum cum paratiſsimis copijs in Hetruriam tranſire iubet: is accepto imperio ſtatim mouẽs ſub primũ aduẽtũ hoſtiũ pręſidia expugnauit:quę circa portas vrbis Bracciani ab initio erexerãt, ac Luccã quaſi ouãs ingreſſus mutua gratulatione a Guiuiſio excipitur. Inde paucos poſt dies in Piſtorienſem agrum Sforcia delatus omnia ferro, igniq́; vaſtauit:Guiuiſius interim dubium belli euentum ſecum reputans de pace cũ Florẽtinis clandeſtine agere cępit:quod vt Sforcia reſciuit. Philippi iuſſu tyrannum ſub cuſtodia Mediolanum miſit. Luccenſibuſque in antiquam libertatem reſtitutis vrbs valido Sforcianorum firmatur pręſidio.In bello tamen Florentini perſeuerantes nihilo remiſsius Luccenſem rem armis pręmere:contra Philippus.Sforcia ex Hetruria digreſſo nouũ ducẽ Nicolaum Piccininũ

Pau. Guiuiſius.

Foſcari P. diſcrimẽ.

Rei ſupplicium.

Genuenſium nomine in Florentinos immittit:qui ſtatim cum ingentibus copijs in hoſtem profectus magno tumultu Hetruriam omnem turbauit: Audito Veneti ſociorum periculo ob Piccinini motum, & ſi anteà nunquàm adduci potuerint:vt arma in Philippum induerent: animaduerſo tamen communi periculo,quod ex ea re vniuerſæ Italiæ imminebat.placuit

Venetorũ denunciatio.

per Legatos Philippũ admonere : vt deſineret Florentinos bello laceſſere, nec ſub Genuenſium nomine Piccininum impelleret, ad arma cõmiſcenda:ꝙ ſi in animo habeat,pro re Luccenſi aduerſus Florentinos eius vti miniſterio: Veneti quoque ſociorum iniurias armis propulſare coacti erunt: proinde certo fore, quòd ipſi paccate agent: ſi Philippus arma reuocabit: abſiſtetque in ſocios res nouas moliri: demum in eius arbitrio eſſe poſitum. bellum, an pacem cum Veneto habere mallit: nam quod ad rem præſentem attineret: Maiorum ſuorum veſtigia Veneti ſequuti qui ſtudioſiſſimi ſemper pacis fuerunt: tamdiu eam nunc ſe ratam habituri pollicentur.quoad ſociorum,ac Italiæ res a Philippo non turbari, infeſtariuè vidiſſent, ſecundum hanc denunciationem, nihil hoſtis a priſtino armorum ſtudio ſe retraxit.quin Piccininus(vt ferox,acerque natura erat)para-

Florentinorum clades.

tis ſtatim copijs in Florentinos mouens eos ingenti prælio ad Auſerim vicit.quod vbi Venetias eſt allatum, ſociorum patres periculo moti bellum ſtatim ruptis fęderibus in Philippum decernunt: tentatus eſt interim Sforcia ingentibus propoſitis præmijs,vt ad Veneta traheretur ſtipendia, cuius virtus in bello tunc temporis rara, excellenſque in Italia habebatur, ſed quum id Philippus reſciſſet,vt ferociſsimi iuuenis animum emolliret: vnicam filiam Blancham nomine, teneræ adhuc ætatis puellam in matrimonium ei ſe daturum pollicetur:cum certa illa ſpe, ſi maſcula ſtirpe careret. fore, vt is totius Principatus Hæres, ſucceſſorque inſtitueretur: Atque ita Sforcia Philippi partes ſecutus eſt.ſed diſtulit aliquantiſper bellum Martini Pontificis interitus.eratq; in expectatione Italia: qualis ſummus Eccleſię pręſes crearetur:nec poſt multos dies Gabriel Condulmarius patria Ve

Eugenius iiii. Pont. Maxi.

netus Cardinalis ampliſsimus in demortui locum ſuffectus eſt. Qui Eugenius huius nominis Quartus appellari voluit: Miſsiq; ſunt a Senatu ad con

Legati ad Pontificẽ.

gratulandum ij octo oratores.Fant. Dandulus, And. Contarenus, Petrus Diedus,Syluester Maurocenus, Andr. Mocenicus, M.Lippomanus, Delphinus.Venerius,& Franciſcus Barbadicus,ac ſtatim Eugenius per Legatos Principes,ac populos Italiæ monuiſſe dicitur.vt poſitis armis quietem agerent:quum ipſe paratus ſit:velle omnia componere: Nihilominus bellum vtrinque ingens parabatur:Nam Veneti renouato cum Florentinis fędere nõ ſolũ terreſtres copias contrahunt: ſed claſſem quoq; validiſsimã inſtruunt:quę Pado flumine hoſti obijceret:& Philippus quoq; cõtractis in vnũ

Theſſalonica.

copijs Sforciã, & Tollẽtinatẽ in Venetos mouere iubet: Ac ſub id tempus Theſſalonicã macedonię oppidũ Turcę expugnarũt. Cui Veneti dominabantur:

bātur:fuitq; hęc olim vrbs mira nobilitate inſignis.Sed ętate noſtra(rerum
humanarum viciſsitudine) infrequens, & inhabitabilis pene reddita eſt.
Quo facto Veneti Turcorum regi Amoratho Bello indicto claſſem ſtatim
præualidam inſtruxere,cui Fant. Michaelem Belli paciſque artibus virum
inſignem præficiunt.Atq; is vt ex oratione illa collegi,quā Georgius Tra-
pezunius in eius funere publice habuit.in maritimā Aſiæ orā celeri nauiga
tione tranſmittens Cilicium,Syrium,Aegyptium mare prędonibus purga
uit:& Ponti aditu,qui noſtris claſsibus erat occluſus, armis aperto. Quat-
tuor in maritima illa ora munitiſsima Turcorum oppida Chriſopolim.
Herſem,Caſſandriam,& Plathamona adortus in ſuam redegit poteſtatē.
hoſtiles ad hæc fudit copias. Quæ in ſuorum auxilium ex proximis regio-
nibus ſubito accurrerant. Vitus Canalis poſt Fantinum Michaelem ad Im-
perium maris miſſus eſt.Quo Duce nil memoria dignum in Turcas geſtū
reperio.Accenſis interea in Italia ad bellum vtrinque animis ſeptem trire-
mes Philippi nomine à Genuenſibus inſtructæ,quibus Bartholameus for-
narius præerat,ad Arni oſtium cōſedere:quarum inopinatus aduentus ita
Florentinos perterruit:vt ex tam infeſta loci vicinitate ſubito ad arma cō-
clamatum ſit:nec multo poſt & Piccininus cum equeſtri,pedeſtrique ma-
nu affuit.Qui in Piſanum agrum delatus omnia ferro, ignique vaſtauit:
multaque oppida miro victoriæ curſu cœpit:veriti itaque Florentini,ne &
Piſæ quoque à feroci hoſte occuparentur, miſerabile edictum publice pro
poſuere:ad exonerādam multitudine ſuſpectam ciuitatem, vt priuſquam
cęrea candella ardens abſumeretur:ciues omnes à quintodecimo anno ad
ſexageſimum ſub capitali comminatione Piſis decederent: & Piccininus
in volaterranum agrum deſcēdens ad portas vſque vrbis adequitauit: ad-
duxiſſetque omnino eam in manifeſtum diſcrimen, niſi Eugenij Pontifi-
cis iuſſu Michael Attendulus cum eccleſiaſticis copijs oppidum maturo Carmaniolę clades.
aduentu ſeruaſſet:interim Carmaniola cum Veneto exercitu ad Soncinū
profectus in inſidias Philippi arte præcipitatus eſt: parumque abfuit, quin
captus in hoſtium poteſtatem venerit:mille autē,& amplius equites amiſ-
ſit,trecentos quoque alios ad Cremonam hoſtis Carmaniolę ademit. Sed
dum hæc in Gallia geruntur. graui bello Hetruria implicita multū labora
bat,nam Piccininus omnia Florentinis infeſta reddens in Arretinum agrū
copias induxit:quo fęde depopulato parum abfuit,quin & vrbem prodi-
tione occuparit:Tollētinas poſtea à Philippo ad Eugenium trāſiens Pon- Nic. Triuiſanus cl. pad. Imp.
tificis ſtipendia ſequutus eſt:eiuſque copijs præficitur:& Veneti claſſe Pa-
dana aucta eius Imperium Nicolao Triuiſano Iacobi viri ampliſsimi filio
demandant.Struxerat & Philippus in Ticino claſſem,vt in bello gerendo Philippi claſsis.
pares fluuiales vires Veneto obijceret: Ioanneſque Grimaldus Genuenſis
maritimarum rerum peritia clarus.Philippi claſſem rexit: Carmaniola &
ipſe circa Cremonam caſtra fuerat metatus:in quibus duodecim equitum
millia,

millia,ac totidem peditum fuiſſe dicũtur:& Piccininus ex Hetruria digreſſus Philippenſes peditatu adducto copias auxerat:duoque eo tempore florentiſsimi exercitus, duæ validiſsimæ claſſes parum inter ſe diſtantes duorum præpotentium Italiæ populorum opes dubia martis fortuna in vltimum diſcrimen adducere videbantur:cæterum Philippi Duces ad delendam Venetam claſſem intenti nauali pugna eam aggredi ſtatuunt: ad artemque conuerſi noctu catafractos milites æqualiter in naues diſtribuunt: Piccininus quoque cum Sforcia adeſſe voluit:itaque Lygur militum robore claſſem plenam agens in Venetos ſecundo flumine impetum fecit: id Triuiſanus conſpicatus continuo ad arma conclamauit:ferociterque irruẽtem hoſtem excipiens pugnam capeſsit:ſed vbi omnia in Philippẽſi claſſe armis,ferroque micare vidit: ratus quod erat,cum Piccinino, ac nauali, terreſtrique n anu ſibi rem fore,continuo trepidiſsimis nũcijs Carmaniolam admonet:terreſtres copias in hoſtili claſſe adeſſe: proinde ipſe quoque vellet,ſi rem Venetam ſaluam cuperet:continuo opem afferre: ad hãc nunciorum trepidationem ſtatim ille(vt iracunda erat natura)efferueſcente bile adeo excanduiſſe dicitur,vt alta voce exclamans Triuiſani ignauiã deteſtaretur:qui armati hominis ſpeciem exhorreſceret:natosque in hoſtili claſſe derepente Gigantes ſomniaret:prælium interim iam cęptum incrudeſcebat:bellatorumque virtute ſuperior hoſtis Venetum grauiter prçmebat.nam comminus poſt emiſſa tela,ac tormenta bellica excuſſa collato pede res gerebatur.In quo certamine hoſte præualente quattuor Veneti Galleones amiſere:& nox ſuperueniens prælium diremit:prima autem ſtatim luce iterum claſſes medio pado pugnam capeſſunt: horrendisque vndique clamoribus ęditis manus conſeruntur,nitebatur Venetus Philippenſes,qui bellatorũ numero præſtabant, crebris machinarum, telorũque ictibus procul deſtinere: at illi comminus rem gerere:rati fore, vt armorũ peritia,& militũ robore facile victoriam conſequi poſſent:cõtinuo itaque ſuos remis incumbere,ac naues propius in Venetos agere iubent: quo repente facto manicę ferreę inijciuntur:firmatæque his ſtetere vtrinque naues,cædesque cruenta ędebatur:Sed Veneto eò deterior prælij cõditio erat quo plures hoſtium triremes propugnatores,quàm Venetæ habebant:ductores quoque ferociſsimi Piccininus,& Sforcia aderant, hortandoq; ſuos prçlium accendebant:quod adeo atrox,cruentumque coortum dicitur, vt nunquàm alias eorum quiſquam qui maritimę rei periti habebantur, vidiſſe faterentur:nam non ſolum gladijs,grauiorique ferro,ſed iaculis, cunctisque telorum generibus certabatur.faces ad hæc pice,ſulphureque incenſæ,ſecures,ſaxaque è tabulatis,caueisque volitabant:teſtęque ad hęc oleo, ac bitumine feruenti plenę proijciebantur:vt ex lubricitate nemo pugnantium in ſuo veſtigio poſſet conſiſtere,erat itaque diſcriminoſa, ingensque totis nauibus titubantium,cadentiumque colluctatio : viuę quoque calcis orbe

Not. Carmaniolæ indignationem.

Prçlium ĩ pado.

Atrox pugna.

corbes ad obtenebrandum viſum ſuperne deiectę pugnę horrorem augebant: demum quum comminus, eminusque ab hoſte Venetus grauiter prę mereτur, ac memoriam cladis priore die acceptæ ante oculos haberet, minus, ac minus ordines ſeruare cœpit, fractisque omnium animis. Triuiſanus cum Antonio Riccio admirato ex prætoria naui in paruum tranſcendit lembum, quo abeunte cæteri metu perculſi fugam circũſpectant: tum hoſte vrgente Veneta claſsis fuſa, deletaque eſt: ac quinque tãtum ex tam ingenti nauium numero euaſere: multaque hominum millia ex vtraque claſſe deſiderata dicuntur: ſed grauius omnino Venetorum damnum fuit: ſupra enim ſex millia ex his partim capta, partim ferro, aquisque oppreſſa periere: in quibus tredecim patritij ordinis viri in captiuitatem Mediolanum ſunt abducti: naues quoque cum ingenti præda Cremonam aduerſo fluuio pertractæ: ad eam cladem Patres non modo non animum remiſerunt, ſed in aduerſa fortuna conſtanter erecti nouam ſtatim claſſem in Genuenſes inſtruunt: vt pote, qui Philippum Lyguſticis nauibus, armisque in Pado adiuuerant: duo igitur de viginti triremes continuo parari iubent: eisque Petrum Lauredanum virum maritimis rebus clarum cum Imperio præficiunt, atque hi cum eo viri lectiſsimi, naualique ſtudio inſignes eligũtur. Antonius Diedus, Petrus Michaelius, Lud. Lauredanus, Paulus Paſqualicus, Darius Maripetrus, M. Bembus, Vrſatus, Iuſtinianus. Laur. Minius, M. Barbus, & Iac. Contarenus, qui ſingulis triremibus præeſſent: at Lauredanus quo erat ſingulari animi vigore, circunacta ſtatim ex Supero mari ad Inferum claſſe Lyburnium applicuit: vbi quinque Florentinorum triremibus adiunctis, in Tyrrhenum mare pugnandi cum hoſte ſtudio curſum direxit: Sed ille ad famam Venetę claſsis quattuor, & viginti triremes ſub Franciſci Spinulę Imperio ad bellum parauerat: interim Veneta claſsis ad Repallitanum ſinum decem millibus paſſuum Genuę propinquũ conſederat: ibique Lygurem expectabat: quod Spinula indigne ferens tãta celeritate ex vrbe mouit, vt quibuſdam nauibus ex ſuorum numero pone ſe relictis, cum ſola pretoria in Venetorum conſpectum proceſſerit. Lauredanus vbi hoſtem adeſſe vidit, ſuos corpora curare iubet. Idem Lygur facit: nec diu vtrique Imperatores cunctati dato ſigno in pugnam prodeunt: Priorque Lygur velis, antennisque in ſummum mali ſublatis in Venetum vadit: conſilio autem Lauredanus vafro vſus, quaſi congreſſum metu euitans quàm maxima potuit celeritate ſe ſinu cum tota claſſe proripuit: ſequitur eum veluti fugientem alacri clamore Lygur. Sed quum aliquandiu inſectantem hoſtem Lauredanus in altum pertraxiſſet, continuo auram ſecundam nactus mutata velificatione proras in Lyguſticam claſſem flecti iubet, & Venetus ſublato clamore ferociter in pugnam redit. Quem Spinula intrepide excipiente cruentum ſtatim initur prælium, ac primo congreſſu vis telorum ingens dextra, leuaque, & à fronte emiſſa multos ex vtraque claſſe

Ingens venetorũ clades in Pado.

Noua claſſis à Veneto inſtructa.

Lauredani Aſtus.

Nauale præliũ.

claſſe confecit. Interim tres Venetorum triremes totidem Lyguſticę magno impetu irruentes premebant. et Spinula hoſtium Imperator ratus eas prætoriæ ſuæ acceſſu facile opprimi poſſe, vehementi remorum impulſu aduolat: irruentemque Spinulæ triremem longa Florentinorum nauis ex tranſuerſo inuecta ferit. quæ ſtatim in latus depreſſa parum abfuit. quin ibi dem demerſa, abſorptaque vndis fuerit: Verum dum eam ægre remiges, nautæque erigere nituntur. Thuſcus repente impedito hoſte proram occupat:& ex puppi Lygure dimicante atrox in vna, eademque triremi certamen committitur: Apprehenderat interea ab altero cornu Harpagonibus iniectis octo hoſtium triremes Venetus, quas tandem poſt longum, atroxque certamen debellatas in ſuam redegit poteſtatem: reliquæ male habitæ celerem fugam arripuerunt: Ita Lygur profligatus ſe trepide Genuam recepit: Victrix vero claſsis in Iacobi Adurni, & Antonij Fliſci Genuenſiũ extorrum gratiam, qui prælio interfuerant, ad Rechum admota oppidum ſubegit: inde Lybumium eſt reditum: Factaque ſupputatione octingenti ex hoſtium numero deſiderati periere: Saucij ad quattuor millia ex vtraque parte fuiſſe dicuntur: pauci capti, inter quos Spinula præfectus, & cum eo octo ij nauium gubernatores Aloyſius Grillus, Thomas Italanus, Hilarius Imperialis, Antonius Larcha, Iacobus Fornarius, Bariona Maruffus, Lazarus Alberga, & Symeon à Turri, quos omnes Florentiam primum, inde Venetias Lauredanus ſub cuſtodia miſit. Ipſe poſtea in Supero mari quũ ad vrbem Veterem cum tota claſſe appuliſſet. Eugenij Pontificis hortatu eam Eccleſiaſticæ ditioni receptam ſubiecit, quę occupata alienis auſpicijs regebatur: Inde extremam Italiæ oram mari circumuectus Corcyram venit. Nec multopoſt Fliſcus, & Adurnus poſt Lauredani digreſſum inſidijs excepti in Hetruria Philippi iuſſu obtruncantur: At in Gallia ſub id tẽpus poſt naualem pugnam Carmaniola Veneta caſtra ad Sumã locum Pado propinquum habebat: quò Philippi copiæ dimicandi ſtudio acceſſerant: nec mora, magno vtrinque animo in aciem eſt deſcenſum. pugnatumq; incredibili partium ardore, cædeſque non parua primo congreſſu vtrinq; ædita: demum (fortuna adhuc neutro inclinante) prælium dirimitur: poſtea Caualcabouis Centurionis induſtria Cremona penè capta eſt: is. n. fide in Rẽpu. egregia, hoſti quoquomodo officere tentabat: itaque ad Cremonã occupandam. quæ parum cuſtodita erat, animum adijciens. cum aliquot militum Centurijs Concubia nocte ad pomerium vſque vrbis tacite obrepſerat: atque ibi inter Rubos, & Salicta deliteſcens tandiu ſuos continuit: quo ad vigiles iam Sole penè exorto ex ſuis ſtationibus (vt antea conſueuerãt) abijſſent: quas vbi deſertas ille vidit: Scalis continuo pluribus locis admotis, in ſummum milites tacite euadere iubet. Ipſe inter primos Vmbone tectus murum aſcendit: firmatque pręſidio loca capta. ſubſtiterat interim ad tertium lapidem cum legione vna Carmaniola. præmiſique cum ſilentio expediti

Venetorũ victoria.

Att. capti uos.

Caualcabouis virtus.

expediti pedites murum duce Caualcaboue tranſcendunt: ad vnumq; om nes deſiliẽtes proximã vrbis portã ſubito occupãt: admiſſiſq; per eam alijs militibus pauor,tumultuſq; in vrbe incertus oritur:Captaq;erat Cremona, ſi Carmaniola paratas ad id copias ſubſidio ſtatim miſiſſet:ſed eo ceſſante: qui in vrbe erãt,trepide ſe ad ſuos re infecta receperũt.ſunt qui tradant. oc cupata mœnia biduũ a Veneto milite retenta. Alij octo horas tantũ. ſed vtcunq; res ſe habet.fama tenet Carmaniolã perfida cũctatione Cremonam Philippo ſeruaſſe:copijs interim in hyberna dimiſsis, nil vſq; ad vernũ tẽpus memoria dignũ in Italia actũ eſt:ęſtatis poſtea initio Piccininus in Lyguriã miſſus Bernabouẽ Adurnũ ad Nauarũ vicit. In Mõferratẽ ſem hoſtẽ inde mouẽs intra paucos dies,Caſtella circiter triginta ei ademit,Et Lauredano è Corcyra domũ abeunte Veneti per id tẽpus nouã claſſem inſtruxere:quã ſub And. Mocenici Imperio ad Chiũ Genuẽſiũ inſulam oppugnandã miſerũt.oppidũ igitur Mocenicus terra mariq; obſidione cinxit: diuq; machinis, alijſq; operibus bellicis circumuallatum fatigauit:Sed quia valido id tenebatur præſidio.fruſtra omnia à Veneto tentata,ac ne nil actum videretur. Mocenicus iratus quod reliquum in hoſtico fuit: fœda populatione vaſtauit:Vinetiſq;, ac arboribus paſsim ſuccifis, poſtea ex inſula diſceſsit:& Genuę vis nauium ingens parabatur. Sub Petri Spinulę auſpicijs, qui ocius,quàm hominum expectatio eſſet.In Adriaticũ mare delatus circa Corcyrã conſpectus eſt, ad eius autem conatus euertendos Veneti parẽ nauium numerum ſtatim cõpararunt: eiſq; Syluester Maurocenus præficitur:cui mandatum, vt quacunque verſum Spinula flexiſſet.eum inſequeretur. nec (quantum in ſe eſſet) ſineret Corcyrenſem rem, maritimamque oram armis ab hoſte infeſtari.Dum hæc mari geruntur.Piccininus in Cremonenſi agro Turriculam;& Bordellanum recepit,Carmaniolaq;propius cum copijs conſedens nil tamen in hoſtem agebat.indignitate itaq; rei,doloreq; adacti patrũ animi ad manifeſtam viri perfidiam more maiorũ plectendam accenduntur: diuque in Senatu agitatum eſt: qua ratione homo in poteſtatem redactus quæſtioni adhiberetur,vt veritate expreſſa meritũ de eo ſupplicium ſummi poſſet:erant autem ex Senatoribus nõ pauci, qui aſperius in Carmaniolam inuecti obtruncandum eum indicta cauſa publice cenſebãt: quũ pluſquàm hoſtilis perfidię inditia in eo viro clare paterẽt: alij maturius agendo non prius adduci potuerunt. vt ſuſpicionis crimine hominem onerarent.quàm ſcelus proprio ore rei expreſſum in lucem prodiret. demum Triumuiris Aduocatoribus Fãtino Viaro, Franciſco Lauredano,& Paulo Corrario referentibus ita Senatus decreuit,vt ſub conſultandi ſpecie Carmaniola Patrũ literis ab exercitu Venetias accerſitus in vincula conijceretur,ac quęſtione adhibita,ſi crimẽ confeſſus eſſet. more maiorũ capitali afficeretur,ſupplicio.His Decretis,mirũ fuit,quãta patres taciturnitate,ac fide uſi rẽ ſilẽtio cõpreſſere:nã per octo mẽſes,quos cõſultatio

Cremona pene capta.

Claſsis veneta ad Chium.

Pet.Spinola.

Syluest. Maurocenus.

Conſultatio de carman.

Triũuiri aduocatores.

Not. Senatus ſilẽtiũ.

illa vocato ſingulis fermè diebus Senatu abſumpſit, nulla vnquàm vel minima ſuſpitio, aut coniectura ad Carmaniolam, ſiue ad alium quenquàm peruenit: ex caſtris igitur ille euocatus Patauino flumine Venetias Scapha deuehitur. frequenteſque ei Patritij de more mutua gratulatione obuiam prodierunt: Qui ignarus eorum quæ pararentur, in curiam primum perducitur: Inde deſcendens dum ad paratum hoſpitium ſe deduci putat: In carcerem proximum truſus eſt: tum magno edito gemitu diu obmutuit. poſtridie ad Triumuirum conſpectum inter armatos adductus quæſtioni ſubijcitur: proprijſque literis, ac domeſticis teſtibus conuictus vndetriceſimo die, poſtquàm in cuſtodia eſſe cœperat, Decemuirum decreto ad geminas columnas ſecuri percuſſus eſt: ad eius autem cædis ſpectaculum ingens populi concurſus factus dicitur: Nec vllus quidem minimus in tam inſignis viri pœna motus ortus. qui compreſſo ligneo retinaculo ore, purpureoque paludamento è carcere eductus, omnium oculos in ſe conuertit. ferunt pauloante quàm detentus fuiſſet. dum ſummo mane Carmaniola Principem ſalutaſſet: ab eo ex curia exeunte quæſierit, Matutina ne, an veſpertina ſua ſalutatio eſſet, cui Subridens Princeps peruigili illa diſceptatione in Senatu nil tam frequens Imperator ait, quàm nomen tuum in ore habuimus, mox ne qua ex ea voce ſuſpicio innaſceretur. ſermonem aliũ orſus eſt. Damnationis autem eius cauſæ hæ fuiſſe dicuntur. captiuorum liberatio, ſubſidium Triuiſano denegatum, & maligna in Cremona occupanda temporis mora: Obtruncato Carmaniola. per totam Italiã Veneti Senatus Heroica ſeueritas laudata eſt. ac ſtatim exercitus cura Mãtuano Principi, duobusque Legatis Georgio Cornelio, & M. Dandulo publico decreto demandatur: iis igitur in prouinciam profectis Piccinini repreſſus eſt impetus, Qui res Venetas grauiter infeſtabat. Et niſi ad Olium, dum Põtẽ Flumini imponit: graue vulnus accepiſſet: non exigua ab eo Venetis clades infligebatur: Monferratenſis inde Marchio Alpes tranſgreſſus per Taurinos in Germaniam tranſijt: inde celeri curſu Taruiſium delatus ad Venetos belli ſocios confugit: opeque ab ijs implorata Principatum à quo Philippi armis deiectus fuerat, recipere conatus eſt: tantam autem patrum munificentiam, & liberalitatem ſenſit: vt amiſſi Principatus deſiderium conſtanti, lętoq; animo ferret: varijs interim bellorum motibus Gallia, Hetruriaque prouinciæ concuſſæ ſunt: Et ad montem Topulum Philippi copiæ Bernardino Vbaldino duce, a Tollẽtinate, & Attendulo Hetruſci exercitus Imperatoribus profligantur: triaq; equitũ millia Philippi capta dicuntur. Sigiſmundus quoq; Boemię, & Hũgarię Rex per id tempus cum quattuor millibus equitum in Italiam venit: parteſq; Philippi ſecutus Luccã ingreſſus eſt: eòq; Florentinorũ iuſſu Tollentinas, & Attendulus cũ Barbaris pugnãdi ſtudio copias admouere: terribiliſq; Pannonici equitatus impetus in noſtros fuit: eorũq; nõnulli velociſsimo curſu ad Attẽduli vſq; tabernaculum

Carmaniola obtruncatur.

Senatus in Monſ. P. comitas.

Not. Philippi cladẽ

Pãnonum incurſus.

lum peruenerunt: Ducemque ipſum Barbarus quidam ingentis ſtaturæ audaciſsime aggreſſus prægraui claua ſuper caſsidem percuſsit: Attendulus vero tanto ictu penè exanimis redditus haud vltionem tamen diſtulit. ſed euaginato repente gladio percuſſorem medium transfixit: Sigiſmūdus poſtea Senas conceſsit: vbi cum Eugenio Pōtifice graues aliquandiu exercuit ſimultates. mox cum eo in gratiam redijt: Romāq́; poſtea profectus ab Eugenio Imperij inſignitus eſt diademate. Delectiq́; ſunt à Senatu (vt in annalibus quibuſdam legi) duodecim hi patritij And. Mocenicus, Ioan. Contarenus, Aloyſius Storlatus, Tho. Michael, Ioan. Gradonicus, Fr. Barbarus, Ambro. Baduarius, Ioan. Iuſtinianus, Ant. Venerius, Criſt. Maurus, M. Geno, & Ioan. Cornelius, qui Sigiſmundo Imperatori per Veneti Imperij finas iter facieti comitatū, honorēq́; officioſe præſtarent: Et claſſes Veneta, Genuenſiſq́; nil memoria dignum ea æſtate geſſere, quin Lygur circa Trinacriam tempeſtate iactatus tris longas naues amiſsit. et in Gallia ſub id tēpus Sāctus Venerius, qui Dādulo petenti ſuffectus fuerat. & Georgius Cornelius Legati. cum inſtructis peditum, equitumq́; copijs Rēp. ab initio prę̄clare adminiſtrarunt. Quattuor munitiſsimis oppidis in Cremonenſi agro Philippo ademptis. Bordellano, Ruminengo, Fontanella, & Soncino, & quum in hoc victoriæ curſu de pace agi cœptum eſſet. Legati Ferrariā conuenere. Inam Fantinus Michael à Venetis miſſus eò cum mandatis Senatus aduenit. miſſerunt & Florentini Pallantem Stroccium, & Philippus Franciſcum Gallinam, ſed dum a Legatis Ferrariæ de pace agitur: Venetorum copiæ ad Montana penetrantes Vallem Camonicam primum, inde Tellinam armis ſubegere: quam trium millium armatorum præſidio Cornelius Legatus inſedens obtinebat: Sed eò a Principibus Gibellinæ factionis clanculum Piccininus accerſitus Vallē tumultuoſe inuaſit: vnde haud medioeri clade accepta repulſus eſt: poſtera die Callidus hoſtis reuerſus incautum Legatum ex priori ſucceſſu cum omnibus fermè copijs ſubito oppreſsit: trecenti ſolum equites eruptione per medios hoſtes facta in auerſos ſaltus magno cum periculo abiere: Cæſi vero, captique plurimi, & in his Georgius Cornelius Legatus Thadæus Eſtenſis, Cæſar Martinengus, & Italus Foroiulianus magni nominis ductores, Caſale quoque circà Padum, & Brixellum Philippēſium armis occupatū Venetus amiſsit, in hoc ſtatu duorum prępotentiū populorum res bellicę in Italia erāt: quū pax per hyemem agitata demum his conditionibus ſancitur: vt Philippus Brixiani, Bergomenſiſque agri locis prorſus decederet. Monſerratenſi principatum redderet: Florentini in Volaterrano, & Piſano. oppida reciperēt. Captiui quoque vtrinque ex fœdere reſtituerentur: redditi omnes præter Cornelium, qui poſt initam pacem vita deceſſerat: compoſitis Ciſalpinæ Galliæ inter Venetos, & Philippum rebus. Franciſcus Sforcia a Vicecomite poſt importunā efflagitationē exhauthoratus cum duobus millibus

Legati.

Venetorū clades.

Not. capti nos.

Pax.

equitum,florentiq́ue peditatu ex Gallia in Picenum agrũ tumultuoſe erupit,vbi rebus fortiter,ac proſpere geſtis,omnem illam prouinciam in ſuam recepit fidem:hos Sforciæ ſucceſſus Piccininus ſuſpectos habẽs Philippo authore ad opprimendos illius conatus cum mille lectis equitibus,& magno peditatu in Hetruriam venit:& coniunctis cum Nicolao Stella Brachianę factionis impigro duce copijs in Sforcianos mouet. Eugeniumq́ue Pontificem primum grauiter infeſtare cœpit: at Sforcia inter hos motus ex Hybernis profectus in vmbriã tranſijt. Tudertoq́ue, & Ameria ſubito aduentu occupatis,Tyberim eſt tranſgreſſus,ac omnia metu,& trepidatione complens in Viterbienſi agro conſedit. Interim Eugenius Brachianis opibus,columnenſiq́ue factione adnitente, Pontificia ſede eijcitur: ac in Adriani molem confugiens tumultuantis ciuitatis vim,armaq́ue aliquandiu declinauit:mox inde periculi admonitus ſecundo Tyberi magno cum vitæ diſcrimine inter tęla ex vtraq́ue Ripa in eũ coniecta diſceſsit,& Florentiam in tutum abijt.Creauitq́ue duos Cardinales ex Veneta gente viros inſignes Fr.Condulmarium,& Petrum Barbum,qui poſtea pontifex fuit. Paulus. II. nomine appellatus.Nec multo poſt ex vnaquaque fere Chriſtianorum prouincia decem,& ſeptem alios ſelectiſsimos viros Cardinalatus dignitate inſigniuit. In his fuere Beſſario Nicenus,& Iſidorus Ruthenus,natione Græci,viri doctiſsimi:Ioannes Luſitanus inſignis Thẽlogus, Raymundus Gallus Remenſis epiſcopus,Guel.mus Andagauenſis, Ludouicus Rothomagenſis ex Anglia,Dyoniſius epiſcopus Agrienſis Pannon, Nicolaus Archiepiſcopus Capuanus,atque alij animi,corporiſq́ue dotibus præſtantiſsimi viri: Eugenio itaque ex vrbe pulſo. Brachianus victor in Sforciam ſubito mouit.nec pręliũ ab inuicto Duce detractatur: quin explicata,admotaq́ue acie ſigna in hoſtem illata ſunt:apparebatq́ue Brachianos,Sforcianosq́ue funeſtam eo die cladem adituros,niſi Vrbani Derthonenſis Philippi legati interuentus,Blandaq́ue oratio partium arma compreſiſſet:qui medius inter vtranq́ue aciem volitãs effuſis lachrymis iratos deliniuit animos:tum dirempto certamine Piccininus in flamminiam profectus circa forum corneli(hodie Imola appellatur) conſedit:cui ingens obiectus eſt exercitus:quem Eugenius,Veneti,& Florentini inito inter ſe ad tutandam Italiam fœdere contraxerant:& quum Bononia cannedulis authoribus àPontifice ſubito defeciſſet.Sociales copię vrbem Eccleſię recipere tentabant.Nec multo poſt atrox inter Piccininum, & Tollẽtinatem prælium in Imolenſi agro cõmiſſum eſt.In quo ſuſis, fugatiſq́ue reliquis Tollentinas in hoſtium poteſtatem venit:captaq́ue cum eo equitum tria millia,ac pedites mille dicuntur:& quod pudendum,fœmineumq́ue in militia illius ſęculi videtur.Quattuor tantum ea pugna,non amplius occubuere:ac triginta leuiter vulnerati:poſt hæc Piccininus hoſtium copijs deletis in Galliam tranſijt:& Philippus vt Venetam rem grauiori aliquo incommodo,

Eugenii Põt. fuga.

Vrb. Derthonenus.

Piccinini victoria.

Not. prælii incruẽtum.

modo,cladeque afficeret. Patauinos quoſdam ciues clã ſubornat,qui Carrarij nominis ſtudioſiſsimi habebantur,vt certa die occupatis vrbis portis, & Arce, quæ leui tunc tenentur præſidio,Marſilium Carrarium è Germania accitum Pataujo exciperent:ſe paratum fore,confeſtim firmiſsima rerum omnium auxilia præſtare:curaturumque prorſus,vt Venetis excluſis Marſilius occupatam ſemel vrbem retineret:quũ igitur iis, aliisque perſuaſionibus Patauinos ad infandam proditionem compuliſſet: ad Idus Martias Marſilius præſto in Italia affuit, ac mutata veſte velut negociator peregre profectus in Vincentinum agrum peruenit:eratque ſequenti die Patauium ex compoſito ingreſſurus,dum à paucis in ipſo itinere ex facie notus capitur:cuſtodięque ſtatim ipſe,& comites traditi Venetias perducuntur:in quem,& duos Mediolanenſes, ac Patauinos circiter viginti coniurationis authores capitali ſupplicio eſt animaduerſum:Piccininus poſtea, & Sforcia,ille in flamminia,hic in vmbria caſtra habentes arma miſcebant: ad Piccinini autem conatus euertendos Sforcia ab Eugenio accerſitus Eccleſię copiis præficitur,& vt rem Romanam fortius,fideliusque in bello adminiſtraret:Piceni agri à Pontifice,& Cardinalium collegio Marchio declaratur:itaque Brachiana,Sforcianaque arma citro,vltroque magno rerũ motu in terra Italia ſunt euagata : ac ſub id tempus Alphonſus Arragonũ Rex ad Siciliam ſubigendam animum adiiciens. Quæ Principum inteſtinis diſcordiis laborabat,claſſem ingẽtem inſtruxit, & Genuenſes Philippi iuſſu maritimas vires & ipſi pararunt. Ad Caietamque inter Hiſpanum, & Lygurem fœda,atroxque naualis pugna eſt commiſſa.In qua victi,profligatique magna clade Regii fuere:nam præter multorum cædem celeberrimi totius Hiſpaniæ proceres cum ipſo Rege Alphonſo capti ſunt:nobiliſſimaque victoria Lygur potitus,captiuos omnes in triumphi ſpeciem Genuam perduxit:ſed Philippus Paulopoſt Mediolanum euocatos non ſolũ magnificẽtiſsimo apparatu excepit.Sed ſingulari animi magnitudine vſus omnes ſaluos,incolumesque dimiſit:quarum rerum indignitate commoti Genuenſes Franciſco Spinula viro magnanimo authore arreptis ſtatim armis ſe in libertatem vendicarunt:cęſusque eſt eo tumultu Opicinus Alzate vrbis præfectus: Genuæ defectione Philippus vehementer turbatus Piccininum continuo in Lyguriam cum magno equitum,peditumque numero mouere iubet:qui imperata facturus celeriter eò eſt profectus. Verũ valido vrbe firmata præſidio,nulla re memorabili geſta hoſtis è prouincia abiit,& Pontifex Bononiam per id tempus Canedula factione cedente recepit,vbi aliqua mentio pacis promoueri cœpta . Sed nullum ſortita eſt exitum:erant tamen vbique fere inducię:cæterum ſubiti Genuenſium motus in maritima Lygurię ora aduerſus Alphonſum omnia turbarunt: nam Arragonio pręſidio,ex arce quę ad portum veneris eſt: à Lygure eiecto:Piccininus ſtatim Philippi iuſſu ex Parmenſi agro in Lyguriam proficiſcitur:

Marſilius Carrarius obtruncatur.

Arragonẽſiũ clades.

Genuæ defectio.

ficiſcitur:copijſque ad arcem admotis fruſtra oppugnatio tentata. conuerſis itaque alijs ſignis ſarzanam occupat:inde Macra fluuio Ponte ſuperato Lucam ſe contulit:ciuibusque ad res nouas in Florentinos moliendas compulſis. Thuſcum in Piſanum agrum profectus armis vexabat. Spe autem ſubito Genuæ per ciuium ſeditionem recipiendæ oblata ex Hetruria citato agmine in Lyguriam tranſijt,& Sforcia Piccinino abeũte Arno fluuio ſuperato non ſolum oppida,& loca,quęcunque hoſtis circa Piſas occuparat: recepit:ſed admotis ad Luccam caſtris,vrbem graui obſidione pręmebat: varijque vtrinque armorum conatus fuere.cum in Hetruriæ planicie, tum in ipſis Apennini anguſtijs. Interim dum Eugenius Pontifex Bononiã muris,foſsis,& aggeribus,ſumma ope muniendam curat:factũ eſt,vt ob Græcorum Hæreſim Ioannes Paleologus Bizantij Imperator cũ Ioſepho vrbis Antiſtite,Demetrio Peloponeſsi Principe,Alexandrinis,Antiochenis, Hieroſolymitanis,ac Trapezuntinis legatis,Venetias acceſsit, vnde Ferrariam omnes profecti in Eugenij Pontificis conſpectu de Chriſtianæ fidei vnione cum Romana Eccleſia diu frequentiſsimo theologorum tam Gręcorum,quàm Latinorum conuentu diſceptarunt:reſque ex voto ad exitũ perducta eſt,ſumma Pontificis,& totius Romanę Eccleſiæ laude, lectique ſunt poſtea à Senatu Scipio Bonus,& Vrſatus Iuſtinianus oratores ad Albertum Romanorum Regem declaratum,qui ei publico nomine maximi honoris titulum gratularentur,in eaque legatione Vrſatus equeſtris dignitatis à Rege inſignia accepit.Interim Veneti in animo habentes abduam ſuperare,vt Mediolanenſem agrum inuaderet. Mantuano Principi penes quem copiarum omnium erat Imperium, mandant:vt exercitu ſub ſignis educto huiuſcemodi expeditionem ſuſcipiat:militabant tunc Veneto nomini hi clari bello duces Mellita omnium primus, Tybertus Brandolinus Petrus Nauarrinus,Guidoantonius,& Aſtur fauentini,Sigiſmundum Mateſta,Bartholameus Collio,Guido Rangonius,Guerrerius Martianus,ac plerique ſtrennui viri,ſed Mellita vir acerrimus ad ſuperandum fluuiũ primam aciem ducens intempeſta nocte illum cum ſelectis equitibus tranſnauit:vlterioreque ripa tacite armis occupata ducẽti ferme pedites lintribus miro ſunt ſilentio traiecti,nec Venetus interim miles pontem omni ſtudio iungere ceſſabat, vt priuſquam dies illuceſceret. copiæ traducerentur. Cæterum nocturni ſubito hymbres coorti ita abduam auxere, vt intumeſcente alueo,aquiſque ad vtriuſque ripæ ſummitatem horribili inundatione excreſcentibus,non modo opus interruptum ſit:ſed Lintrium quoque vſum obſtrepentis fluminis rapacitas omnem abſtulit:tutaque omnia tenebrę reddidere:at poſtquam lux exorta eſt:vicinorum collium incolę Venetum in vtraque fluminis ripa conſpicati primo ſtatim aſpectu non parũ formidare cœperunt,inde paucitate,trepidationeque eorum,qui in citeriore fluminis parte erant,animaduerſa. Ludouico Seuerinati circũiecta loca præſidio

Margin notes: Not Eccleſię vnionem. — No. ducto res Venetis militantes.

præſidio tenenti rem propere ſignificant:qui ſtatim citato agmine ad fluuium accurrens infeſtis Venetum armis aggreditur:ſuſtinuit:intrepide Seuerinatis,hoſtiumq́ue impetum Mellita,hortandoq́ue,& pugnando tādiu fortiſsimi ducis munus obijt.Donec pedites in vlteriorem ripam ad ſuos ſe reciperent.Quorum multi & imperitia natandi,& impetu aquarum victi periere.Deinde equite ſenſim dimiſſo ipſe Romani illius coclitis exēplo omnium nouiſsimus fluminis magnitudine ſuperata admirante viri ferociam hoſte incolumis ad ſuos adnatauit,re igitur parum proſpere tentata copias omnes Gonzaga Imperator in priſtino Abduanæ terræ loco tenuit,ducensq́ue inde Lugnanum oppidū occupauit,maioraq́ue alia in hoſtem nauiter geſiſſet,niſi Piccininus ex Lunenſi agro celeriter profectus cū validiſsimo exercitu affuiſſet:ac explicata acie in Venetum iruens terrore omnia compleuit,abſtulitq́ue ei ad olium pontem quingentos currus,ad Bergomum quoque caſtris admotis arcem ſumma ope Piccininus oppugnare cœpit,rebus igitur in contrarium labentibus Veneti in Sforciam ducem omnium inuictiſsimum oculis conuerſis,á Florentinis eflagitare cœperunt,vt eum trans padum in rerum ſuarum prędidium mitterent, nam ferox hoſtis vrgebat,ille autem alia,atque alia cauſando diu moram traxit: fatigatus tādem patrum litteris Regium conceſsit,& Piccininus Parmę ex propinquitate Sforcię timens Venetam rem infeſtare deſtitit:è Bergomēſiq́ue copias abduxit.Inuictaq́ue ducū agmina diu hinc,inde euagata ſunt. quo tempore Franciſcus Gonzaga qui Veneto exercitui poſt obtrūcatum Carmaniolam præfuerat,vltro ſe Imperio abdicauit:ac quietioris vitę deſiderio(vt ipſe aiebat)Mantuam procul ab armorum ſtrepitu conceſsit,eo autem deceſſite Federico Contareno legato ſpectatæ virtutis viro Patres copiarum Imperium ad tempus demādarunt.Inde ad militarem licētiam cohibendam Paulus Tronus ex vrbe in caſtra miſſus eſt.is ductorum quorundam ignauiam,rapacitatemq́ue ex patrum ſentētia liberius inſectatus ex eis nonnullos miſſos fecit,poſt hæc ad Senatumá Sforcia venere. Qui á Florentinis,Venetisq́ue emerita multorum menſium eius nomine peterent ſtipendia,ea autem á Venetis negata Sforciæ animum vehementer turbarunt,tantamq́ue indignationem vir ferox concepit,vt Veneta ſocietate relicta Philippi partes ſequi non dubitarit.prius tamen per Coſmum Medicem tentati ſunt patrum animi. in exigendo ab his ſtipendiorum aere,quo Sforcia delinitus in ſolito perſeueraret Imperio. Veneti tamen nunquam adduci potuere,vt ei pecuniam,atque aurum numerarēt, qui in Reip.neceſsitatibus operam ſuam pertinaciter negaſſet. Sforcia itaque á Venetis alienatus cum Philippo huiuſcemodi fœdus inijt,vt in Generum aſcitus Blancham Philippi filiam in coniugem acciperet:nec Florentinos armis laceſſeret,omnemq́ue belli vim in Venetum verteret, quoad cū eo debellatum foret.Dum hæc apud hoſtes fiunt.Mellita interim cum ſelecta

Not. Mellitæ ſtrenuitatem.

Not. Sforciæ fœdus cum Philippo.

ĉta virorum fortium manu in Bergomenſem agrum profectus in Montana conſcendit,ibique vallibus, & caſtellis receptis, quæ proxima hyeme Picciniuus occuparat.In Cremonenſes fines inde tranſijt.omniaque in his ſede populatur.Quo motu Piccininus excitus quartis caſtris circa Padi ripas improuiſus apparuit.Conuerſisque illico ad Caſale Maius ſignis. poſt aliquot dies oppido deditione potitur. Inde rumore repente manãte vulgatum eſt.Gonzagam occulte cum Philippo fędus in Venetos percuſiſſe: Quod vbi in curiam illatũ eſt.placuit.Legatos ex primoribus Senatus mitti.Qui Gonzagæ Hoſpicio, & familiaritate iam antea noti erant. vt eum (ſi fieri poſſet)blande delinitum in antiqua Venetorũ ſocietate retinerent. Hi Principis animum emollire adorti publico nomine denuo ei copiarũ omnium Imperium obtulere.rogarunt ad hęc,vt quo ſtudio, ac fide Maiores ſui bello, paceq; rem Venetã ſemper amplexi fuiſſent.ipſe quoq; eorũ veſtigia ſecutus eandem operam amico populo preſtaret. At ille parũ fido in Remp. nũc excuſationes afferre.nunc rei militaris Imperitiam allegare, nunc ſe vehementer ocium appetere,demum res eò deducta eſt.vt quãdo ipſe tãtopere quietem optaret. ſaltem in fide;& antiqua Venetorum amicitia perſeueraret:quod ipſum non ſolum Gonzaga conſtantisſime Legatis pollicitus eſt.Sed Senatui quoq;per literas ſignificauit(tanta eſt Mortalium in fallendo ars, & disſimulatio) fore prædicans,vt non prius Vicecomitis partes ſequeretur.quàm Venetam(quod nollet) vrbẽ ab hoſte occupatam,deletumq; audiret Imperium:Piccininus interim ad viginti armatorum millia in caſtris habens cõmunicato cum Mantuano Principe Cõſilio Mellitam cum Venetis copijs per Brixienſes cędẽtem intercipere curauit.Caſali igitur oppido quod nuper(vt diximus)receperat. Silentio noctis Olium flumen verſus mouit,pręmiſsiſque leuis armaturę equitibus ad vadum fluminis tentandum,cognouit vlteriorem amnis ripam Venetorũ firma præſidia obtinere:nec procul inde Gonzaga cum tribus millibus hominum circa Marchariam erat,vt coniunctis eum Piccinino copijs Venetum inſidijs exceptum deleret:Mellita tamẽ in omnes partes intentus omnia perluſtrabat,& Gonzagæ perfidiæ haud omnio ignarus ſumma prudẽtia,ac vigilantia,ne quid detrimenti Reſp. pateretur: vtebatur. Veronãq; Chriſtophorum,& Ioannem Tollentinates cũ ſuis equitibus ad vrbis prædum miſit. Piccininus autem ponte à conſpectu Venetorum auerſo magnam exercitus Philippenſis partem ſilentio noctis tranſmiſſam Gonzagę copijs ſubito adiungit. Ingentemque omnino cladem Venetus eo die ſubijſſet,niſi cognitis à captiuo quopiam hoſtium inſidijs.Mellita motis repente caſtris in tutum cum omnibus copijs abijſſet. Patefacta itaque Mantuani Principis defectione parrum animi vehementer in vindictam accenſi ſunt, decerniturque ob id validiſsima in Gonzagam claſsis, cui Petrus Lauredanus pręficitur,maritimis rebus,animi magnitudine,cõſilio,& prudentia

Ars Gonzagæ verba.

Gonzagę defectio.

dentia Senator inſignis:qui per padi fluenta inuectus hoſtium fines quàm maxima potuit vaſtitate populari eſt iuſſus,& terreſtres copiæ ſub Mellitę auſpicijs ad Balneolum prope Brixiam caſtra habebant,hoſteſq́ue coniunctis exercitibus vrbem obſidere videbantur.Quã Franciſcus Barbaro præfectus ad eam diem ingenij,& doctrinæ gloria,paciſq́ue artibus tãtum clarus regebat,eiuſq́ue authoritate,& prudentia Martinengij,& Aduogarij factionum Principes poſitis ſimultatibus nouam inter ſe affinitatẽ contraxere:Philippenſes interim in Veronenſi agro vallegio cũ ponte qui Atheſi incubat,proditione recepto,quicquid in eo tractu terrarũ, locorumq́ue eſt: paucis diebus occuparunt:omnes quoque Benaci Accolæ ſubacti.populis hoſtiũ metu ſponte ſe dedentibus: eſt autem Benacus (vt hoc loco de eo pauca ſubijciam)amænißimus Italiæ Lacus: cuius longitudo ab occaſu Brumali ad Aquilonem per triginta millia paſſuum excurrit: latitudo multo minor. Minciuſq́ue ad meridiem illi cohæret, & ad ſeptentrionem, & Boream Sarca, Ponaliſq́ue fluuij. Immenſæ autem profunditatis Lacus in medio eſſe dicitur, reliqua aqua ita perſpicua apparet, vt immus Alueus limpide conſpici poſsit. Sed vt nauigabilis, Amenuſq́ue ille eſt: dum nullo agitatur vento, ita violentus, & minax, vbi vel tenui tempeſtate turbari cœpit: Piſces optimi in eo naſcuntur: in quibus Carpiones principatum obtinent, eruunturq́ue hi ex profundis aquarum ſedibus,non minori piſcantium labore, quàm diſcrimine, quum improuiſa,ac ſubita tempeſtate Lacus concitus terribili, furentiq́ue aſſurgat, ac intumeſcat fluctu: hinc, inde ab vtraq́ue ripa cultißima olíueta ſpectantur. Quibus horti paßim interiecti ſunt, odoriferis conſiti arboribus. Citreis, punicis,Adamijs, fragrantiam, decoremq́ue mirum reddentibus. in Lacus ipſius medio Syrmio eſt. Catulli poetæ venuſtißimi (vt dicitur) patria. cuius ſitu nihil amænius. oram illam quæ ad Veronenſem agrum ſpectat, Lagiſium, Bardollinum, Garda, haud ignobilia cingunt oppida. Ad Brixiẽſem vero Riuoltella,Minerbiũ,Felicianũ,& extremo loco Salodiũ: totius regionis caput. Inde Montes ad Boream aſperrimi aſſurgunt. Qui Lacum ab omni fere parte circum ambiunt:nec procul Nacus eſt Vicus: vnde Benacum nomen accepiſſe credere licet: Gonzaga igitur aperto bello Venetos adortus ad Bidiciolum cum ſuis copijs (vbi Piccininus caſtra habebat)ſe contulit:quorum conatus Mellita aliquo modo repreſſurus haud procul ab hoſte cum mercenario milite ad Gauardum conſedit.Ad eum ex Brixia Barbarus pręfectus vigilantißima cura domi,foriſq́; bellicã rem adminiſtrans delectam iuuẽtutẽ in caſtra miſit:& ex mõtibus, conuallibuſq́ue vicinis ingens armatorũ manus acceſsit:ita vt paucis diebus ſupra viginti hominũ millia in Mellitanis caſtris fuiſſe dicatur: quibus copijs Venetus fretus cũ hoſte cõfligere minime dubitabat.Sed diremit florentißimos exercitus Cleſius amnis:ne eadem hora prælium iniretur. Inte-

Fr. Barbari virtus.

Benaci deſcriptio.

Carpiones.

Syrmio.

No. Venetorum copias.

rim Mellita quicquid ab Euphemiano ad Gauardum ſoli eſt, ad radices montium armis occupauit: verum vbi per exploratores cognouit. Philippenſes copias Gózagę acceſſu mirũ in modum auctas, compluresq́; ex ductoribus eſſe. In Veneto exercitu infidos, ac male animatos, ne in diſcrimẽ ſubita aliqua militari defectione res Veneta adduceretur. pugna abſtinuit: ac retrocedens robur exercitus Brixiã reduxit: reliquũ copiarum per municipia, quæ adhuc in fide erant, diſtribuit: hoc facto tum liberam Piccininus circunferendi caſtra quo vellet, habuit poteſtatem, Venetoq́ue nullibi pro dente. Salodium primo armis recepit. Inde Forolani, Monclarenſes, Pon toliani, Balneolani, Minerbienſes, Palatiolenſes, Feliciani, ac omnes, qui in ea ora ſunt Benaci Accolæ ad vicecomitem defecere: quẽ victoriæ curſum Antonius Becharia Philippi ductor ſequutus cũ duobus millibus equitũ in Camonicam vallem defertur: in eum Ioannes Comes, Bartholameus Collio, & Leonardus Martinengus tria belli fulmina cum ingenti Montanorum manu ſubito illati rem impigre geſſere. nã fęda hoſtiũ ſtrage ędita rebellem terram ferro, flãmaq́; pene excinderũt, ex altera parte Piccininus Clariũ recepit, vbi Guerrerius Martianus, & Michael Grittus cũ peditibus trecentis, & equitatu dimidio maiore in eius poteſtatem venere: admouit deinde caſtra hoſtis ad Rhoadum, id Venetus ęgre ferens, nec cunctãdum ratus, arma iterum ſtatim contrahit: excitisq́ue ex Tropiana valle incolis, veteranoq́ue milite his immixtis, quadrato agmine Mellita ad ſuos obſidione leuandos ire pergit: atque vt paratos in pugnam haberet milites. adhortãdos, admonẽdosq́ue his verbis eos cenſuit. Iuſta Veneti Senatus cauſa fortiſsimi commilitones alacres, inuictosq́; nos in fędifragũ hoſtẽ reddere debet: is enim vt impius, & immitis habetur, qui Italię libertatem armis euertere tentat, ferroq́ue omnia delere. Ita ille pius, & clemens, qui tyrannidem impugnat, qui populos, Principesq́ue bello petitos tuetur, quo pietatis ſtudio certus à dijs immortalibus expectandus eſt fauor, fęlixq́; ſecundarum rerũ ſucceſſus, atq́; id pauloante manifeſte experti ſumus, quum Mãtuani Principis perfidia circũuentę Venetorum copię me duce hoſtiũ inſidias diuino auxilio euaſerint: furibundi itaq́; illi debacchãtur, ac prope inſaniunt. noctes, diesq́; machinãtes, quo nam pacto hunc exercitum ad Italiæ libertatem comparatum delere poſsint: nihilq́ue intentatum relinquunt vt tã crudele facinus exequãtur: ſed nos haud imparati erimus in tot hoſtiũ inſidijs, omnia prouide, cõſultoq́; agemus, pro Veneti Imperij dignitate, pro Italię ſalute, pro militari gloria, vosq́; fortiſsimi cõmilitones huc ſub ſignis hodie adduxi, vt vel oppidum Veneti nominis ſtudioſiſsimum obſidione leuemus, vel (quando aliter fieri non poſsit) in aciem deſcendentes ferro congrediamur: quod ſi euenerit: tum eam operam præcor milites præſtate: quæ fortitudine, & indole veſtra digna ſit, illi prædæ, ac rapinarum cupidine ducti ferrum exercent. Philippoq́ue Italiæ totius

Imperium

Not. defectionem.

Mellitæ oratio.

Imperium violato gentium iure aſtruere conantur. Nos contra pro ęquitate, pro Iuſtitia, pro fide pugnamus: poterat Philippus Principatu ſuo contentus paccate agere. Venetamq́ue ſocietatem amplecti: nec pacem Italiæ turbare. Sed tantis opibus, blandientiſq́ue fortunæ fauore elatus modum ſeruare neſcit: quod illi forſan male vertet. quando dolo, fraude, belloq́ue iniuſto aliena appetit: Gonzagæ quoque quis non perfidiam ſtomachetur? à ſocietate enim Veneta is alienatus nobis eas inſidias ſtruxit. Quibus niſi diuina benignitas affuiſſet, in ſummum res Veneta diſcrimen incidiſſet. Iniurias igitur tantas viri fortiſsimi vlciſcamur, & ſi pugnandum erit, virtutis veſtræ in omnium conſpectu memoranda ſigna ædite, quòd ſi cuiuſpiam vel metus, vel ignauia animum occupet, edico: vt è Caſtris quàm primum is diſcedat. cæteri mecum pugnam intrepide capeſſant. Curabo enim optimi Imperatoris munus ex omni parte obire, & vos niti decet: vt quantum ego voce, & Imperio agam: tantum ipſi dextera, & ferro ad victoriam conſequendam efficiatis: habita huiuſcemodi oratione. Mellita ſtatim ſigna canere iuſsit, ac primis ſe tenebris intendentibus ad Paſſerianum cum omnibus copijs conſedit. Mellitæ aduentu explorato motis repente caſtris Piccininus retro ad Coloniam exercitum à Rhoadi obſidione abduxit, ac ſequēti die militari ſtratagemmate vſus partem copiarū poſt proximos montes in inſidijs locauit, eo conſilio, vt ſi in planum deſcendens Venetus aciem explicuiſſet, ſubita vi circunuentus opprimeretur. Ipſeq́ue aperto campo cum reliquo exercitu ad dimicādum paratus in Venetum vadit. Mellita ſingulari prudentia vſus neque pugnam detractauit, neque temere agmina in ſubiectam planiciem dimiſit. Sed iniecto certamine ſenſim, cauteq́ue armatas acies hoſti obijciebat. Integroſq́ue feſsis, ac vulneratis (ordinibus nihil loco motis) ſummittebat: tantaq́ue arte, militariq́ue diſciplina prælium commiſit: vt quum hoſtium cohortes Piccinini iuſſu ex inſidijs in Venetum præſenti pugna occupatum erupiſſent. immotum tamen illi ſteterit agmen, ac prælium à prima ferme luce ad veſperam Philippenſium aliquāto maiore, quā Venetorum incommodo productū eſt: quo dirempto Mellita Brixiā ſe recepit, hoſtis Coloniam, & quamuis neutro fortuna inclinaſſet. ad confirmandos tamen ſociorum animos Brixiæ rectores tota vrbe victoriam vulgandam curarunt: quam Mellita ad Rhoadū ex hoſte conſecutus fuiſſet, cuius rei fama celeri volatu Venetias vſque perlata in tā effuſam lętitiam ciuitatem ex inſperato prouexit, vt præ nimio gaudio vndique à populo ſit in forum cōcurſum, atque ob id tota vrbe tumultuatū. nō ſine aliquo Reip. diſcrimine. nā victoriæ inanis nūcio vulgato, remiges, ſocijq́ue nauales, quorū ingens multitudo ex Illyrico accita tūc Venetijs erat. quum vino incaluiſſent. ſubito in publicum proruperunt. Faceſq́ in manibus habentes ingentem Pyram in lætitiæ ſignum medio foro

Piccinini ſtratagemma.

Not. Mellitæ prudentiam.

Ac tumultuantē turbam.

conſtruxere:qua ſubito accenſa.dom aliam lignorum ſtruem ſuper inijciũt. deficiente ad alendum ignem materia cœperunt ebrietate obcęcati. Olitorias,pannitiasque tabernas foro circũiectas demoliri.ad quem motum nocturni cuſtodes,publicique miniſtri accurrentes eorum furorem minis, armisque reprimere conati ſunt. Sed iam dalmatæ ad tria millia in vnum coiuerant,aliaque inſuper turba nouarum rerum cupida his ſe adiunxerat. cæſisque cuſtodibus, ac ſpretis Magiſtratibus pro animi libidine omnia agebantur.nam refringi iam tabernæ, proximæque domus ceptæ erant, & res ad apertam ſeditionem ſpectabat.inſignemque aliquam cladẽ ciuitas eo tumultu omnino adijſſet:niſi Petrus Lauredanus opportune pręſto affuiſſet:cuius nomine audito ferunt Barbaros continuo exterritos tumultuari deſiſſe: poſitisque armis ad illius imperium gens indomita ſtatim ceſsit:ſummum enim virum prudentia,conſilio ac rerum geſtarum gloria terra,marique inſignem tota ciuitas vnice colebat,accedebatq; ad id ꝙ per viginti,& amplius annos Remp. is domi, foriſque præclare adminiſtrans Veneto nomini operã ſuã inceſſanter impertijt, nobiliſsimasque victorias adeptus erat.Quibus ſummã ſibi authoritatẽ,& gratiã apud oẽs cõparauerat: nouiſsimeq; iã grãdẽ natu Senatus eũ Padanę claſsis Imperatorẽ declarat.Sed dũ hęc domi fiũt.Piccininus quatriduo poſt pugnã ad Rhoadũ cũ Mellita commiſſam ex Colonia quadrato agmine ad oppidũ acceſsit.eoq; ad deditionẽ cõpulſo in Philippi fidẽ miro victorię curſu venere Bomadẽſes,Pateriani,Mõticulani,Guglanẽſes,Omiani,& Briẽſes demũ Iſeo expugnato Tropiẽſes Piccininus in mõtibus ſubegit:& in planiciẽ Brixianorũ deſcẽdẽs omnia in ea igni, ferroq; vaſtauit:tũ Mellita ratus (quod erat) ad id ſolũ hoſtẽ ſpectare, vt omni auxilio excluſę venetę copię intra Brixiẽſem agrũ fame cõficerẽtur,ex Barbari pręfecti aliorũq; ducũ ſẽtẽtia ſtatuit tertia exercitus parte ad Brixię cuſtodiã relicta, quę vrbi præſidio in omnẽ euentũ eſſet,clãdeſtine inſcio hoſte cũ reliquis copijs quacũq; fortuna viã prębuiſſet. per hoſticũ Veronã trãſire:tertia itaq; noctis vigilia Mellita cũ quinq; millibus ęquitũ,peditũq; tacite Brixia profectus irrequieto curſu ad Mintij ripã peruenit.vbi vado ob magnitudinẽ aquarũ fruſtra tentato ne hoſtiũ ſubito incurſu,qui ea loca inſederant,opprimeretur.nihilo ſegnius, quã venerat,Brixiã eſt reuerſus:parũq; abfuit,quin Piccininus eũ interceperit,qui ignauiã ſuam ſępe accuſaſſe dicitur.quod hoſtis è manibus ſuis elapſus fuiſſet.à Mellita interim noua eſt tranſitio tentata, diuerſoque itinere à priore copiæ ductę.nã mõtes altiſsimi,ſaltusq; pene inuij petiti difficillimũ tranſitum præbuere:primũque per Sabbienſiũ vallem ad Mõtana eſt progreſſum,vbi efferatiſsimi incolæ Venetorum hoſtes extremum agmen in anguſtijs viarũ adorti cõplures fęde trucidarũt, & iã diem vnũ fatigatus miles egerat, quum ſecunda noctis vigilia ſequenti luce in altero Montis iugo Mellita defeſſum agmen cõtinuit,ibiq; quiete paulum hominibus, ac iumentis

P.t. Lauredani authoritas.

Not. populorũ deditionem.

Not Mellitę cõſiliũ.

iumẽtis data ſuſpectis hoſtium locis in tutum abire maturauit,& licet pro peratum ſit.hoſtis tamen falli non potuit,qui arreptis ſtatim armis Tridẽtini Antiſtitis iuſſu Venetum tranſitu impedire conatus eſt.multaque intulit furens montanus incommoda:diſcriminoſumque prębebant iter inuię, & inacceſſę rupes.hirtique Callium tramites, ac torrentium ſubiectorum rapidi curſus:alias quoque anguſtias Barbarus inſederat,per quas copiæ traducendę erant,ingensque periculum imminere videbatur: ſiquas præ manibus habebant, ingentes ſaxorum moles in ſubiectum agmen Montani deuoluiſſent. Itaq;,mœſtitia,& deſperatio Mellitani exercitus animos cœperat.imminensque diſcrimen omnes perhorrebant:ſed Mellita,alijq; ductores animis erecti audendum aliquid in hoſtes rati Caualcabouem,Rãgonium.& Guidonem impigros iuuenes cum trecentorum peditum manu in montanos ire iubent,ij autem per anfractus montium, & abrupta ſaxa latenter in eos illati inermes, paucoſque iniecto metu imminenti iugo deijciunt.quibus depulſis per ocium hoc loco eſt agmen traductum. inde ad Thenium progreſſum, vbi ferox hoſtis ſubito è latebris erumpens ducẽtos equos Veneto ademit. demum poſt multos difficillimi itineris errores in planicie Arcui ſubiecta Mellita cum inuicto agmine deſedit, tandiuque hic commoratus,donec exercitum reficeret.ad Sarcam fluuium poſtea progreſſus eſt:qui nocturnis hymbribus auctus nullo modo tũc vadari potuit: Et in aduerſa fluminis ripa ex improuiſo ad impediẽdum tranſitum armati hoſtes apparuere.duce Ludouico Vermio,qui a Piccinino per Benacum miſſus,eo celeri curſu venerat:Penetranum quoque ſaltum hoſtes inſederant.Itaque Veneti montibus, lacu, flumine, vndique incluſi in extremo conſtituti erant diſcrimine:Apparebatque actum eſſe de tot fortiſsimis viris,quum à fronte,a tergo,a lateribus,& locorum iniquitate,& hoſtili ferro Venetus premeretur.decretumque eſt ex ductorum omniũ ſententia.Leonardum Martinengum ad Vinciuerram Arcuẽſium Regulũ mittere: quo iubente Penetrenſis ſaltus armatis hominibus inſeſſus erat: cumque Veneti Senatus nomine orare,vt paccatum per loca ſua tranſitum præberet. Ille autem non modo id conceſsit.ſed continuo Martinengum(ſpreta affinitate) quam cum illo habebat,coniecit in vincula: qui poſtea Mantuam ſub cuſtodia miſſus ibi vitam cum morte commutauit:Martinengij caſu Mellita,ductoreſque turbati ferro ſibi viam facere ſtatuerunt: verum tam iniquo loco pugna commiſſa ingens omnino clades a Mellitanis ſubeunda erat:niſi Piloſus Centurio ſtrennuam prius operam nauaſſet:nam ad penetranum ſaltum cum delecta militum manu progreſſus ad hoſtem fallendum noua arte vſus dicitur: quum enim ſaltum præſidio Barbarus teneret per quem receptus in tutum parandus eſſet. Nouum commentum Piloſus adinuenit.quo hoſtis ſaltu excederet. Viginti enim lectos pedites in nemore iugo propinquuo ſub noctem occultiſsime abdidit. iuſsitque intentos

Nota ductorũ virtutem.

Not. Venetorũ diſcrimen.

expectare.vt quum vidiſſent hoſtem relicta iugi cuſtodia decedere.continuo locum occuparent. Ipſe vero quaſi tranſitum deſperaret. Luminibus per noctem accenſis, ſublatiſque ſignis loco digreſſus finxit longius abire, & profectionis ſpecie hoſtes decepti ſaltus cuſtodiam deſeruere: Tum viginti illi pedites ex proximo nemore erumpentes iugum deſtitutum repente occuparunt. accurrens & ipſe ſtatim Cẽturio cum reliquis militibus affuit,atque ex ſuperiore loco cum ingenti clamore ſe hoſtibus oſtendit.quibus perterritis,ac fugatis,apertus,liberque ſaltus Veneto patuit. Atque ita vnius Piloſi opera tot fortes viri ſeruati:& copiæ per ocium(deluſo hoſte) in paccatum tranſmiſſæ ſunt: Blundus octingentos circiter equites ait. ea expeditione amiſſos:Paſius,& Mariotus in ſuis commentarijs nullam maiorem cladem acceptam præter paucorum equitum iacturam memorant: ſed dum hæc in montibus geruntur.Lauredanus Padanæ claſsis Imperator fruſtra copijs expectatis: quæ ei ab initio in naues fuerant decretæ, infra Ficaroli Mœnia diu ſubſtitit,nullaque rei bene gerendæ occaſione oblata, hoſtium finibus abſceſsit.In Pado autem Gonzaga Princeps validiſsimas munitiones Venetæ claſsis metu erexerat:nam apud Hoſtiliam palis, ſudibuſue profundo fluuio defixis ab omni armorum impetu Mantuanus ager ea parte tutus reddebatur:diſpoſitaque in vtraque ripa tormentorum ingens copia erat:tanta ratione,& ordine,vt nullum nauigij Genus ſpacio ſo flumine citro,vltroque commeare poſſet. quod vicenis,tricenisue ictibus petitum,perfoſſumque non demergeretur:Et hæc circa Padum: Interim Vrceos Philippus poſt longam obſidionem recepit. qui audiens Mellitanas copias per montes in paccatum abijſſe. vehementer doluiſſe fertur & quanquàm appeteret iam hybemorum tempus, ad Brixiam tamen obſidendam Piccininum,& alios duces ad ſe vocatos cum quàm maximis copijs ire iuſsit. nihil affirmans optabilius, gratiuſque ſibi in vita contingere poſſe,quàm vt ſuorum ducum virtute,militum fortitudine, opulentiſsima vrbs expugnaretur, quæ tanta ingratitudine vſa a Vicecomitum Imperio defeciſſet:cupereque rebellem populum meritam defectionis ſuæ pęnam ſubire,irent igitur & Brixiam totis viribus oppugnarent. ſperare ſe vrbem Mellitæ præſidio,militumque robore deſtitutam, rerumque omnium penuria,ac pœſtilentia laborantem aut vi,aut deditione breui in fidem ſuam redituram.His adhortationibus ille Piccininum, & cæteros ductores confirmatos à ſe dimiſit: ac ſtatim delectu habito ſupra triginta armatorum millia contracta ſunt.quibus ad Brixiam admotis graui obſidione vrbem Piccininus adoritur.primumque diſpoſitis circa mœnia tormentis bellicis ruina ingens murorum,ſtrageſque hominum facta eſt: Varijſque oppugnationibus vrbs tentata contra feroces hoſtium inſultus incolumis ſtetit.multa tamen prius incommoda tulit:cæſiq; promiſcue & ciues, & milites, pugnatumque, nonnunquã fœliciter in hoſtem, nunc ex ipſis muris, & propugnaculis,

Art.Piloſi artum. | Philippi adhortatio. | Brixia obſidetur.

pugnaculis, interdũ etiam crebris eruptionibus extra vrbis munitiones factis, & quantum interdiu terribiles machinarum ictus demoliebantur, tantum noctu oppidani irrequieto corpore, & animo nouis operibus reponebant, nec virorum tantum virtus enituit, ſed fœminarum quoque militaris induſtria conſpecta eſt: Inter quas Braida ex Aduogara familia matrona illuſtris virilem patriæ operam nauaſſe dicitur. Erant autem vrbis Rectores Chriſtophorus Donatus, & Franciſcus Barbarus Senatores ambo ſapiẽtiſsimi. populuſq; eos vniuerſus admirabatur. viros Dijs ſimillimos veniſſe dictitans, qui armis, conſilio, ſolertia, & benignitate omnia vincerent. Inualeſcentibus tamen tribus malis ferro, fame, & pœſte, ciuitas haud diu incolumis ſtare potuiſſet, niſi eximia Fr. Barbari prudẽtia rem prope perditam deploratamq́ue ſeruaſſet: is enim ſingula obeundo eo (quo erat animi vigore) circa mœnia, ac portas aſsidue verſabatur, milites, ciueſq́ue in ſpem erigebat. Hos prẹmijs, illos honoribus, laudibuſque proſequebatur: multa ad hæc prudenter finxit, callide excogitauit, fortiter geſsit, vt clariſsimam vrbem tot malis circumuentam Veneto ſeruaret Imperio: in qua tuenda. Quantum ille cum collega ſtudij, operæq́ue vigilantiſsime impertijt, tantũ hoſtis pertinaciſsimus, quadraginta quattuor diebus in ea oppugnanda curæ, diligentiæq́ue adhibuit: manuſq́ue ſępe comminus nudis aggeribus conſertæ, turribuſq́ue, ac muris complanatis corpora ſua Brixienſes hoſtibus oppoſuere: Debachante autem crudelem in modum pœſtilentia, ita vrbs infrequens aſsiduis funeribus reddita eſt, vt ex ſeptem millibus propugnatorum, quæ ab initio conſcripta fuerant, ad duo millia tantum cũ Thadeo Eſtenſi duce viro impigro ad vrbis præſidium remanſerint, qua militum, ciuiumq́ue paucitate non parum audaciç, ac ſpei Philippenſes animis concepere. poſſe Brixiã expugnari. Itaque aggeribus, vineis, cuniculis, alijſq́ue operibus bellicis ferocius, quàm antea Piccininus obſeſſos premere: contra Brixienſes intrepide hoſtium conatibas occurrere: excubare, ſpeculari, non pericula vlla, non labores ſubterfugere, multiſq; vrbis locis ad portam Palarim, ad Mombellanam turrim, ad Rauerotum, cruento ſæpius vtrinque marte pugnatum eſt: ſicuti Blondus hiſtoriographus copioſiſsime omnia enarrat. Demum ea fuit ciuium virtus, & fides, ea militum ſtrenuitas, is Barbari vigor, aliorumq; ducum. conſtantia, ut vrbe egregie defenſa. Poſt tres circiter obſidionis menſes Piccininus gemens, frendenſq́ue copias laceras, imminutaſq́ue duorum millium, & quingentorum hominum cæde media Bruma inde abduxerit: Nec Brixienſes cladis omnino expertes fuere: ex quorum numero, & ex mercenarijs militibus ad mille periſſe dicuntur: grauiſsima obſidione ſoluta, hoſtis belli incommodis affectus in hyberna cõceſsit: qua occaſione Mellita vſus ex Veronenſi digreſſus: Burgum, Coruariam, & Penetram vi cœpit: Piloſuſq́ue in his expeditionibus quũ graue vulnus accepiſſet. paucis diebus expirauit. Sed antequã vita

Braide virtus.

Brixię rectores.

Not. Frã. Barbari prudẽtiã.

Att. pœſti lẽtiam in vrbe Brix.

Soluitur Brixiæ obſidio.

Piloſi mors.

vita decederet, præſtantiſsimi ſtatim ex vrbe Medici a Senatu ad eum cubantem Veronam miſsi ſunt: qui medio itinere nunciata eius morte domum mœſti rediere. Interim Patres Mellitæ abſenti ob fidele, accuratumque in Remp. ſtudium, copiarum omnium Imperium decernunt. hortanturque eum per literas quando Brixia rerum omnium pennuria laboraret: vt fideliſsima ciuitas commeatu iuuaretur. Ipſeq; imperata facturus maximam tritici copiam ſtatim per mortes Brixiam importandam curauit. verum hoſtis, qui rem præſciuerat, ad Theniũ Mellitanis obuiam factus frumentatores omnes oppreſsit, atque vt in poſterum omnis auxilij ſpes Brixienſibus adimeretur. hoſtes tria Caſtella haud procul ab vrbe ad Nucem vnum, alterum ad Cagros, tertium ad Toſecetum erecta valido firmarunt. præſidio: poſt hæc Italus Foroiulianus, qui frumentatores ad Thenium oppreſſerat. Paridem Ludronium Venetam ſecutum ſocietatem, magnamq; armatorum manum ſecum habentem aggredi ſtatuit. quod ipſum quia aliquanto prius cognitum eſt. Continuo ex Brixia Barbari iuſſu ſexcenti pedites ſub Gerardi Danduli ductu ad Paridem in ſubſidium mittuntur: ac nulla mora Dandulus profectus non procul a præſidio, quod ad Nucem erat, Philippenſium equitum Alam ſubito adortus magna clade illata oppreſsit: Inde Tropienſibus, Guelfis non paucis adiunctis, factum eſt, vt mille ſtipatus hominibus Dandulus ad Paridem venerit: Nec Italus, & ipſe ſegnis deſedit. nam ad duo millia agreſtium aduerſæ factionis ſecum trahens cum ſexcentis equitibus leuis armaturæ, & magno mercenariorum militum numero in Venetum ibat: ęperatque iam Sarca fluuio ponte ſuperato, proximos montes aſcendęre, vbi haud procul Paris, & Dãdulus per occultas valles inſinuati cum copijs aderant: qui præſidium quod hoſtis ad pontem reliquerat, adorti momento temporis opprimunt: cæduntur que Itali Filius iuuenis impiger, & Petrus Capocius Tridentinorum Cohortiũ ductor. accurrit interim Italus cladis nuncio excitus, ac parata ad dimicandum acie ſigna infert. eum veluti torrentem quendam rapido impetu mõtibus deiectum Paris fortiter excipit: nec ſolum irruentis vim hoſtis ſuſtinet, ſed eum etiam ęquata pugna atroci marte fatigat. tribusq; horis vtrinque accerrime erat dimicatum: quũ Italus Veneto nimiũ vrgẽte qua proximum fuit: ſe in altiora loca ſenſim recepit. in extremũq; agmen Paris illatus multos hoſtium cępit, & occidit: Et niſi noctis vmbra, ac caliginoſa nubes trepidantem, cædentemq; hoſtem obtexiſſet. Inſignem omnino cladem eo die is accepiſſet. quam tamen poſtera luce euitare non potuit, nam Paris ſequenti mane vix diluceſcente Aurora ſtructam aciem in Philippenſes ferociter immittit: nec hoſtis pudore victus pugnam detractauit: Sed diſpari animo res gerebatur: Quum Paris heſterno ſucceſſu audacior redderetur. Contra non parum recentis cladis memoria hoſtem turbaret. pugnatum eſt tamen aliquandiu acerrime, multique ex hoſtibus prius occiſi

Mellita Imp. declaratus.

Ger. Dandulus.

ciſi ferro occubuere, quã vllã fugam fecerint. victa tandē validioribus Ludronij armis eorum pertinaci i terga vertunt: pręcipitesque, ac ſolutos ordines agit Paris: ingens autem Agreſtium cędes à Guelphis auxiliaribus ędita eſt: multi obtruncantur, multi capiuntur, nam in victorum manus mille ex hoſtibus viui miſericordiam implorantes venerunt, totidemq; in prælio deſiderati. at Italus perditis rebus per aſperos montes fuga elapſus ripam oppidum petijt. Quò multi poſtea equites, peditesque è prelio ęgre peruenere. His auditis Piccininus ira percitus conuocatis militibus qui in Hybernis erant, per Sabbiorum vallem ſuperatis aſperrimis iugis montium Ludronium contendit, oppidumq; in Paridis inuidiã intra quintũdecimũ diem armis ſubegit: inde Romanio fruſtra oppugnato. Veneti exercitus metu in Benaci oram hybernatum profectus eſt: vita interim deceſſit. Petrus Lauredanus fluuialis claſsis præfectus vir rebus geſtis maxime clarus qui nudis calcibus, & ſaxo ad caput conſtituto (vt teſtamento mandarat) ad Helenæ ędem elatus eſt, reliquitq; poſt ſe Iacobũ filium paternæ virtutis cunctis in rebus æmulatorem, & hęredem, cuius bellica, & togata opera Reſp. ſæpe vſa eſt eodemque tumulo patris, & filij oſſa conduntur. In quo huiuſcemodi epitaphium inſcriptum legitur, quod ob tantorum virorum memoriam annotatione dignum iudicaui: Vtriq; Patri, & filio, Petro, & Iacobo Lauredanis ambobus viris ſummis, & triumphatoribus, procuratoribus. S. M. Imperatoribus fortiſsimis, pacis, bellique artibus clariſsimis, alter virtute ſua dalmatas domuit: expugnato munitiſsimo Tragurij oppido. Turcas, & Genuenſes fregit, formidoloſus vtriſque duplici victoria, altera ad Garipolim, altera ad portum Delphinum, demũ bello Philippico padanæ claſsis præfectus per inſidias hoſtium veneno ſublatus ætatis ſuæ anno ſexto, & ſexageſimo, alter autem vel rerum geſtarum magnitudine, vel munerum varietate tanto parenti par Reip. nunquam nor bellator ſimul, & conſultor illuſtris exanimatam, & ruentem Græciã Conſtantinopolitana clade ſuſtinuit, & recreauit, prædatorias naues Turcicas ad duo de viginti captas incendit: Rhodios contumaciter ſe habentes claſſe cinctos imperata actutum facere coegit: Mare infeſtum prędonibus expurgauit, ſicq; tertium Imperator virtutis ſuæ fama, & ſplendore nominis terrori fuit hoſtibus, prodire in aciem eo Imperante non audentibus, vt quam fortuna patri conceſſerat. Formido hoſtilis filio benegerēdæ rei ademerit occaſionem: vixit innocentiſsimę, conceſsit naturæ annum agens quintum, & ſeptuageſimum. Chariſsimus, & optatiſsimus patriæ quod funeris ſuę merore declaratum eſt, Anto. & Pet. Lauredani nepotes, & filij pientiſs. poſ. In demortui igitur Petri locum Stephanum Contarenũ Patres ſurrogarunt, & ex Senatus decreto Petrus Zenus cum noua claſſe in Benacum mittitur vt facilius duplicatis viribus, commeatu per Lacũ importato Brixię iam fama laboranti ſubueniri poſſet. Sed id vnum querebatur.

Not. hoſtium cladem.

Qua nam ratione claſsis in eo lacu pararetur. qunm non Syluæ eſſent, non
Nemora, non Flumina per quæ Naues eò attrahi, nec minus ædificari poſ-
ſent. tenueratq́ue ea conſultatio aliquot dies. Dubijq́; patrum animi varia
agitabant. Quando vir Græcus ex Creta oriũdus Sorbolus nomine (explo-
rarat is prius loca) ad patres in curiam acceſsit. pollicitusq́ue aſſeuerãter eſt.

Not. Sorboli ingenium.

ſe curaturum, ſi ea ſibi darẽtur, quę ad rem tranſigendam eſſent neceſſaria,
vt ex vrbe in Benacum naues traducerentur. quod ipſum quia arduum, ac
difficillimum omnibus videbatur. quum per ducenta, & amplius millia
paſſuum per crepidines, montiumq́ue iuga nauigia attrahenda eſſent, pro
garulo, & deliro primum haberi cepit. ſed quum non vulgare hominis in-
genium multi apud patres ſummis laudibus commendarent: perſuaſus Se-
natus id negocium Græco demandauit: quo ille alacri animo ſuſcepto,
opus ſtatim aggreditur. paratæ, e ductæq́; ſunt è Nauali duæ triremes, quat-
tuor celoces, & cum his Scaphæ viginti quinq́;, Veronamq́ue vſq; aduerſo
Atheſi fluuio pertractæ. Inde binis, quaterniſq́; iugatis Bobus terreſtri iti-

Att. nauiũ traductionem.

nere Sorbolo duce ad Mauri pagum peruenere. hinc poſtea triremiũ mo-
les ſubiectis lapſibus ingenti operariorum, iumentorumq́; conatu ſex paſ-
ſuum millibus per plana fermè loca in diui Andreę lacum perducitur. reli-
qua minora nauigia curribus, plauſtriſq́ue innumeris conuecta: immine-
bat autem lacui rupes ſcabroſa, & aſpera, ad eam vero complanandam in-
gens agreſtium manus eſt adhibita. vt facilior tranſitus mitigata rupis il-
lius aſperitate nauium traductioni pateret: quæ deinde ex lacu in aduer-

Att. viarũ aſperitate.

ſum iugum attractæ laborioſum, difficilemq́; aſcenſum habuere: Eſt nãq́;
montis horribili aſperitas. vbi cautes, tumuliq́ue prominentes inuios tra-
mites reddunt. Riuulus quoque per abrupta ſaxa præcipiti lapſu decurrens
montis deliuia ſcindebat. vadoq́ue ob aquarum excreſcẽtiam ablato inie-
ctis glebarum molibus, armorumq́ue truncis peruius redditus eſt: Na-
ueſq́ue hunc in modum poſt grauem operariorum laborem in ſummum
montis dorſum pertrahuntur: Veſtigiaq́ue adhuc quædam, & quaſi vetus
orbita. per ipſam iugi coſtam apparere dicũtur. quod omnibus ſeculis me-
morabile erit: nec minus poſtea in deſcenſu laboratum ferunt. qunm
difficilem, lubricumq́ue lapſum ex alto moles tanta haberet. certumq́ue
ob oculos omnium periculum verſabatur, ne in præceps illa per abrupta
montis acta ſubiectis cautibus illideretur. Verum Græculi diligentia
multis, firmiſsimiſq́ue funibus alligatæ, ſingulæ naues pedetetim in pla-
num demiſſæ ſunt. Itaq́ue tertio menſe, poſtquàm Venetijs abductæ
erant. fluminibus, montibuſq́ue magno labore ſuperatis, in Turbula-
num portum peruenere: vbi reparatis nauigijs longo itinere, terreſtribuſ-
que incommodis concuſsis. in vnum claſsis contrahitur. Quæ vt tutio-
rem ſtationem haberet. præſidio, munitioneq́ue circumſepta eſt: Nec
hoſtis ſine claſſe, & ipſe longe aberat: Qui Galleones, & Ganzariolas
aliquot

aliquot ad Riuoltellam tenebat :. Lacuſque ferè omnis Philippenſibus amnis occupatus cuſtodiebatur, vt difficillimum prorſus eſſet (inuito hoſte) aliquam ferendi Brixiæ opem: imminebat, itaque fideliſsimæ vrbi ingens omnino periculum: Dum aduerſis Venetorum rebus fortuna benignior arriſit: nam Nicolai Eſtenſis Principis conſilio Florentinorum, & Sforciæ ſocietas tentata eſt. ad quam Veneti ſtatim reſpicientes. ad vtrunque legationem decernunt. Ioannes Piſo in Picenum ad Sforciam mittitur, & Iacobus Donatus Florentiam, haud dubium enim eſſe videbatur. ſi priſtina cum his fœdera Veneti inirent, fore, vt è manibus hoſtium victoria extorta. fortunatiorem bello ſortirentur euentum, facile autem Sforcia à Philippo alienatus, nouam ſocietatem amplexurus credebatur. quum is ob filiæ matrimonium varijs cauillationibus ſæpe deluſus, parum fido, amicoque in Vicecomitem animo eſſet: vbi vero oratorem Venetum ad ſe cum mandatis Senatus venientem Sforcia audiuit. Comprobatis fœderibus Venetam ſtatim ſocietatem complexus eſt: iraſque maiores ferociſsimo iuueni recens ſuſpicio addidiſſe traditur, ferunt Nicolaum Piccininum Brixiam oppugnantem rogatum à ſuis ſæpe fuiſſe, quid eſſet, quòd ipſe tanta pericula ſubiret: quum vrbem illam ſi expugnaſſet, ac cæteras, non ſibi, ſed Sforciæ. Qui futurus eſſet Philippi Hæres, & Gener, Mediolanenſiſque Principatus ſucceſſor, parari non ignoraret. tum Piccininum palam ad eos conuerſum dixiſſe, pergerent modo ipſi vrbem expugnare, qua capta prius, inquit, arma noſtra in Piſenno erunt. quàm Calamiſtratus ille ſponſus affutura ſuſpicari poterit. tum ibi ego ſpõſa, & vos militari ſagulo poſito Ephebi ſaltatores eritis: eà vbi Sforcia reſciuit: vehementer iratus cum Veneto ſtatim fœdus inijt: Ad Florentinos quoque miſit: vt in nouam ſocietatem eos ſecum traheret, illi autem Iacobo Donato oratore ſuadente, Sforciæque adhortatione permoti, Eugenio quoque Pontifice, qui tum Florentiæ erat. Authore, cum Veneto, & Sforcia in quinque proximos annos fœdus renouarunt: In quo ſanciendo hæc in primis ſolenni ſtipulatione expreſſa ſunt: vt vtriuſque populi ſocius, ac copiarum omnium Imperator Sforcia in Italia aduerſus Pilippum, & confœderatos eius eſſet. cui ſingulis menſibus quattuordecim aureorum nummum millia ſtipendium penderetur. quorum nonaginta millia Florentini, reliquum Veneti perſoluerent: atq; vt ipſe continuo paratis copijs ad Venetos bello leuandos in Galliam tranſiret: quęcũq; autem ex Philippi ditione armis quærerentur. prĉter Cremonam, Cremam, & Piſcheriam, quæ Veneto Imperio cederent, reliqua Sforciæ, & ſocijs quæſita eſſent. Aſcriptus eſt quoque belli ſocius Nicolaus Eſtenſis, qui Borſium filium, cum mille equitibus in caſta miſit, fędere per totam Italiam vulgato. Philippus non parum animo turbatus eſt. nam Sforciæ norat militaris rei ſcientiam, Venetorum opes, Florentini populi ingenia: At Piccininus nil

Legati.

Nouũ fędus cum Sforcia.

Nic. Piccinini verba.

fęderis cõditiones.

cunctandum ratus communicato cum Mantuano Principe conſilio de Atheſi ſuperando cogitare cœpit. vt in Vincentinum, aut Patauinum agrũ bello tranſlato res Venetas ex propinquo grauius infeſtaret: Interim Petrus Zenus qui ad Turbulas traductam (vt diximus) per montes claſſem habebat. Lacu ad Ponalis fluuioli oſtium ſuis aperto, non nihil frumenti à mercatoribus clandeſtine emptum per aſperos primum montes deuectum. Inde Brixiam nautarum humeris deportandum curauit. quo ciuitatis inedia aliquantulum ſubleuata eſt: Dum hæc in Benaco geruntur. Piccininus deſtinatam expeditionem proſequens ad Atheſim copias admouit: vbi in aduerſa ripa tranſitum eius impedituri And. Donatus, & Hieronymus Contarenus viri impigri à Senatu miſsi cum ſubitario milite cõſtiterant: Gonzaga interim pluſquàm hoſtili animo Venetę rei infeſtus duo de triginta galleones ex Hoſtilia per Tartari fluminis oſtiũ ĩ Paludes apud Leniacum tranſduxit. nec procul hinc vligine purgata, humoque defoſſa, vadum nauibus in Atheſim aperuit: & ad Caſtagnarium vicum primi progreſſus hoſtium fuere: Sed ibi Veneti multorum lintrium, ac celocium claſſem ſub Marini Contareni, & Ludouici Mollini præfectorum auſpicijs habebant: qui ferociter hoſti occurrentes eum inde depulerunt: Ille autem ad Maloperę vada profectus nullo prohibẽte octo galleones in Atheſim perductos immiſit: Milleque in vlteriorem ripam viri expoſiti ſunt: in quos Tybertus Brandollinus cum trecentis equitibus, & ipſi claſsis ductores impetum facientes cruentam pugnam ædiderunt: qua multa vtrinque cæde facta. hoſtis deſperato tranſitu ad Sanguinetum ſe recepit: tumultuaria quoque hic ædita pugna Contarenus tragula ictus occubuit: Et Brandolinus ex acie ſaucius exceſsit. in Contareni autem locum Darius Maripetrus à Senatu extra ordinem creatus in prouinciam venit: Et Mellita ex Penetra cum octo equitum millibus, & ſex peditum affuit. Interim Piccininus quadraginta circiter Aeneis machinis in Atheſis ripa conſtitutis. Venetam claſſem à curſu auertere tẽtauit. vnumq́; ex Darij galeonibus tormentorum ictibus perfoſſum in hoſtium poteſtatem venit, ex quo cęteri perterriti ceſſere: ac ſtatim Venetorũ metu animaduerſo hoſtes nõ cũctãdum rati, ſuas per Panegum amnẽ naues per ociũ in Atheſim traduxerunt: Tum Mellitanus miles qui aduerſam ripã pręſidio tenebat: inimicę claſsis ĩpetu nõ expectato pauore, fugaq́; diſsipatus abijt: ita turpi ignauia apertus eſt hoſti trãſitus in Venetos fines irrũpendi: Nam Piccininus ſtatim Atheſi ſuperato. Leniacũ munitiſsimũ in Veronẽſi oppidũ adortus deditione ciuium voluntaria in ſuã redegit poteſtatẽ: quo captò in Vicentinos, Patauinoſq́; fines victor irrupit: Et ad Caſtrũbaldũ ſignis admotis aliquandiu ibi laboratũ, inde eo capto miro victoriæ curſu tota regione præſidio nudata Leonicũ, Maroſticã, Brendulũ, Mõticulũ, Aricianũ, Mõturſum cũ Dreſini valle hoſtes ſubegere: Ad maioraq́; animos adijciẽtes Veronã caſtra admo uerunt:

Petrus Zenus.

And. Donatus, Hiero. Contarenus.

Not. hoſtium ſucceſſus.

uerũt:vbi Chriſtophorus Tollẽtinas cũ valida militũ manu ad pręſidiũ aderat. In magnoq; tantis hoſtiũ ſucceſsibus res Veneta conſtituta fluctuabat, ad diuinamque opem ciuitate recurrente. Lauren. Iuſtinianus Patriarcha vir ſanctiſsimus ſæpe publice rogatus eſt, vt Deo preces effunderet, quibus flagrãtiſsimi belli turbinibus Reſp.eriperetur.ſaluaque fieret.vnde ſanctiſsimi patris orationibus ciuitas cęleſtem plerumque in aduerſis ſenſit opem,is poſtea Patriarcha poſt mortem miraculis clarus in beatorum numerum relatus eſt.Aramque ei in Diuæ Mariæ horti æde Federicus Renerius Senator clariſsimus rite dicauit. Memoriaque eius octauo Ianuarij menſis die magno ciuium concurſu quot annis pia deuotione celebratur. at Mellita cum exercitu ad apponi Balnea conſedens ad omnes occaſiones intentus ſtabat: interim circa Benacum à Venetis fęliciter in Philippenſes eſt pugnatum: nam foroiulianus Italus ex Salodio cum delecto peditatu,equeſtrique ala mouens Venetum Maderno, Penetra, Turbuliſque armis deijcere ſtudebat: contra cum Guelphorum multitudine, ac mercenario milite Petrus Aduogarus aderat:ad prohibendos hoſtium conatus. Ad Madernium itaque inimicę acies progreſſæ atroci prælio decertarunt:medioque pugnæ ardore Zenus qui Venetæ claſsi in lacu præerat, proximo loco Naues ſtatim applicuit, hoſtemque ex his iniuriæ expoſitum tormentis,miſsilibuſque grauiter inceſſere cœpit: pugnatumq; eſt à tertia diei hora vſque ad veſperam:inde Aduogaro,Zenoque vrgente dum ſenſim Italus ſuos à prælio reuocaret. per anguſtam cliui ſemitam ſolutis ordinibus ex acie exceſsit,tum aperta fit fuga: victorque Venetus multos trucidat, plurimos conſauciat.Quadringentique,& amplius capiũtur:in quibus quinquaginta circiter viri genere,factiſque illuſtres fuere: ex Picenno autem iam Sforcia mouerat,vt in Galliam ad demandatum Imperium tranſiret.nam trepidiſsimis afferebatur nuncijs,hoſtes Atheſi ſuperato omnia ferro,ignique in Veronenſi,Vincentinoque vaſtare:Patauinã quoque rem in periculo eſſe:his auditis Sforcia flexo à Rauenna curſu ad Ronchanum pontem citato agmine contendit. Inde Guidone Fauentino,& Frãciſco Piccinino intra Forliuij męnia compulſis. Quinto poſt die quam eo acceſſerat.Sextis caſtris Bondomium venit. Hinc ſecundo Pado per Ferrariam patentibus portis Adriam ſe contulit(vnde Adriaticum mare appellatum)per littoraque itineribus reliquis ab hoſte inſeſsis traducendus exercitus in Patauinos fines erat.Sed quattuor ingentia vada occurrebant,multis ſiquidem locis tractus ille littoralis aut fluuijs in mare labentibus,aut pelagi æſtu perrumpitur: tranſitus itaque Senatus iuſſu quattuor pontibus ſtatim extructis paratur,ad Gorium primo ventum eſt:vbi duo, & triginta longiores ſcaphæ anchoris fundatę ſtabilem pontem effecere: alterius vadi tranſitus ad fornaces fuit:quattuor, & quadraginta lintribus ibi pons inſtitutus:qui ad euitandas hoſtium inſidias,& tumultuarios inſul

Hoſtiũ clades.

Sforcię aduentus.

Not. Pontes cõſtructos.

tus duodecim Galleones armis,& propugnatoribus inſtructos habuit: tertius ad Atheſis oſtium circa foſsiones octuaginta ſcaphis, aſſeribusque firmiſsimis eſt compactus. Quo ſuperato ad Brundulanum vadum omnium latiſsimum Sforcianę peruenere copię: hic ponte nonaginta nauium fabricato ſecus maris littora equites, peditesque Clodiam ſunt traiecti: nec mora trecenta e Venetijs nauigia ad conuehendas in continentem copias affuere: quibus Sforcianus eques,turbaque peditum excepta per ſtagna ſecunda aura deuehitur: iucundum autem ſpectaculum ipſi duci, militumq; vulgo tot volitantia reddebant: nauigia: mille ad hęc minores Cymbę officij cauſa illi obuiam proceſſerant. miſsi quoque publico nomine aliquot patritij. Qui fęlicem Sforcię acceſſum gratularētur, amplaque munera detulerunt: continuata itaque nauigatione ſub occaſum ſolis ad Cōchas Pataui ni agri locum expoſitus eſt in terram exercitus: qui ſex millia, ducētos, & quinquaginta catafractos, leuisque armaturę equites habuit: pedites vero mille,& ſexcentos, alij quattuor equitum millia, ac duo peditum fuiſſe tradunt: at Sforcia vbi copias in continentem expoſuit, quicquid Venetarum virium diuerſis locis diſperſum erat: in vnum ſtatim contrahit: Mellitaque poſtridie cum duodecim millibus peditum, equitumque ad Sforciā venit: in Colonienſi autem agro ipſi duces caſtra contulerūt: vbi recognito exercitu. Quattuordecim equitum millia, atque octo peditum cēſa, numerataque ſunt: & cum his copijs Sforcia quam primum dimicaturus in hoſtem mouit. Interim Brixienſes famę, peſtilentiaq; grauiter laborabant, circūſeſsisque vbiq; itineribus vrbs Itali armis ita vexabatur, vt parū meliore eſſet conditione, quàm antea fuiſſet: quum Piccininus,& Gōzaga eam graui obſidione premerent: victique tot malis ciues feciſſent tandem deditionem, ni Barbarus diuino ſuo ingenio, authoritate, prudentia, eam rerū omnium difficultatem opportune ſuperaſſet, nam vt incredibili animi vigore pręſtabat. cunctis malis ſapientiſsime occurrit. Ipſe ad alendum mercenarium militem, qui iam ob ſtipendium diu non ſolutum in ſeditionem verſus tumultuabat, pecunias miris modis hinc, inde abraſit: parique conſilio, & induſtria à vallium, montiumque incolis rapas, nuces, caſtaneas, aliaque frugum genera ad leuandam famen expreſsit: hoſtem quoque nūc hęc fingendo, nunc illa diſsimulando. Ludificabatur: & quum atrox pęſtilentia, luesque in miſeram graſſaretur ciuitatem: nullius ipſe congreſſum, aut colloquium declinabat, prandebatq; in aperto. patefactis omnibus horis Prętorij foribus. nec in eius menſa, Tricliniove, alius vnquā panis conſpectus eſt, quam hordeaceus, aut furfureus,& ad noui commeatus ſpeciem ciuibus oſtentandam frequenter Calones pro frumentatoribus ſaccos palea refertos vehiculis, iumentisque ferentes induxit: & litteras ſagittis alligatas clandeſtine propugnaculis, aggeribusque affixit: quibus ciues ab aliquo hoſpite qui in hoſtium caſtris erat, admoneri videbantur: vt nullam ſpem

venię

Venetorū copiæ.

Mellitæ exercitus.

Att. Frāc. Barbari vigilantiā.

veniæ haberent: ſi Brixiam Philippus expugnaſſet:ſtatuiſſe enim eam vrbem non ſolum funditus euertere:ſed ciues cum vxoribus,& liberis trucidare,delereque in defectionis vltionem Brixienſe nomen. His artibus Barbarus vſus commiſſam vrbem aduerſus hoſtium conatus, fortunęque minas egregie tutatus eſt:atque vt Philippēſes aliquo incommodo afficeret. emiſsis ab vrbe aliquot militum Cēturijs ſub Petri Aduogari auſpicijs duo hoſtium caſtella ad Crucem vnum,alterum ad Mompianum demolienda curauit. Salodium quoque armis recipere Veneti Barbaro authore tentarunt:Thadeusq́ue Eſtenſis cum trecentis equitibus hanc expeditionem ſuſcepit:parique ferme montanorum numero Aduogarus affuit: vna cum Theoſaluiſo Centurione viro fortiſsimo. At explorato Italus Venetorū conſilio cum delecta equitum,peditumq́ue manu tacite Fęlicianum conceſsit:vt Salodienſibus opem ferret:in quem Brixienſis magno impetu irruens. Signa ferociter intulit:excepit autem ille pari audacia hoſtilem aciē contractoq́ue ſub oppidi męnibus pręlio:quum à prima fere diei hora vſq; ad meridiem atrociter vtrinq́ue dimicatum fuiſſet. Venetus pugnādi feſſus è prælio ſenſim excedere cœpit. In eum pedem referentem tantus impetus ab Itali milite factus eſt:vt ſolutis ſtatim ordinibus terga noſtri dederint:& Gauardum oppidum paucis amiſsis Thadeus,inde Brixiam perpetua fuga in tutum abijt. Sforcia interim iunctis cum Mellita copijs in hoſtē ſigna,armaq́ue ocius conuertit,qui ad Veronā caſtra admouerat, męniaq́; Bellicis operibus quatiebat. Piccininus de Sforciæ aduentu certior factus ſoluta ſtatim obſidione cum omnibus copijs Suauium proficiſcitur:ibiq́ue foſſa ingēti per quinque millia paſſuum ducta obijcibus, propugnaculisq́; erectis, Sforcianarum copiarum impetum caſſum,inanēque reddere poſſe ſperabat: ille interea Leonicum acri oppugnatione adortus oppidum in monte ſitum poſt longum certamen,cędemq́ue vtrinq́ue factam in hoſtium conſpectu vi cœpit. Inde Sforcia quadrato agmine in Piccininum ferociter mouit,& ad Roneam cum eo congreſſus circa præſidia quæ ille aliquanto antea in prominētibus,aſperisq́ue iugis firmarat:acri prælio pugnauit:æquatoq́ue certamine ſub noctē vterq́ue dux receptui cecinit: ſed Veronam Sforcia ingreſſus haud intra męnia diu deſedit: in campo Martio(qui proximus męnibus vrbis adiacet) confligēdi ſtudio caſtra metatus eſt:Piccininus vero qui circa Porcilium conſederat.incertos Martis caſus reputans tranſmiſſo ſtatim ponte Atheſi cum omnibus copijs vigaſium in Mantuanos fines raptim abijt,tum Sforcia retro conuerſus Suauium obſidione cingit. Quo armis recepto omnia circa Atheſim poſtmodū loca in fidem Venetam rediere:hinc Benacū verſus caſtra ſunt admota. Bardollinumq́ue fruſtra oppugnatione tentatum.nā hoſtium valida claſsis ad oppidi defenſionē haud procul aberat. Quo accidit. vt vbi Sforcia cognouit auxilia amne affatim ſubuehi.ſoluta obſidione inde receſsit, poſtea quum

Venetorū clades.

Congreſſus Sforcię cū Piccinino.

Brixia

Brixia adhuc fame laboraret.cœpit Barbarus conſilium ad aperiēdam Lacus viam,ex qua commeatu vrbs iuuari poſsit.hoſtilis claſsis partem ad Salodium comburere. Thadeus igitur Eſtenſis,And. Valerius, & And. Leonus cum equitatu,peditatuque eò tacite mittuntur: Zenus quoque nauiū præfectus monitus eſt per litteras:vt & ipſe maturo claſsis acceſſu adeſſet: remque fortiter gereret, terreſtremq; expeditionē opportuno auxilio iuuaret:Piccininus,& Gonzaga,re per exploratores percepta,ex vigaſio ſtatim cum equitibus ducentis per Piſcheriam ad fęlicianum contendūt,iungentesque ſe Aloyſio Seuerinati,& Italo Foroiuliano,tripartito ad Venetos opprimendos mouerunt: Seuerinas enim in naues impoſitus quo erat ardore ſpiritus,iubetur rem aquis gerere.Italus Madernianos montes cum peditatu tenere,Gōzaga,& Piccininus via à Lacu remota equeſtre agmē ducere:his clam paratis.hoſtium claſsis Venetam repente adoritur, & Zenus Seuerinatem intrepide excipit:eodemque temporis momento ex continenti Eſtenſis ad ſuorum auxilium inſtructam aciem concitat. tū vndiq; hoſtes à fronte,& à latere coorti in Venetos cum magno clamore irruunt: ſuſtinet Thadeus fortiter Philippenſium impreſsionem: ſuosque quanta poteſt vi,hortatione,manu, ferroque tutari contendit: ſed Piccininus, & Gonzaga in acie conſpecti tantum terrorem iniecere: vt momento temporis,& claſsis,& terreſtres copiæ ab hoſte profligantur:capiunturque Eſtēſis,Valerius,& Leonus: duę inſuper triremes,celoces quattuor, & Ganzariolæ quinque in hoſtium poteſtatem venere: cum ipſo Zeno præfecto: Maderniana quoque arx poſtridie quam male pugnatum eſt, ab hoſte occupatur:ea clades Venetijs nunciata ingenti mœſtitia ciuitatem affecit:verum Patres ne ob id animum remiſiſſe viderentur, continuo noua claſſe decreta.illatam vlciſci iniuriam ſtatuunt:cōfeſtimq; varij generis nauium apparatu delecto, eas in Benacum traducere diuerſa ratione ab illa priori curarunt:ſoluta enim materia ſexcētis,& amplius Plauſtris claſsis illa Turbulas conuecta eſt:vbi maximo ſtudio è Veneto Nauali opifices,peritiſsimique fabri triremes octo,Galleones totidem, ac celoces quattuor ocius inſtruxere:quæ omnia nauigia ſub Stephani Contareni Imperio in Benacum traducta ſunt:cæterum Brixiæ periculū Patres maxime angebat: vrbs enim diu hoſtium incurſionibus fatigata ad ſummam rerum omnium inopiam redacta erat:mittūt itaque illi ad Sforciam,qui publico nomine hortentur,vt priusquàm in hyberna cum exercitu concederet:quorum iam tēpus appetebat; laborantem fame fideliſsimam ciuitatem cōmeatu, ac præſenti aliqua ope leuaret:interim Piccininus qui traductam in Benacū Venetam claſſem reſciuerat, vt ei aliquo modo clandeſtine officeret: prima noctis vigilia.Ripa oppido cum ſcelecta militum manu profectus aperta ſecundum Benaci littus via progreditur: trirememque vnam ibi in aquis nuper reſarcitam igni corrumpere tentauit: ſed quum locum Troilus vir acer

Not. hoſtium inſidias.

Venetorū clades.

Noua claſſis paratur

Troili virtus.

acer præſidio teneret. In Picciniınum ferociter illatus eius impetum non ſolum ſuſtinuit: ſed hoſtem fuſum, fugatumque magna clade profligauit: Piccininusque ipſe media pugna equo à gregario milite deiectus ægre ſeruatus eſt. et vt tutior ſtatio claſsi redderetur. ne quod nuper hoſtis infęliciter tentarat. maiori poſtea vi quandoque efficeret. Sforciæ iuſſu negociū Mellitæ datur: qui locis ipſis præſidio adeſſet: iſq; vbi eò profectus eſt. munitiones ſtatim firmiſsimas erexit: nam à lacu ad montes per ducentos circiter paſſus maceriem in muri ſpeciem militari opere duxit: Caſtellum quoque ſuper montis verticem cū propugnaculis poſitum: qua munitione apparebat, claſſem, quę Turbulis, Benacoue erat, facile ab omni hoſtiū iniuria ſeruatū iri: Dū autē hęc parātur. Sforcia Senatus Imperata facturus ſtatuit, licet hyems immineret. cōmeatum Brixienſibus per montes niue, glacieque informes, inuito hoſte importare: contracta igitur frumētorum vi ingēti, è Penetra cum tribus equitum millibus, & peditibus mille digreſſus. ad Thenij ſaltum, conſedit: Et Philippi duces explorato Sforciæ cōſilio ad Ripam conceſſerant. Inde Ludroniam vallem occupātes, Seuerinatē cum peditibus octingentis, & trecentorum equitum ala ad Thenij ſaltum inſidendum dimiſerunt: At Martianus, & Ioan. comes fortiſsimi ductores cū florenti equitatu, & peditum robore Sforciæ iuſſu circa hæc loca excubantes vbi Piccininum, & Philippenſia agmina videre. ſignis in hoſtes ſtatim illatis impetum fecerunt: prælıūq; atrox ſubito oritur: quo accenſi Martianorum animi in hoſtē adeo inuecti ſunt: vt re fœliciter geſta. Piccininus in fugam verſus toto equitatu exutus fuerit: peditum quoque robur magna ex parte trucidatum, captumq; amiſit: ipſeque re perdita præcipiti curſu ad ponalis ripam delatus à Theutonico armigero per abrupta montium ęgre eſt ſeruatus, vbi vero ad ſubiectas Benaci vndas peruenit, tenuem cymbā ingreſſus. Ripam adnauigauit: reliqui duces cū paucis equitibus. hinc, inde delapſi: per abruptos montes ſe in tutum recepere: nec ea tamen permotus clade Piccininus à priſtina ferocia diſceſſit: ſed Seuerinate ſtatim ad ſe accerſito: cum nouo bellico apparatu ad Thenij ſaltus occupandos ire pergit: vbi Sforcia quingentos circiter ab oppido paſſus conſederat: Eſt autē Thenium celſo colle ſitum, montibusque ad lęuam, dexteramq; aſperis circumſeptum cingitur: quorum alter Caſtellum arte, & natura munitum habet: nudus alter, & præruptus horribilem in acceſſi loci faciem repreſentare videtur: hunc inſidias machinatus cum peditum robore Piccininus inſedit: præter oppidum Carolus Gonzaga cum inſtructo equitatu paratus conſtiterat. Sforcia autem ad radices montis quadrato agmine progreſſus eius verticem ab hoſte inſeſſum vidit: Quo animaduerſo quum conſilij anceps ſecum animo agitaret, qua vi, arteue, ad dijciendum munitiſsimo loco hoſtem vti poſſet: Ecce nouam inopinato Gonzagæ acceſſu aciem Thenium verſus citato curſu tendentem procul aſpicit: In eam ille conuerſus

Piccinini clades.

Theniū.

Troilum virum acrem cum omni equitatu ſtatim immittit, eodemque mométo prætoriana cohorte ſeptus pedeſtrem aciem in aduerſum iugum explicat: ſuoſque hortari, orareque non deſtitit: vt ſtrennuam in hac expeditione ſibi operam præſtarent: nullum eos præclarius facinus ædere vnquàm poſſe: quàm ferro viam illo die cõtra hoſtium conatus ante conſpectum ſuum aperire: irent igitur forti animo: & dignam ante acta militia rem in hoſtem gererent: quo pulſo non ſolum fideliſsimam Veneti Imperij vrbem ab imminenti periculo liberarent: ſed gradum etiã ſibi facerent: ad maiora facinora in Italia ædenda: Hæc ille: & breui pariter innixus haſta in arduum tendere cœpit: miles Imperatoris exemplo, eiuſq; hortatione permotus quanquàm lubricus, & difficilis in monté eſſet aſcenſus, cliuũ impigre ſuperat: Inde Sforcia ſuum Troilum equeſtrẽ pugnã circa Theniũ fortiter cienté militibus oſtentãs. hortatur eos ad illius imitationẽ in Philippẽſem peditẽ fortiter pugnare. atq; illius diei palmã equiti præripere: inde agili, & rapido curſu ad montis crepidinẽ delatus vnde à ſuis conſpiciebatur. Troilũ, Piſanum, alioſq; appellãs. ad perumpẽdũ hoſtiũ cuneũ voce, manuq; inſtigat: Interim pedeſtris acies depulſum iugo hoſtẽ per collis de cliuia præcipitẽ armis agebat. tum Sforcia lætis clamoribus, atq; haſtã quatiens. vicimus, inquit milites, inſtate, timidumq; hoſtẽ ferro ſternite: equitatum quoq; maiore vi adortus peditum fuga exterritũ Sforcianus miles ſternit, & profligat; Capiunturq; Cæſar Martinẽgus, & Carolus Gõzaga cũ ducentis equitibus, & peditibus trecentis, Palatos reliquos victor inſequutus cædit, & obtruncat: Piccininus copijs deletis trepide ex fuga Thenium ſe recepit. quẽ Sforcia ab initio à ſuis interceptum credidit: ſed vbi ille inter captiuos non eſt relatus, vt virum præferocẽ in poteſtatẽ haberet: quinq; aureorum nummum millia edicto ſoluere pronunciauit: qui eum ex fuga retraxiſſet. ſed homo ingẽtis ſpiritus per diem oppido occultiſsime latuit: poſtmodum intempeſta nocte pãnis obſitus fuga tacite arrepta, auerſis itineribus Ripam peruenit: ſunt qui memorãt. eum ſacco inuolutum, ac pro vili ſarcina gregarij humeris geſtatum. in tutum abijſſe: Ille autẽ natura ſupra quàm dici poteſt ferox, paucis diebus, quàm prælio victus, ac ſemicaptus exceſſerat: ſtructa acie ad Veneta caſtra dimicandi ſtudio veniſſe dicitur: cuius audaciam, ferocitatemq; admirati ſunt omnes: Sforciæq; ob id, atq; alijs apparuit: rẽ cum eo hoſte eſſet: vt de Marcello Hannibal dicebat, qui neq; victor, neq; victus quieſcere poterat: ex ea tamen victoria id ſecutum eſt, vt aliquid frumenti per eos dies ſit Brixiam importatum, in dieſq; maior commeatus copia in vrbem inuecta fuiſſet, niſi Verona furtim ſub id tempus ab hoſte capta Venetas copias ab ea expeditione repente auertiſſet. cognita enim antea per exploratores negligenti cura qua Veneti vtebantur, in cuſtodiẽda Verona. agitarunt animo Philippi duces, partem vrbis ad brumalẽ occaſum vergentẽ (quę ciuitatula vocatur) furto occupare:

opportunum

Sforciæ adhortatio.

Sforciæ victoria.

Not. Piccinini ferociam.

opportunum itaque tempus nacti quo in Brixienſi Sforcia cum copijs abe rat: Ripa clandeſtine cum inſtructo exercitu profecti Piſcheriam appulere: Inde ſub occaſum Solis in ſubiectos Veronę campos ventum eſt. vrbiq; intempeſta nocte tacito agmine hoſtes appropinquantes ſcalas mœnibus admouerunt. ac ducibus exploratoribus quorum inditio mota res erat. Muri tranſcenſi: portaque refracta, ac cuſtodibus cæſis, intra ciuitatulam Piccininus, & Gonzaga cum omnibus copijs ſilentio admittuntur: At cæſorum gemitus, ſtrepitus armorum, diſſonique clamores, vigiles, qui circa veterem arcem attentiſſima cuſtodia muros aſſeruabant: ſubito excitarunt: inde multis emergentibus ſignis. quibus intelligi poterat. hoſtem vrbem occupaſſe: ſubito eſt ad arma conclamatum. His nocturnis vocibus, terrificiſque clamoribus vrbis præſides Antonius Diedus, & Victor Bragadenus in arces confugiunt: Ciuitaſque conſternata confeſtim arma capit: diſcurriturque vndique cum trepidatione in publicum: ac imprimis area, quæ prætorio ſubiecta eſt. armatis repletur, mixtique milites, populuſque, Chriſtophorum Tollentinatem ducem ſequuntur. cui vrbis cuſtodia cum militari præſidio ab initio demandata fuerat. is ad omnia impauidus hoſtē media vrbe, priuſquàm omnes Philippi copiæ adeſſent. aggredi ſtatuerat. ſed nocturnum prælium vtrinq; detractatum, militari tamen licentia hoſtis furens propinquas ciuitatulæ ædes ad frangendos ciuium animos ſubito incurſu diripere cœpit. magnoque terrore nox illa exacta eſt, vbi vero illuxit. Noua hoſtium acies nemine prohibente per Rafiolanam portam in vrbem irrupit: pręſentique fortunæ ciues cędentes domi ſe męſti continuerunt: Ingens tamen pauor eos inceſſerat. ſuperbi hoſtis arma timentes. resq; ambigua vertebatur. vellet ne victor vrbē incolumē ſeruare, an publicas, & priuatas fortunas auaro militi diripiendas ſubijcere: cęperatq; iam Aloyſio Vermio authore Mellitę domus precioſiſſima ſupellectile plena diripi, proximis quoque ciuium ędibus cupiditate prędę miles allectus auaras manus iniecit, cladēq; omnino ingentē ciuitas ea die accepiſſet: niſi Barth. Peregrinus, & Franciſcus Maggius viri magnæ inter ſuos authoritatis ad Gonzagam ſtatim accurrētes magnis cū precibus oraſſent. ne permitteret: vt vrbs nil tale de eo merita tam crudeliter diriperetur: quæ in id diſcrimen nulla Veronenſium culpa incidiſſet: ac ſemel occupata victori ſtatim ceſiſſet. ſatis, ſuperque factum omnibus videri, quòd ſine cæde, ſine ſanguine, præclariſſima vrbs in fidem eius venire contigiſſet: proinde eum orabant: vt à direptione milites reuocaret: intactamque ſeruaret vrbem: Gonzagæ nominis ſtudioſiſſimam: Mouit Principem præſtantium virorum authoritas, ac blandus, veruſque ſermo, confeſtimque ille ad conciliandam clementiæ famam publice edixit, vt miles ab iniuria abſtineret: Iuſsitque, vt ſigna ordine ad prætorium ſequerentur: omneſque ad mandata præſto adeſſent: Et quia in eo fœdere, quod Gonzaga

Veronæ furtim capta.

Veronæ Rectores.

Nob. Veronēſium ciuiū preces.

Gonzagæ edictum.

cum Philippo percuſſerat:illud imprimis expreſſum fuiſſe conſtabat, vt ſi Verona, Vincentiaque bello capi contingiſſent.earum vrbium Imperium Mantuano Principi nõ alij. traderetur.Iccirco vbi in Prætoriũ aduenere: Veronæ Principem Philippi Duces Gonzagã declararũt:qui mox ad munitiora vrbis loca recipienda conuerſus præter Fęlicianam,& Petream arces in colle ſitas,& veterem,quæ eſt in planicie. Portas, turrres, pontes, & Męnia,in ſuam poteſtatem redegit:veterem quoque arcem, ne qua mora victoriæ curſum retardaret,oppugnare conſtituit:vbi Carolus filius captiuus ſub cuſtodia tenebatur, habebatque in animo, aut pontem ipſum, qui fluuio incubat,& arci adhæret,reſcindere, aut foſſam cum vallo late circa obſeſſos ducere.ne commeatus,præſidia ve vlla introduci poſſent: miſit & Ioannem Gonzagam fratrem cum militari apparatu ad tentandas ſuperiores arces.nam eas Venetis tenentibus magnum, certumque amittendæ vrbis periculum inſtare videbat:alij quoque ad Cluſinas anguſtias Gonzagæ iuſſu profecti quidam in Pollicellam vallem miſsi:iter Sforcię, Venetoque exercitui occupatis,infeſsiſque omnibus locis,occludere tentarunt: hæc dum illi tumultuoſe parant:nuncius interim ad Sforciam, & Legatos in caſtra perfertur:Veronã hoſtes occupaſſe:eoque die,quo vrbs capta eſt. id ad veſperam Venetus reſcijt: ſtetitque Sforcia aliquãto nouitate rei defixus vix fidem adhibens:niſi per litteras multorum alias ſuper alias eadem nocte id manifeſto cognouiſſet:quare non cunctandum ratus in celeritate victoriam ponens abducto ex Turbullis Mellita, motiſque ante lucem caſtris,citato agmine ad Atheſim peruenit:quo ſuperato infatigabili curſu ſub vmbra noctis ad mõtium anguſtias cum paucis equitibus progreſſus eſt,ibique cluſina arx in aſperrima rupe fundata eminet: cogitque ſe ſa ad exitum Lagarinæ vallis non ſine ingenti, rapacique impetu Atheſis fluuius:qui per arctiſsimas ardui montis anguſtias cum horribili altiſsimarũ rupium intuitu per mille,& amplius paſſus præceps,furenſque defluit: nullus his locis acceſſus,nulla certa via,ſed vndique cautes,crepidines, ſaltusq; aſperi,incultique cernuntur:vna tantum in ea parte,cui arx incubat, ad iactum teli alto,viuoque ſaxo exciſa ſemita eſt: vix anguſto tramite ſingulis equitibus,peditibuſue peruia:cætera horrore, & aſperitate informia: huc (vt ſupra memoraui)ad veſperã Sforcia progreſſus paulisper ſubſtitit: intellexitque arcem à Franciſco Piccinini filio fruſtra fuiſſe tentatam: verũ cautus Imperator inſidias veritus Piſanum ſub lucem cum expeditis equitibus ad exploranda loca præmiſit:is celerrime profectus, reuerſuſque retulit:cuncta itinera,anguſtiarumque exitus vim hoſtium ingẽtem inſediſſe:omniaque armorum plena eſſe:tum Sforciam ferunt vehemẽter commotum in Marcellum Legatum, Mellitamque, & alios conuerſum dixiſſe:aut eo die ſibi inter,ſaltus,anguſtiaſque illa montium cadendum eſſe, aut per ſtragem hoſtium vi,armiſque euadendum:certo ſe ſcire,et à fronte ferocem

Veronæ Princeps Gonzaga declarat.

Not. difficillimum iter.

Sforciæ verba.

ferocem hoſtem vallis exitum clauſiſſe, vereri quoq; ne à tergo etiã obie-
cta ſint arma, locaque omnia hoſtes inſederint: irent igitur Sforciamque,
& eius fortunam ſequerentur: operamque Venetę Reip. fortiſsimam in cõ
ſpectu ſuo nauarent: in recipienda nobiliſsima vrbe: quam hoſtes dolo,
fraude, non vera virtute occupaſſent: ſcirentque nullum eſſe tam iniquum
locum, nullam armorum, bellique vim, qua duce fortuna, comite audacia,
non virorum virtus fęliciter domare poſsit: & iam tuba ſigno dato miles
futuræ pugnæ intentus procedebat: dum per certos exploratores nũciatur:
omnia aperta, tutaque eſſe: & Iacobum Maranicum fide in Remp. egregia — Iac. Maranicus.
cum armatis exitum vallis obſeruare. ne ſuſpecta ab hoſte loca inſideren-
tur: maturaret modo profectionem: iuberetque militem iter accelerare,
quum tuta omnia in his locis ab hoſte ſint: ea re lętatus Sforcia ſigna ſta-
tim canere iuſsit: & pugnaciſsimas cohortes pleno gradu ſequi, vt ſi dimi-
candum medio itinere eſſet: viam ſibi ferro faceret: ſed nemine hoſtiũ oc-
currente: ad Volarneam recto curſu ventum eſt: ibique tandiu conſtitere ſi
gna: quoad vniuerſus ſuperuenit exercitus. Inde diſpoſitis in ſuos ordines
aciebus: ad Ambroſij vicum octo paſſuum millia a Verona diſtantẽ Sfor-
cia ſub noctem cum omnibus copijs conſedit: ibi certior factus de hoſtium
conſilijs, ſtatuque vrbis, & incaſſum tentata arcis veteris oppugnatione:
quarto die per montes ad fęlicianam arcem agmina ducta: & circa eã di-
iectis hoſtium munitionibus quas venientibus Venetis ad impediendum
tranſitum illi obiecerant: arcem per ocium Sforciani ingreſsi ſunt. ex qua
immiſsi pedites hoſtem non parum territarunt: Mellita interim cum toto
equitatu Sforciæ iuſſu ad Epiſcopi portam acceſsit: ibique Veronẽſes qui
illuc accurrerant, hortatus eſt: vt irent, & repente porta refracta equitatum
in vrbem admitterent: nec mora arreptis illi armis Venetæ rei fauẽtes im-
perata faciunt: tum verſi in fugam Philippenſes vltra flumẽ ſe recipere tre
pide cœperunt: & dum circa pontem (qui nouus dicitur) conglobati equi- — Veronenſiũ ſtudiũ.
tes fugam circũſpectant: nimio pondere ſublicius pons, qui lapideũ à turri
ſeparat, disfractus ingentem traxit ruinam: in fluuiumque nouem eo caſu
ſunt ęquites præcipitati: ex his octo armorũ pondere cum ipſis equis alto — Equitum caſus.
gurgite cõtinuo abſorpti periere: vnus qui reliquus fuit Iacobus Gauianus
nomine non ſine ſpectantium ſtupore viuaci, præferocique ęquo adiutus
ad ripam incolumis adnatauit: circa alios pontes aliquandiu laboratum:
præſertim circa naualem ſic appellatum à proxima nauiũ ſtatione: ſed eo
iniectis repente facibus incenſo, ac expugnato, factus eſt Venetis in mediã
vrbem irrumpendi aditus: hæc Blundus: à quo Paſius parum diuerſus ait,
ex ipſis arcibus bipartito Venetos in ſubiectum hoſtem irruiſſe: Quẽ poſt
atrociſsimum pręlium fuſum, fugatumque ceſiſſe, atque eo congreſſu Ioan
nem Gonzagã grauiter vulneratũ: nec multo poſt ex accepto vulnere in-
terijſſe: hic tamen (vt Blundus ait) circa fęlicianam arcem ante Sforciæ ad-
uentum

ucatum fortiter pugnans tragula ictus occubuit,cæterũ Piccininus,& Gõzaga,quum per multam noctem ſtructa acie armati ante prætorium ſtetiſſent:audita ſecunda Sforcianorum fortuna:qui adiuuantibus Veronenſibus in vrbem iam irrupiſſent,ſe in ciuitatulam trepide receperunt,inde totam illam noctem inſomnem agentes ante lucem Verona digreſsi quam quatriduo tenuerant:citato agmine vigaſium abiere tum Troilus,& Ciarpellio,vbi hoſtes receſiſſe cognitum eſt:ad inſequendum eos profecti extremum abeuntium agmen multa cæde, vulneribuſque fatigarunt: Mantuanorum quoque agreſtium vis ingens in vrbe capta eſt: obtruncatique eorum plurimi,expulſis,eiectiſque Verona intra quatriduum quam occupata fuit,hoſtibus,vbi primum illuxit:in publicum ciues omnes ſe lætabundi proripuere:ac Sforciæ,& Marcello circũfuſi victoriam,fęlicemque ſucceſſum congratulati ſunt:ſuæ vrbis liberatores,patriæque parentes eos appellantes:orarunt que,ne cui ciuium fraudi eſſet,quòd vrbs per eos dies in hoſtium poteſtatem veniſſet:quę furtim ab ijs occupata ciuitatem omnino innoxiam,inſontemque argueret:quin etiam vbi hoſtes in vrbe adeſſe. conclamatum fuerit:in publicum cum armis procurſum: itumque ferociter in eos,verum cędentibus magiſtratibus,præſenti,& ipſi fortunę ceſſerũt ne maior aliqua clades vrbem deformaret:nuper vero conſpectis Venetorum ſignis ſtatim omnium fauore ea excepta ſunt:fęliciſsimũque hunc diẽ ſemper habituri eſſent,quo inuiſo hoſte eiecto in Venetam rediſſent fidẽ: laudati ab Imperatore,& à legatis Veronenſes, tanquam probi, & fideles ſocij,iuſsique ſunt:bono animo eſſe:ac meliora ſperare:ſcire ſe certo, culpam à publico,priuatoque conſilio ciuitatis abeſſe:fortunamq́; potius accuſandam:ac varios,incertoſque belli caſus: ſatisq́; cognitam, probatáq́; Veneto Senatui Veronẽſium fidem:nulla indigere facti excuſatione: poſt hęc ferunt Maggium pene pręcipitem in iudicium ad Sforciam, & Marcellum tractum:accuſatumque,quòd is cum hoſte conſenſiſſet:verum ille ita conſtanter cauſam ſuam egit:vt non modo,quę obiecta falſo eſſent:diluerit:ſed culpam etiam à ſe,& alijs conciuibus ſuis, qui accuſabantur. longe abeſſe facunde,vereque probauerit:quare ex Sforcię,legatorumque ſentẽtia,omniumque conſenſu abſolutus,& tanquã de Veneto Imperio benemeritus,in gratiam benigne admittitur:nec id prętermittendum: Dederat ſtatim ex cluſino ſaltu litteras ad Senatum Sforcia de Veronę amiſſę caſu, dolenſque ſignificabat:eo ſe animo in hoſtem properare:vt vel intra paucos dies nobiliſsimam vrbem Veneto Imperio armis reciperet:aut ſe cum reliquo exercitu ad internitionem perditum iret:breui itaque futurum: vt alterũ omnino Patres audirent:interim felix à dijs immortalibus expoſtularetur ſucceſſus:ſtabat itaque inter ſpem,& metum dubia, męſtaque ciuitas:in curia Senatus,in foro populus aſsidue erat,domique Senes, & Matronę ſollicitis,ęgriſque animis pendebant: quum repente publicę litterę ab

Verona recipitur.

Maggius abſoluit.

No. Sforcię litteras ad Senatum.

ab Imperatore, legatiſque aduenere:ęgreque tabellarius curiam aſcendere potuit: turba eum populi,nobiliumque tenente:ſciſcitanteque curioſe fęlicis rei euentum:litteris tandem recitatis cognitum eſt: Veronam deorũ benignitate eiectis hoſtibus receptam fuiſſe:ſaluoque Imperatore, & incolumi exercitu proſpera omnia eueniſſe:tantam ferunt lętitiam ad eum nũcium ſubito ortã:vt prę nimio gaudio Princeps,Patreſque lachrymas cõtinere non potuerint:concurſumque ingentem in forum à populi multitudine factum aiunt:congratulationeſque plures habitas:dijs quoque honor redditus eſt,ſupplicatio enim in triduum decreta:& circa templa præces, gratiæque Deo Optimo Maximo religioſe,pieque actæ:tabellarij ad hæc præmia,& munera magna,amplaque accepere:auditi & Veronenſium legati:qui non multo poſt magno comitatu affuerunt:expoſitus eſt ab his in curia miſerabilis vrbis ſuæ caſus.In quo nulla ciuitatis culpa argui poſſe dicebatur,quum omni tempore Venetum nomẽ ſanctum,venerabile,ac ſecundum poſt Deos in terris Veronenſes coluerint:veniſſe itaque,vt & publicam,& priuatam fidem,patribus coram probarent:inde vt totius ciuitatis nomine præſentem eis de recepta fideliſſima vrbe victoriam gratularẽtur,benigne Legati accepti,reſponſumque:Veronenſium fidem ſatis ampla habere documenta ſinceritatis,affectuſque in Remp.atque ob id ſemper optatum:vt fideliſſima ciuitas incolumis,ſaluaque perpetuo maneret: ac tum maxime Patres lætari:quod ita acciderit:vt ſine aliqua maiore clade quattuor dierum ſpacio ab aliena poteſtate eriperetur: nunc eam vrbẽ in fidem priſtinam receptam Principem,Senatumque tanquam dilectiſſimam filiam pietatis gremio benigne complecti:atque cum his Legati dimiſſi:laudata eſt poſtea publicis litteris Sforciæ Imperatoris virtus,Mellitæ ſtrennuitas, Marcellique,& aliorũ induſtria,qui opportuno, maturoq; acceſſu res perditas ſeruaſſent:ac vix bene viſo hoſte memorabili facinore viciſſent:maximis deinde muneribus omnes (parta tã inſigni victoria) donati ſunt.

Att. publica lętitiã.

Veronẽſes legati.

FINIS.

PETRI IVSTINIANI
RERVM VENETARVM
HISTORIA.

LIBER OCTAVVS.

POſt Veronam receptam,eamq́ue validiori præſidio firmatam Sforcia quia iam hyems aderat : in hyberna conceſsit: ex quibus eum ante tempus diſcedere Brixię periculum impulit : nam vrbs ad tantam rerũ omniũ inopiam peruenerat: vt iam à nullo obſcęno cibo abſtineret: per eos quoque dies quibus Verona in hoſtiũ poteſtatem redacta fuerat:rerum deſperatione iam ciues cœperant: publice agere: de deditione facienda: quæ omnino ob aduerſam Imperij fortunam ſecuta eſſet:niſi Barbarus opportune in cõcionem veniens blanda oratione proſtratos ciuium animos erexiſſet : quo factum eſt: vt paulo ante Kalendas Ianuarij Sforcia ex Hybernis egreſſus ad turbãda hoſtium conſilia Thenium denuo aggredi ſtatuit. In Arcuanam igitur planiciem primũ delatus per aliquot dies ibi caſtra habuit:ſed frigoris magnitudine,quo multi abſumpti dicuntur, ab expeditione receſsit : Mellita quoque ob Aeris intemperiem, & hyemis inclementiam pene exanimis redditus Veronam ad curandam valitudinem ſecundo Atheſi eſt delatus : interea Ciarpellionis,& Troili induſtria aliquam tritici copiam Brixienſes per montes tranſmiſſam accepere:quo aliquantulum ciuitatis fames leuata:& quum poſtea hoſtes attentiſsima cura proſpicerent, ne quid commeatus alicunde illis importaretur:Sforciani ante lucano incurſu ad Guſſa cum in eos illati præter multorum cædem trecentos illis equites ademerũt ceſſatum eſt deinde paululum ab armis:ob immenſa frigora: verno autem tempore dum Piccininus Pado copias traieciſſet:Sforcia eius motus ſuſpectos habens Venetias ſe contulit.Patrumq́ue auxilia implorauit: vehemẽter enim verebatur.ne ſubita vi aliqua Picennum agrũ omni præſidio nudatum hoſtes noua conſpiratione inita inuaderent: percrebuerat ſiquidem illis diebus rumor.Ioannem Vitellenſem nobili Cornetano oppido familia ortum qui Eugenij Pontificis copijs præerat:cum Philippo clandeſtine fœdus percuſiſſe:atque inter ſe comparaſſe : vt vno, eodemq́ue tẽpore ipſe in Picennum agrum ad res Sforciæ infeſtandas copias duceret: Piccininus vero traiecto Pado Philippi iuſſu Hetruriam inuaderet:quo motu ad Põtificem Veneti(Sforcia petente)miſſerũt:qui cum illo egere: vt infida Vitellij arma reprimeret:ne Picennum bello agitaret:turbaretq́ue nouis motibus prouinciæ illius ſtatũ:multi interim, varijq́ue hinc, inde fuere armo-

No. Famē in Brixia.

rum

rum conatus,& in Flamminia,& in Hetruria, quos Sigiſmundus Ariminē- ſium Princeps cum peditibus mille à Veneto,totidēq; Thuſco acceptis for titer ſuſtinuit: Et poſt multa belli facinora ędita(vt ſunt variæ,mutabileſq; hominum voluntates) ipſe cum Malateſta fratre ad hoſtē ſubito defecit. poſtmodum Piccininus Appennino ſuperato in Hetruriam deſcendit: Bel loq; acerrimo Florentinos aggredi videbatur: At Pontifex Vitellenſis fidē ſuſpectam habens hominē comprehendi iuſsit. Quem Ant. Ridus Adrianę molis pręfectus captum diu ſub cuſtodia tenuit: In eius locum Ludouicus Aquileienſis Antiſtes à Pontifice eſt ſuffectus: Florentini vero arma parantes Paulum Vrſinum, & Michaelem Attendulum ad ſua ſtipēdia accerſſunt: copiaſq; tota Italia contrahunt: vt Piccinino reſiſterent, qui paucis ante diebus ad Primolcorium nō mediocri clade à Nicolao Piſano affectus fuerat: haud tamen ille(vt natura ferox erat)animū remiſit: Sed paulopoſt ſuperata Alpium aſperitate ad Policianum cum iuſto exercitu cōſedit: cuius inopinato aduentu terror ingens Florentinis iniectus eſt: timere omnes, dolere, conqueri, & quum nulla pręſidia adeſſent: Nocturnæ per vrbem vigiliæ, & circa mœnia, & portas ſtationes diſpoſitæ: aduētu tamen Troili cum ſelecta Sforcianorum cohorte perculſa metu ciuitas nō parum reſpirauit: Cæterū hoſte ad Politianū ſedēte Venetus, Florētinuſq; Sforciā pariter euocabāt: In diuerſumq; illius animus trahebatur: quū vterq; populus belli curis agitatus inuictiſsimum ducē in ſuas partes pellicere magnopere ſtuderet: Politiano interea capto. Picenninus in Caſſentinates trāſijt. omniaq; ibi populatione, & terroribus complens fędam cladem regioni intulit: acceſsit & aliud incommodum. Nam Borſius Eſtenſis Florētinorum ſocietate relicta cum ſuo equitatu ad Philippum ex ipſo itinere trāſfugit: Nec Piccinini res per id tēpus tam ſecundę erant: quàm ab initio fuiſſe videbantur: qui lōgā morā circa Senenſem, Arretinūq; agrū trahens arridentis fortunæ tādiu curſum retardauit, donec Eugenianę copię aduenere: Acceſſerunt quoq; Troilus, & Vrſinus: cū militū robore, vt Florentinę rei opē ferrēt: quo belli apparatu ille territus ad Apēnini radices ſe trepide recepit: At Sforcia audito rerū Hetruſcarū ſucceſſu, quia non erat: cur amplius magnopere Picennini ferocem incurſum timeret: cū florentiſsimis copijs per medios hoſtes ſtatuit Brixiā in ſummam neceſsitatē adductā ſubſidio, & commeatu leuare: Nuper autem in Benaco res proſpere à Veneta claſſe duce Stephano Contareno aduerſus hoſtes geſta erat: is enim vt lacum apertum redderet: quo Brixia ſuccurri poſſet: confligere cum hoſtili claſſe ſtatuit: itaq; cū quattuor triremibus(quidā ſex fuiſſe dicunt)& duodecim alijs minoribus nauigijs optime inſtructis: è Brandollino portu egreſſus in hoſtem fiduciæ plenus vadit: Ille autē nauiū numero ſuperior. quibus Blaſius Aſaretus Genuenſis vir maritimarū rerū gloria clarus pręerat. Ex Piſcheria Venetū ferociter excepit: Philippēſis claſsis Italū Foroiulianum, militeſq;

Sigiſmundus Malateſta.

Lu. Aquileienſis.

Florentinorum pauor.

Borſii defectio.

Ii complures

cõplures habebat: Petrũ Brunorium Veneta, pugnaq́; inter ponalis oſtiũ,
& Ripã cõmiſſa dicitur: magniſq́; vtrinq; animis eſt concurſum. et Cõtare
nus nauali aſtu hoſtem ſuperaturus ab ea parte eũ inuaſit, qua Benacum cõ
trario inimicę claſſi vẽto agi cõſpexit: Et quũ Veneta vna triremis primo
cõgreſſu ante alias lõgius proceſſiſſet, parũ abfuit, quin in Philippẽſiũ po-
Prælũ in Benaco. teſtatẽ venerit: Animaduerſo autẽ illius periculo Cõtarenus pręſto affuit,
eaq́; hoſtiũ manibus erepta cruẽtũ oritur pręliũ: harpagonibusq́; & ferreis
manicis iniectis, res cõminus geſta: multiq́; vtrinq; vario mortis genere ca
debãt, violẽti ad hęc tormẽtorum ictus, terribileſq́; pugnãtiũ clamores to-
to lacu paſſim reſonabãt: qui proximis mõtibus inſinuati grauiſſimorũ to
nitruũ imitabãtur ſpeciẽ, mixtiq́; venti, diſſonęq́; voces, & moriẽtium ge-
mitus vno tẽpore exaudiebãtur: medio autẽ pugnę ardore memorabile il-
lud in primis accidit: funẽ aiunt inter duas dimicãtes triremęs extẽſũ fuiſſe:
Not. caſũ. Vnde caſu quinquaginta vno tẽpore ex Philippẽſi claſſę viri ne aquis de-
mergerẽtur, iniectis manibus funẽ tenaciter circumplexi pẽdebãt, atq́; ita
innixi, ſub pedibus fluctuãtẽ aquã inter ſpẽ, & metũ cõſtituti horrebãt: ve-
rum à noſtris funiculo reciſo, omnes in profundiſſimum lacũ ſubito prola
pſi miſerabiliter ad vnũ periere: Et iã res Veneta poſt atrox, lõgumq́; certa
mẽ eximia bellatorum indolę ſuperior eſſe cęperat: quũ Aſaretus, Italuſq́;
Claſſis hoſtium profligata. hoſtium duces in paruum trãſgreſſi nauigiũ profugere: tũ fortuna aperte in
clinãte ſuperatur Philippica claſſis: duabuſq́; tantum ex eius numero dila-
pſis, reliquas hoſtium naues Contarenus in ſuam poteſtatẽ redegit: quę in-
genti lętitia Turbulas pertractæ ſunt: tantæq́; victorię fama Brixiam perla-
ta affectæ ciuitatis animos plurimũ recreauit, nec imerito apparebat enim
expulſo ė lacus poſſeſſione hoſte, nihil amplius impedimento futurũ, quo
minus commeatus tuto in vrbem importarentur: Decernitur itaq́; Lega-
tio, quæ Venetias iret, coramq́ue fœlicem naualis pugnæ ſucceſſum patri-
bus gratularetur: Venereq́; Legati, quorũ Princeps Petrus Aduogarus fuit,
oblatũq́; eſt in curia vexillum publico nomine ſic inſcriptum. Brixia Ma-
Legatio ad Senatum. gnipotens cæteris vrbibus fidei præbuit exemplum: Quod poſtea in aure-
am Diui Marci Aedem Legati intulere: vbi hodie quoque ſuſpenſum viſi
tur: Et Contarenus Benaci victoria clarus poſt pugnam haud diu in ocio
deſedit. cuius Galea nauali illo prælio, lapidibus, aliiſq́ue violentis ictibus
ita contuſa fuiſſe dicitur: vt aliquandiu ė capite niſi fruſtatim eximi nequi
uerit: is itaque cum Petro Brunorio ex Turbulis digreſſus terra, & aquis Ri
pam adortus eſt: ac pertinacius, diuq́ue oppidum defenſum. tandem vi cę-
pit: cæſique in prima irruptione plurimi, domus direptæ, abducti pueri,
virgines conſtupratæ, itumq́ue in omnem penè iniuriam: quia ſupra cæ-
teros mortales crediti ſunt Ripenſes, habuiſſe Venetum nomen inuiſum:
Garda quoque à Contareno expugnata diripitur, inde Bardollinum, Lagi
Venetorũ ſucceſſus. ſium, & alia multa loca lacui adiacentia armis recepta. Dum autem hæc
terra,

terra, aquiſque in Benaci ora geruntur. Iam Sforcia ad Minerbium caſtra admouerat: deliberabundusq; aliquandiu ibi ſubſtitit: debere ne Mincium tranſmittere: nam audierat Borſiũ Eſtenſem, ad hoſtes defeciſſe: & in Brixienſi adhuc ingentem armatorum vim adeſſe. Gonzagam pręterea hoſtẽ acerrimum ad Marmirolũ paratas copias habere: vt à frõte, à tergo, à latere Venetus circumuentus opprimeretur: ſed cura imprimis alendi exercitus ſi per hoſtium fines tranſiret: Sforciæ animum verſabat: nam ſupra viginti hominum millia in Venetis caſtris erant: nequid igitur prudens Imperator temere feciſſe videretur: rem ad conſilium detulit: in quo Legati, & reliqui ductores aderant: eoſque identidem monuiſſe dicitur: vt in hac expeditione ſuas explicarent ſententias: quando flumine ſuperato per tot infeſta itinera armatis infeſſa hoſtibus Brixiam perueniendum eſſet: ne ſiquid (quod nollet) aduerſi accideret: ab euentu rem iudicarent: tum cæteris tacentibus, Paſchalis Maripetrus Legatorum vnus ad Sforciam conuerſus: Paſ.Maripetri Leg. verba.

Non eſt meum, inquit, fortiſsime Imperator, nec cuiuſquàm eorum, qui tua ſequuntur ſigna, vllas tibi belli leges præſcribere: ſed te, qui militare tenes in his caſtris Imperium, quique bellicam diſciplinam longa experientia calles, proſpicere oportet: quid opus ſit facto, ac quum ſtatueris, mature (vt facis) imperare: Nos vero qui tuis militamus auſpicijs, tua quoq; ſequi conſilia prõpto obſequio parati ſumus: Sed Petrus Aduogarus omnẽ Sforcię dubitationem ademit: qui vehemẽti eũ oratione perpulit: vt nulla mora Mincium traijceret: docuit enim in quo ſtatu Brixiẽſis res eſſet: quę niſi quàm primũ ſubueniret ĩ: fore, quod nollet, vt fideliſsimã ciuitatẽ fame ad deditionem coactam Veneti cito amitterent: nec cõmeatus quiſq; indigẽtiã timeret: quando iam Segetes fœlici cęli temperie in agris vndiq; ad maturitatem flaueſcere cœpiſſent: pro ſe autem ipſi Sforciæ deſpondebat: tantum adhuc ſibi ex latifundijs, prædijs, priuatiſq; fortunis ſupereſſe, vt per decem dies totum illum poſſet depaſcere exercitum: Ad has magnanimi viri voces Sforcia permotus, conſiliumq; eius ſequutus, ponte confeſtim fabricato haud procul à Mõzabano copias omnes Mincio traiecit: oppidũq; illud ſubita oppugnatione adortus ſubegit, ac diripuit: Inde ad Riuoltellã ſigna admota. hic quoq; locus deditione ab oppidanis facta capitur. ad Cleſiumq; amnẽ progreſſus: decem paſſuum millia à Brixia cum toto exercitu conſedit: Eò autem Barbarus, & primores vrbis ad Sforciã ſalutandũ venere; vnaq; de ratione belli collocuti ex Rep. fore cẽſuere, vt Salodium terra, aquiſq; expugnaretur. Contarenus itaque claſſe ad oppidum admota. rem egregie nauali marte geſsit; Inde Petrus Brunorius, & Scariotus Fauentinus cũ duabus cohortibus miſsi terreſtres auxere vires; Nec multopoſt oppidũ oppugnatur; quo ſubacto; Caluiſani, Balneolani, & Calcinarij, ſedẽte adhuc ad Cleſium Sforcia, deditionẽ per Legatos fecerunt; Ad hũc ſucceſſũ Venetus Imperator mutato cõſilio, relicta Brixia ĩ hoſtes ire conſtituit.

Pet.Aduogarus.

No.Aduogari pollicitum.

Salodium receptum.

Quod ipſum vt faceret. Barbarus, quem virum admirabundus Sforcia
ob eius ſapientiam vnice colebat: vehementer hortatus eſt: affirmabat
enim ſatius fore, inchoatam proſequi victoriam, quàm in præſentia Bri-
xiam ire: quæ ſatis, & proſperis rebus nuper geſtis, & aduentus eius fama
tuta videbatur: in hoſtem igitur, continuo motis caſtris ad Balneolum
Sforcia progreſſus eſt: Inde ad Manerbium, vbi Philippenſes cum inſtru-
ctiſsimis copijs aderant: ſed à Gotholengo, & alijs vicinis locis Legati Ve-
Nob. Brixi. iuuenū militiam. neto occurrerunt: pacem orantes: ac poſtridie ad mille lecti iuuenes ex Bri
xia ad Sforciam in caſtra venere: vt inuictiſsimum Ducē venerabundi ſa-
lutarent: cui iuſto, veterique in Philippum odio gratuitam obtulere mili-
tiam: eos autem Sforcia benigne complexus in caſtra libentiſsime admiſit
quorum poſtea fideli, fortique opera in bello vſus eſt: Interim hoſtium
Philippi duces. duces Ludouicus Seuerinas, Italus Foroiulianus, & Aloyſius Vermius, in-
ter Soncinum, & nouos Vrceos poſiti munitiſsimo loco copias tenebāt:
In quos Sforcia ſubito mouens impetum fecit. Equitatuque à fronte im-
miſſo, inde ad dextram, læuamque pedite adiecto. Sagittis, alijſque belli-
cis machinis hoſtium caſtra inceſſere cœpit: moxque ijs circa Olium flu-
men fugæ ſimulatione pertractis, ingens prælium vtrinq; accenditur. Sfor
cia ſuos circuire hinc, inde equo vectus aduolabat: ſiquem minus forti-
ter pugnantem vidiſſet: increpans minabatur: ipſe interdum prælium cie-
re, vrgere, hortari, hoſtes, & ipſi rem impigre gerere, ac diu, multumque
locum armis retinere conati ſunt: ſed facta Sforciæ iuſſu à Ciarpellone tri-
buno fortiſsimo, cum veteranorum cohorte per ſublicium pontem Olio
impoſitum eruptione, ſubito incurſu turbatis ordinibus, hoſtium acies ceſ-
Hoſtium clades. ſit: reſque iā ſemel inclinata nullo modo amplius ſiſti potuit: mille partim
cęſi partim vulnerati fuerunt. Duoq; ad hęc (vt Paſius ait) equitū millia, ac
totidē peditū capta: alij numerū ad dimidiū extenuant: fuga hoſtiū ducto-
res dilapſi, ac reliquię exercitus diſsipatę Cremam abiere: Soncinumque
ſtatim poſt pugnam voluntaria deditione receptum: quidam Sforcianos
fugientium agmini immixtos in oppidum irrupiſſe ferunt: eodēq; die Bor
ſius Eſtēſis, qui cū mille, & quingentis equitibus ad Ienepaltā vicum conſe
derat: vt Philippi partibus faueret: fuſus fugatuſq; à ſuperueniente Veneto
impedimētis omnibus, ac tertia parte equitū exuitur: Ita Philippi rebus du
plici clade accíſis Vrceani Imperium recepere: poſt quos Camonicę val-
lis incolæ præter oppida, Caſtella, vicos, arces, Brixienſis, Bergomēſiſq;
agri, vltro Venetam fidem ſequuti ſunt: Annona ad hæc. quæ tanti inua-
luerat. mirum in modum Brixiæ adeo relaxata: vt decuplo minoris triticū,
omniaq; frugum, ac obſoniorū genera, quàm paucis ante diebus paſsim ve
Legatio ad Sforciam. nierint: Bergomū quoq; eiuſdē fęlicitatis particeps fuit: Et vtraque ciuitas
Legatos ad Sforciam in caſtra miſit: qui publico nomine victoriā primo
gratulati ingentes ei gratias egere: ꝙ eximia, excellentique eius virtute triē
nali

nali grauiſsima obſidione tandem liberati eſſent:ac tum, quum deſperatis rebus infeſtiſsimo hoſti cædere cogerentur: matura ope Veneto ſeruati eſſent Imperio: nullo itaque vnquam tempore obliuioni daturos Sforciæ nomen: à quo fortunas ſuas vterque populus ſaluas haberet: ac per eum è fame,& ſeruitute erepti priſtino fęliciter vrbis ſtatu fruerentur: benigne auditi,& dimiſsi ſunt Legati: Mox Sforcia olio ſuperato miro victorię curſu Caſale maius,Brugnanum,Triuillium,& Riuoltam, abduanę Glareę oppida recepit.Quibus geſtis,non mediocriter in Mediolanēſibus, ab hoſtibus eſt trepidatum,fugaque paſsim ex agris in oppida facta:ac pauidi omnes cum vxoribus,& liberis viri, fœmineque tutos quærebant receſſus:pecoraque ſimul cum agreſti ſupellectile ad latebras trahebantur: hoc tanto motu turbatus Philippus vires vndique ſtatim contrahit:ac abduæ ripam nouis aggeribus,crebriſque firmat præſidijs:Piccininum ad hæc ex Hetruria litteris,nuncijſque in Galliam reuocat:interim Sforcia Carrauagium munitiſsimum oppidum adortus multis,varijſque armorum conatibus fatigare non deſtitit: hic autem dum Leo Sforciæ frater circa męnia fortiter pugnat:tormēto ictus occubuit:quare domeſtico dolore affectus longe infeſtius,quàm antea Sforcia oppidum aggreſſus illud intra paucos dies ad deditionem compulit: at Piccininus antequàm ex Hetruria decederet:cum Pontificio,Thuſcoque exercitu confligere ſtatuit: ad Anglare igitur oppidum,quod eſt ad Apennini radices,quadrato agmine peruenit: ibique Eugenianæ,& Hetruſcæ copiæ conſederant: ſub ducibus Ludouico Aquileienſi Antiſtite,& Paulo Vrſino,quorum iuſſu aliquot cohortes in ædito colle ad Anglare conſtiterant:pugnaque circa pontem ſupra proximum torrentem poſitum primo cōſerta eſt:ſed facta à Piccinini filio poſt atrocem vtrinque acierum conflictū fortius impreſsione,Hetruſcus ęques vltra pontem repellitur: ibique Nicolaus Piſanus vir acer interceptus in hoſtium poteſtatem venit:anceps tamen adhuc prælium vtrinque erat:ac Piccininus aduerſam Phalangem loco ſummouere conabatur, illa autem Vrſini,aliorumque ducum virtute immota ſtetit: illatiſque iterum maiori impetu ſignis Eugeniani, Thuſcique fortiter hoſtem ſuſtinuere: quum ex ædito colle ſubita equitum impreſsio facta Philippenſium aciem primo turbauit:mox & in fugam vertit,repararque eam Piccininus ſæpe conatus eſt: ſed fruſtra id tentatum:quum fortuna,& virtute ſuperior Florētinus,& Eugenianus miles in hoſtem acerrime pugnaret:qui tandem victus ceſsit:contrucidatique multi,ac vulnerati fuere:captuſque Aſtur fauentinus cum duo de triginta turmarum ductoribus, ac præter hos ad mille, & octingenti eximię virtutis ęquites in victoris poteſtatem venere: relatoq; captiuorum numero,Piccininum qui poſt pugnam Burgum ſe trepide receperat. dixiſſe ferunt:actum de Philippi Principatu,ſi hoſtis florem Italicę militię captum apud ſe retineret:lagiſianus ſcriptor ait.prę nimio dolore cladis

Hoſtiū trepidatio.

Carrauagiū capit.

Piccinini clades.

re cladis acceptę bis ſe gladio transfigere voluiſſe:manuſque ſibi vir ferox omnino violentas inieciſſet:niſi Iacobus filius hortando, conſolandoque Patri die,noctuque mira pietate affuiſſet:dum hęc circa Apenninum gerũtur.Sforcia in ipſo Martis theatro Gallia Caſali,& Carrauagio receptis,nõ multo poſt in Mãtuanum Principem iuſſu Senatus mouit: quem iuſta ira
Not. oppida Gõr ę adepta. intentatę antea proditionis ſtimulabat:admotisque ſtatim copijs Aſulam, Lunatum,Canedum,& Marchariam,Gonzagę ademit:Monclarẽſes quoque,Capriani,& Volterini ſubacti:inde ad Piſcheriam terra, aquiſque ca-
Piſcheriæ ſitus. ſtra admota: Eſt autẽ id oppidũ operę,munitione,& amęnitate cõſpicuũ: ad Mintij caput ſedet.Inter duas nobiliſsimas vrbes Mantuã,& Veronam, & ad meridiem continenti iungitur:ad occidentem Benaco:ad ſeptẽtrionem Mincio:arxque nobiliſsima Orientem ſpectat:ponſque ibi lateritius quattuordecim fornicibus fluuiũ amplectitur: munierat itaque Gonzaga validiſsimo quingentorum militum præſidio oppidum:quod bellicis cinctum operibus Sforcia terra, Cõtarenus aquis ferociter aggreſsi ſunt:in ca-
Nic.Eſtenſis. ſtra autem Nicolaus Eſtenſis ſub publica fide veniens cum Sforcia, & Maripetro de pace Philippi nomine egit:quam aiebat.Venetos rerum humanarum inſtabilitatis memores repudiare non debere:eiuſque ſe authorem, arbitrumque libenter futurum pro Italiæ trãquillitate eſt pollicitus : curaturum ad hæc,vt Philippus Blancham filiam Sforciæ coniugem daret:eãq; in caſtra vſque,aut quò ille voluiſſet,cum nuptiali apparatu mitteret: ad ea Sforcia reſpondens Venetum,ſeque ocij,& quietis percupidos à pace minime abhorrere dixit. Blanchæque optatum ſe amplecti connubium, modo Philippo qui toties ſententiam mutarat, idem nunc placeret:cũ his Eſtẽſis dimiſſus Mediolanum recta profectus eſt:interim Piſcheriam Veneti magna vi oppugnabant: quam intra quatriduum terra,aquisq; grauiter preſſam hoſtis amiſit: circa arcem aliquandiu eſt laboratum:militibus qui in-
No.Bõb ardæ ictum. tus erant,acerrime reſiſtentibus : & Bombarda ingens è Contarena claſſe arcis męnibus admota miræ craſsitudinis murum diſiecit:tantoque impetu è machina trecentorum pondo lapis excuſſus ſtrępitũ ædidit: vt ad quingentos,& amplius paſſus naues quæ procul in anchoris ſtabant: eius motu fluctuantibus aquis inter ſe colliderentur:turri poſtea quæ iuxta arcẽ erat: ad decimum Bombardæ ictum procumbẽte:deiecti ſunt militum animi:
Piſcheria capitur. qui ſtatim deditionem fecerunt:Piſcheria recepta haud cunctandũ Sforcia ratus.Mincium traiecit:ac villã Francham, Vigaſium, Vallegium, Mantuani agri oppida hoſti ademit:& Eſtenſis cum Philippo de pace Mediolani locutus Blancham ſecundo Pado vectam Mantuam duxit: quo facto non parum Venetorum animi turbati ſunt:ſuſpicantium.ne quid doli harum nuptiarum lenocinio aduerſus Remp.lateret:verum requiſitus ille vt in Marmariolanam Mantuani agri villam ſe conferret: tum Maripetro legato audiente, reſpõdit,neque ad hoſtium loca iniuſſu Patrum ſe iturum:

neque

neque illi ſi ſapiant, permitteret: quod Sforcię reſponſum ad Senatum per-
latum effecit: vt de eius fide nihil prorſus ambigeretur. Puella autē ex Man
tua Ferrariam Pado aduecta eſt: & Piccininus ſecūdum cladem ad angla-
re acceptam in Flamminiam cum paucis tranſijt: cuius aduentu Forliuien-
ſes in fide retenti: nec multo poſt & Ludouicus Aquileienſis Patriarcha
cum Pontificio exercitu in eam prouinciam venit: collatiſque cum Iaco-
bo Antonio Marcello Legato Veneto caſtris: qui & ipſe ex Gallia in Flā-
miniam cum quinque equitum turmis magnis itineribus tranſierat: inito
conſilio Rauennam aggredi armis ſtatuit: eam autem vrbem Oſtaſius Pol
lentanus Princeps Veneti nominis ſtudioſiſsimus regebat: is Marcelli fide
implorata cum intra mœnia accepit: Ludouicuſque excluditur: ita Veneti
Rauennam clariſsimam vrbem Imperio ſuo adiecere: Oſtaſiuſque cū cō-
iuge, & liberis Venetias abijt: quidam inuito eo, deditionem populum fe-
ciſſe tradunt. Idque à vero haud nimium diſcrepare videtur: quatenus non
multopoſt Oſtaſium cum filio in Cretam procul ab Italia Veneti relega-
runt: Iamque appetente hyeme Pontificiæ, & Venetæ copiæ belli cura in-
terpoſita in Hyberna conceſſerant: & Sforcia hoc tempore armorū minis
vacuo ad Principem, & Senatum ſalutādum Venetias cū paucis venit: qui
ſumma lętitia, maximoque honore à patribus, & vniuerſa ciuitate eſt acce
ptus: nam itum illi obuiam ab omnibus ordinibus, in curiamque aſcendens
ſuam in militari Imperio adminiſtrationem facunde expoſuit: quare ma-
gnificentiſsimis verbis à Principe laudatus gloriam eo die ingentem ade-
ptus eſt: nec multo poſt affuit Fr. Barbarus è Brixiæ præfectura poſt trien-
nium in patriam reuerſus: is quoque vertit in ſe omnium oculos, admiran-
tium, extollentiumque ſummam viri prudentiam, & inuictam animi for-
titudinem in ſeruanda Brixia: nec Petri Aduogari virtus, fideſque illaudata
extitit: qui ad complexus, & oſcula Principis admiſſus publico præconio
commendatus eſt: eandem Senatus Veneti benignitatem Petrus Ludro-
nius Paridis filius ſenſit: triniſque cum ædibus ampliſsimis ob recētem il-
luſtris genitoris memoriam Paduæ, Vincentiæ, & Veronæ donatum acce
pimus: Brixienſes & ipſi ob memorabilem eorum fidem perpetuā immu-
nitatem conſecuti ſunt: Molarumque vectigal (quod viginti millibus loca
ri conſueuerat) plębi remiſſum: ita gratiſsimis patrum animis Brixia digna,
amplaque tulit præmia: Piccininus interea armis ferociter in Cęnomanos
illatis: Brixienſem agrum ferro, ignique vaſtauit: ac poſtmodum mille, &
ducentis Sforcianorum ęquitibus ad clarium oppreſsis: omnem Brixienſis
agri Planiciem, oppidaque, præter vrceos ad deditionem compulit: acceſ-
ſit & ad præſentem cladem Ciarpellionis, duciſque Adnæ ſubita defectio:
qui cum non paruo ęquitatu ad Piccininum tranſiere: magnaque ad hos
motus, & rumores, qui falſo ab hoſtę diſsipati ſunt, de Sforcia in vinculis
patrum iuſſu Venetijs necato locorum defectio ſequuta: eaque mendacij
opportunitate

Rauennā Veneti occupant.

Sforcię ad Venetā vrbē acceſſus.

Fr. Barbarus.

Pet. Aduogarus.

Pet. Ludronii pmiā.

Senatus gratitudo in Brixienſes.

opportunitate Piccininus vſus proſpera ſibi cuncta reddidit: ſed Sforcia omiſsis rebus omnibus ad coarguendos rumores falſo de nece ſua vulgatos Brixiam aduolauit: confirmatisque ſua pręſentia populorũ animis hoſtium conſilia præuertit: nilque deinceps ob immenſa frigora & aduerſum anni tempus actum eſt, veris autem initio magnis conatibus bellum reparari vtrinque cęptum: copięque vndique largo ſtipendio contrahebantur: venitque cum duobus millibus armatorum Michael Attendulus in Veneta caſtra: vir bellicæ artis peritiſsimus. in Mellitæ locum à Patribus ſuffectus: qui ætate iam ingraueſcente exigua ſpe animam trahebat: copijs itaq; paratis Sforcia ex Hybernis in Piccininum mouit: is autem cum ſexdecim millibus peditum, ęquitumque, iam ad Seriole amnis ripam in Bergomẽſi agro conſederat, vbi aduerſæ acies in cõſpectu mutuo fuere: Sforcia prior pugnæ ſignum dedit: nec eam hoſte detractante, acre ſtatim prælium circa ripas conſeritur: quo caualcabos ex Veneta acie vir fortiſsimus occubuit: Troilusque Saucius è prælio exceſsit: fuiſſetque ille dies magna vtriusque exercitus cæde, & ſanguine nobilitatus: niſi nox ſuperueniens prælium diremiſſet: inde Sforcia olio ſuperato Martinẽgũ obſidione cinxit: caſtrisq; vallo, & foſſa egregie communitis, hoſtem tandiu bellicis operibus præmere conſtituit: donec vi, aut fame domitum ad deditionem cõpelleret. contra Piccininus oppidi tutandi cura ſuſcepta cum florẽtiſsimo exercitu mille paſſus à Venetis munitionibus conſedit: viresque circa Martinengũ maximę, validiſsimęque vtriusque populi aderant: nam Philippus (vt inuictq erat animo) ad partes ſuas firmandas, militem vndique conſcriptum in caſtra mittebat: ita vt ſupra viginti ſeptem armatorum millia præter aliam imbellem turbam Piccininus Philippi nomine in caſtris militantia haberet: Veneti quoque ad oſtentandam opum ſuarum potentiam validiſsimũ exercitum contraxere: nam triginta equitum, peditumque millia in eo ſub Sforciæ auſpicijs erant: ſegnius tamen res bellica vtrinque gerebatur: fueruntque ea tempeſtate qui ſuſpicarentur: conſpiratione inter Sforciam, & Piccininum occulte inita, ad Italiam inuadendam de induſtria bellum eos protrahere: quo metu Philippus repente ab armis ad pacem conuerſus ſtatuit Blancham filiam Sforciæ deſponſare: vt eo coniugio rebus ſuis conſuleret: occulte igitur à vicecomite Vrbanus Roſanus in Veneta caſtra ad Sforciam mittitur: alij Euſebium Caimum, & Guidobonum Derthonenſem miſſos aiunt: Caimum tamen fama tenet: rem cum Sforcia remotis arbitris tractaſſe: colloquiumque à ſecunda noctis vigilia vſque ad lucem protractum dicitur: mane vero Sforcia hilari vuultu in medium proceſsit: & in tabernaculum ingreditur: quò iam multi ex ductoribus officij gratia conuenerant: ad quos conuerſus ſubridens inquit Pacem nuncio vobis viri clariſsimi: bellumque, & arma pio fędere poſita: quietique, & ocio nunc ſtudendum: ea ſubita denũciatio omnes miro ſtupore defixit: admirabanturque

Mich. attẽdulus.

Prælium.

Not Philippi copias.

Not. Venetorũ exercitus.

turq́ue illi, quidnam eſſet. ꝙ tam inſperato ſine Senatus conſcn ſu Sforcia cum acerrimo hoſte pacem firmaſſet: peruaſitq́ue rumor ille confeſtim tota caſtra: publiceq́ue ab Imperatore edicitur: vt ab armis miles, & offenſa abſtineret: idem apud hoſtes factum eſt: iniurięq́ue inuicem edicto prohibitæ: vulgaturq́ue hic quidem res mira: Ferunt enim ſubitam inter milites congratulationem ortam: mutuosq́ue complexus tanta alacritate, & lætitia, vt ex binis caſtris vna facta eſſe viderentur: Duces quoque ipſi ſumma ſe ſe comitate exceperunt: Poſt hęc Sforcia Martinėgo deditione recepto, Venetias profectus eſt: vbi in curiam admiſſus: quidnam de pace cum Philippo egiſſet: Patribus expoſuit: Sūmiq; Dei benignitate ait factum eſſe. quòd validas Philippi vires ita ipſe acciſas reddiderit, ita pręferocem illius animum fœdis cladibus contuderit: vt proximis diebus pax ab eo tentata, per Legatos fœlicem apud ſe ſortita ſit exitum: quam inquit vobis Princeps illuſtriſsime, & Patres conſcripti ex caſtris affero: Hanc ſi ex veſtra dignitate ducitis, approbate (ſi placet) ſanctiſsimis veſtris decretis: ſi ea vero veſtri Imperij maieſtate indigna videtur, reijciatur, vt lubet, ego quidem armis iterum ſumptis ea fide, & conſtantia bellum adminiſtrabo, quod initio in ipſos hoſtes veſtros geſsi: Daboq́ue operam (modo fortuna adſit) vt ex ſententia bellum conficiatur: nunc veſter exercitus incolumis eſt: oppida, quæ amiſſeratis, recipimus: ſuntq́ue ea in veſtri Legati poteſtate: Et quod Venetam auget gloriam: pacem Philippum ſupplicitèr petentem audiſtis, qui tanto armorum ſtrepitu Italiam nuper agitabat: verum iubete, quicquid imperabitis, fido, promptoq́ue animo, vt obſequentiſsimum filium decet, exequi ad vnguem curabo: Grata fuit, tam popularis, blandaq́ue Sforciæ oratio, actæq́ue illi publico nomine à Principe gratiæ ingentes. Quòd grauiſsimum bellum Imperatorijs artibus fœliciter confeciſſet: pacemq́ue cum hoſte ſanxiſſet: quam patres vt ſpecioſam, ſalutarem, ac Veneto nomini honeſtiſsimam probabāt: iret igitur & quod Reipubli. eiq́ue bene verteret: Pacis conditiones, quas ipſe vellet, firmaret: vt optata quiete quandoq́ue Italia frueretur: certo Patres ſcire, quicquid ille ſtatueret: Veneto nomini, ac publicæ dignitati honorificum futurum: cum his Sforcia è curia digreſſus ingentem cœpit lætitiam, quòd Senatus pacem, quam ipſe cum hoſte ſanxerat, firmam, ratamq́ue habuiſſet: ſtatimq́ue in caſtra redijt. ac dimiſſo in Hyberna exercitu: Caprianam profectus eſt: vbi ex tota Italia Legati affuere: nam ab Eugenio Pontifice Ludouicus Patriarcha, à Venetis Franciſcus Barbadicus, & Paulus Tronus oratores venere: Nerius Capo, & Angelus Acciarolus Florentinam Legationem adminiſtrarunt, Philippi vero nomine Nicolaus Arcimboldus: & Franchinus Caſtellionenſis aderant: viri omnes doctrina, ſcientia, & rerum vſu longe clari: ſed priuſquàm Sforcia Caprianam proficiſceretur: Ad Blancham vxorem tribus millibus

Not. mutuum pacis conſenſum.

Sfor. verba ad patres.

Senatus reſponſum.

Legati principum.

equitum ſtipatus Cremonam ſe contulit: ibique puellam magna nuptiali pompa ſibi deſponſauit:receptaq́; vrbe cum arce dotis nomine: Inde poſt pauculos dies ad cognoſcēdas Legatorum cauſas Caprianam redijt:in qua cognitione multi ſunt conſumpti dies: nam Eugenij Legatus Bononiam Philippi armis occupatam, Apoſtolicæ reſtitui ſedi expoſcebat: ſimiliter & Rauennam:quam Veneti in ſuam redegerant poteſtatem: Hinc Philippi oratores magnis altercationibus Brixiam,& Bergomum vrbes nobiliſſimas repetebant:et Gonzagę nuncij Aſulam, Lunatum, Piſcheriam, Veneti cōtra Leniacū,& quę in Abduana terra,antea armis quęſiuiſſent: Demum Legatis pluries auditis,diſputationibuſq́; hinc inde diuerſis habitis. Sforcię

Att. Sforciæ declarationem. declaratio huiuſcemodi ſequuta eſt:vt Philippus Brixiam, & Bergomum vrbes iuſto bello partas cum ſuis finibus Veneto libere cęderet: qui Lunatum quoque, Aſulam,& Piſcheriam, munitiſsima oppida Gonzagæ adempta haberet:nec non Rauennam:Et in montanis Turbulas, Ripam,& Petretram,contra Romanengū cū omnibus Aduanę terrę oppidis Philippo Veneti redderent:Canedū aūt, & Marchariā Gōzagę:pro quibus Leniacū cū portu Venetis reſtitueret:declaratū quoq; eſt:vt poſt biēniū rediret Bononia ad Eugeniū:& ad Florētinos quędā oppida in Hetruria Philippi armis occupata.Genuenſes ad hęc liberi iuris eſſent:& in antiquū ſtatum ſub certis cōditionibus reſtituti:poſtremo Cremona cū ſuis finibus Blāchę coniugis dotalis haberetur:Hāc Sforcię declarationē oēs miro aſſenſu approbarunt:pręter Eugenij Pōtificis legatū;qui quū parū Apoſtolicę ſedi cōſultum

Pax. exiſtimaſſet:Romā iratus abijt:Pace poſt annū quartū ex quo nouiſſime bellari cęptū erat, inita;ſupplicationes triū dierū decernūtur: ad gratias Deo Optimo Maximo pie agendas:ꝙ periculoſiſsimo bello cōfecto lōge lateq; protēſi eſſent Imperij fines;Poſtea ſecundū proſperos Reip. ſucceſſus:Sforcia cum Blācha coniuge maximo virorum,matronarumq́; comita

Sforciæ,& Blāchę ad v. Vrb. acceſſus. tu Venetias venit:cui obuiā Princeps,Patreſq́;frequētes progreſſi magnos honores exhibuere:Atq́; eadem die Duciſſa cum ſelectis matronis egregio ornatu cultis Bucētauro Blāchā excepit:quę cum viro apud Bernardos ſplēdidiſsimo ędiū hoſpicio deſcēdit: publicāq́; vtriq; muneribus, atq́; honoribus cōdecorati benignitatē ſenſere:demū ex vrbe in Picenū abeuntes,Princeps.Senatuſq́; officij gratia Methamaucum vſq; proſequuti ſunt:Paccato

And. Dandu. Legatio. autē Italię ſtatu And.Dādulum patres ad Babilonum regē miſſere:ad purgāda ea, quę tyrāni animum vehemēter lęſiſſe dicebātur:nam rumor erat: infinitam Maurorum multitudinem Venetis nauibus ex Aegypto ad Occidentem Solem deuectam:ibiq́; complures partim necatos,partim ſeruiliter diuenditos, vt rei igitur veram ſeriem Barbarus intelligeret:Oratorem ad eum mittendum Senatus cenſuit; qui calumnia diſcuſſa obiecta dilueret: atque ita Carrhas Dandulus profectus, publico nomine regi ſatisfecit: fœduſq́ue cum eo renouauit: Ac ſub id tempus Mellita

vir

vir armorũ gloria clarus,& de Veneto Imperio ob res pręclare geſta opti-
me meritus vita deceſsit: cui equeſtris ſtatua Paduę Senatus decreto ad An
tonij fanũ erecta eſt: Treſq; hoc anno Procuratores aliorum numero noua
lege additi, primiſq; comitijs Aloyſius Lauredanus vir conſilio, authorita
te, prudentia, in Repub. ampliſsimus eſt creatus: Secundis Paulus Tronus
Senator æque illuſtris. Nouiſsimis autem Franciſcus Barbadicus: qui co-
gnominabatur Diues: atque ita nouem Procuratores ab eo die creari cœ-
perunt, quum ſex antea ſolum eſſent: ex quorum ferè ſemper numero
Princeps deligi ſolet: Antibariſque Epyrrhi vrbs, per id tempus Anto-
nij Diedi ſinus præfecti virtute expugnata Veneto Imperio adijcitur: Inde
quum Cathelani Pyratę maria adeo infeſtarent: vt nihil vſpiam Adriati-
co ſinu ad dextrã, leuamque nauigantibus tutum relinqueretur: delata ſę-
pe ad Alphonſum Regem querella. quòd in Appuliæ, Calabriæque ditio-
nis ſuæ portus ſæuiſsimi prædones reciperentur: Ipſeque parum ſtudij in
prohibenda iniuria adhiberet: ira percitus Diedus Biſtonium ad mare po-
ſitum in Frentanorum ora oppidum ſubito cum claſſe inuadit: Sed priuſ-
quàm arma, vimque inferret: Biſtonienſes hortatus eſt, vt Piratas com-
munes hoſtes à portu ſuo excluderent: nec eorum latrocinijs receptacu-
lum, fauoremque præſtarent: quo facto pollicebatur: nullam ſe vim op-
pido illaturum, verum Appulis contumaciter agentibus, admota ſtatim
claſſe Diedus arma intulit: Adduxiſſetque omnino hoſtem in manife-
ſtum diſcrimen: niſi coorta ſubito tempeſtate claſsis diſiecta fuiſſet: qua
littoribus horribili ventorum, mariſque æſtu impacta: ipſe triremium
præfectus cum naualibus turmis nauſtagij iniuria in hoſtium poteſtatem
venit: qui poſtea Alphonſi Regis iuſſu non ſolum liberatus eſt: ſed claſ-
ſis, bonaque omnia reſtituta: iterumque ſæuiſsimi prædones aliquanto
atrocius coorti rurſum maria excurſionibus, latrocinijſque infeſtare cœpe-
runt: ſed ad frenandam eorum licentiam Philippus Canalis cum tribus
onerarijs, & naui vna longa ſubito ex vrbe miſſus eſt: repreſsitque is non
parum rapacium hominum audaciam: In Turcas quoque triremes ali-
quot inſtructæ, quibus Eugenius Pontifex vt Chriſtianam rem iuuaret.
octo ſuo ſumptu addidit: præfecitque ijs Franciſcum Condulmarium, ne-
potem ſuum Cardinalem ampliſsimum: & quattuor alię à Belgarum duce
ſunt triremes emiſſæ: totiuſque huius claſsis Imperium Aloyſio Laureda-
no viro rei naualis peritiſsimo demandatur: qui ſtatim ex Supero in Hel-
leſpontum venit: vt Amurathum bello laceſſeret: quem & Ladiſlaus Pol-
lonum Rex armis infeſtabat: pugnatumq; eſt haud procul à Danubij ripis
à prima Luce ad veſperam, magnaq; armatorum vis vtrinq; conflixit: Ac
neutro fortuna inclinante duo de quadraginta Turcorum millia eo pręlio
cęſa dicuntur, Chriſtianorum decem: feruntq; in eo conflictu Gallum ho-
minẽ corpore, & animo præferocẽ cũ trecentis equitibus per cõfertiſsimas

Melliteę interitus.

Tres Procur. creati.

Antibaris capta.

Not. naufragium.

Cõflictus inter Turcas & Pollonos.

 hoſtium

hoſtium cateruas ſublimi equo vectũ ad Amurathi pręſentiam perueniſſe: eumq́ue ferrata prius Claua, inde gladio grauiter percuſſiſſe: credidereq́ue multi. Ladislaum Regem fuiſſe ob Aureum Paludamentum, quo amictus ille erat: proinde vndiq́ue ferro petitus ingentem circa ſe Barbarorum numerum interfecit: demum ſuperante hoſtium multitudine & ipſe cum magna ſuorum parte cęſus fortiter occubuit: hæc in Pannonia: in Italia vero (vt ad eam redeamus) Eugenius Pontifex, Alphonſus Rex, & Philippus vicecomes fędus inter ſe inierunt: Sforcięq́ue omnes infenſi bellum moliebantur: nam Eugenius iram in eum conceperat: ob Bononiam Apoſtolicę ſedi in Biennium abnegatam: & Alphonſi hæreditarium in Sforciæ nomẽ odium erat: Philippus autem Generum improbabat: quòd poſtcõtractam affinitatem nihilo ille ſuarum partiũ ſtudioſior eſſet factus: quin Cremonę cuſtodiam potius Venetis, quàm ſibi demandare voluiſſet: his ex cauſis Sforcia bello petitus Picenno fere omni exutus eſt: & Bononiẽſes quibuſdam motibus ſubito in vrbe exortis ſe in libertatẽ vendicarunt: miſſerũtq; ad Venetos, & Florentinos, qui ab eis auxilia peterẽt: benigneq; ab vtroq; populo ope impetrata hoſtium irriti redditi ſunt conatus: libertasq; à Bononienſibus egregie defenſa incolumis ſtetit: amiſſo interim toto fere Picenno Sforcia ad Philippum demũ reſpicere cœpit: cuius viribus res ſuas in priſtinum ſtatum reſtitui poſſe ſperabat: cum eo igitur fędus percuſsit: actumq́ue eſt inuicem dolo malo, vt Cremonenſes fines Philippus bello infeſtaret: quo facto apparebat: Venetos nullo modo quieturos: ſed ſubito armis iniuriam repulſuros: vt Sforciæ res hi ex fide data tuerentur: tum Gener quaſi coactus, vxoriſq́ue blanditijs impulſus, pro ſocero contra Venetos militaret: atque ita (vt illi opinati ſunt) bellum ingens in Gallia exarſit: verum id fęliciori Venetarum rerum omnino ſucceſſu geſtum: quàm hoſtis animo conceperat: vt poſtea dicetur, & ſub id tempus Nic. Piccininus vir rerum geſtarum gloria, & arte militari clarus Mediolani vita exceſſit: Italus autẽ Foroiulianus, & Iac. Gauianus, fortiſsimi ductores: qui diu Viccecomiti magna cum laude militarant: quoniam in ſuſpicionem veniſſent: quòd ad Florentinorum gratiam aucupandam nouis rebus ſtuderẽt: in Picenno Philippi iuſſu obtruncati ſunt: Ciarpellio quoq; ab Alexãdro Sforcię fratre laqueo necatus: ita turpiter vir alioqui inſignis vitam finiuit: Mox ſecundum conſpirationem initam Philippus in Cremonenſem agrũ copias hoſtiliter immiſit: ad quos motus ſtatim Veneti exciti priuſquam armis rem gererent: per Aloyſium Foſcarenum oratorem publico nomine Viccecomitem admonendum curarunt: vt à Sforcię ille rebus abſtineret, quòd ſi ab his infeſtandis non deſiſteret: more maiorum ei bellum indiceretur: ſed Legatum Philippus audire nolluit: qui Mediolano quoque abſcedere quàm primũ iuſſus eſt: rei indignitate Veneti commoti Michaelem Attendulum virum armorum peritia clarum copiarum ſuarum Imperatorem

Sforcię & Philippi fędus.

Piccinini interitus.

ratorem in hoſtem ſtatim mouere iubent:confeſtimque is vt mandatum erat,cum duodecim equitum,peditumque millibus.Olio flumine ſuperato ad Caſale Maius conſedit:Hoſteque in Padana inſula inuento explicata acie in eum repente impetum fecit:poſt itaque atrociſsimum certamen Philippenſes magna clade à Veneto vincuntur: nam capta ſunt ad quattuor millia equitum:nec pauci quoque milites aquarum vorticibus abſorpti occubuere:ex Venetis etiam plerique cęſi: parta autem Attendulus tá inſigni victoria omnia Cremonēſis agri oppida breui recepit: inde in Abduanam terram motis caſtris multa alia loca armis expugnata in Venetorum poteſtatem venere:capti ad hæc ex hoſtibus nouo certamine ad ripā fluuij contracto ſexcenti equites:& cum his duo agreſtium millia, & Ganzariolæ duæ,ac totidem Galleones:quibus fęliciter geſtis.Petrus Aduogarus,Iac.Ant.Marcellus,& Antonius Martinengus, equeſtribus ſunt omamentis donati:ij enim præ cæteris in hoſtem acerrime dimicarāt: virtusq; eorum bellica in conſpectu omnium clara,illuſtriſque apparuit: cæterum Sforcia Venetorum ſocietate relicta,ad Philippum aperte tranſijt: Eugenij,Alphonſique hortatione impulſus: qui iniquo animo ferebant, rem Venetam fęliciſsimo ſecundorum ſucceſſuum curſu tam proſpere in Gallia augeri:ille igitur copijs ſocerę coactis bellicæ rei curam magno animo ſuſcepit:nam ex Picenno cum ſex millibus armatorum in Flamminiam tranſierat: & Patres continuo ſagittarios quadringentos, & aliquot nauigia ad Rauennæ præſidium miſere:Mox Attendulus Abduana alacer victoria quum pontem fluuio impoſitum valido præſidio firmaſſet, in Mediolanenſem agrum ſubito irrupit:& ad vrbis vſq; portas tumultuoſe adequitans incredibili terrore cuncta repleuit.Aedificiaque ſuburbana quædam incendio abſumpta ſunt:ac vis pecorum ingens, multique mortales in prędam abducti: Eugeniusque hoc tempore ſummus Pontifex vita deceſsit:cui Nicola quintus eſt ſuffectus. Thomas Sarzanius antea vocatus, eodemque annò Epiſcopus,Cardinalis,& Pontifex creatus: vnicum,admirabileque humanę fęlicitatis exemplum: Ad eum cōtinuo ex veteri Reip. inſtituto Legatio decreta eſt: Senatus Principes. Al. Lauredanus, Paſch. Maripetrus,Al.Venerius,& Zach.Triuiſanus,Criſt.Mauri loco ad hoc munus miſsi:ac ſub id ferme tempus Iacobus Foſcarus Principis filius in duplex crimen largitionis,cędiſque deuocatur: quaſi & à quibuſdam regulis munera accepiſſet:atque eo authore Hermolaus Donatus Triūuiratū aduocatorium gerēs dum noctu è curia ſe domum reciperet: publica via interfectus eſſet: acerbiſsimę itaque quęſtioni adhibitus:& in eculeum ſublatus:quum obiecta conſtanter negaſſet:nec probabilia indicia extarēt:quibus vltimum reus mereretur ſupplicium:in Cretam inſulam eſt relegatus: vbi ſpe omni amplius in patriam redeundi ablata,vitam cum morte commutauit:iiſdem quoq; diebus And.Donatus:qui tum Cretę dux erat: iuſſu Patrum

Venetorū victoria. | Nicola. v. Pont.M. | Legati ad Pont. | Iac. Foſcari P. filii damnatio.

Patrum ex inſula a ducℓus publica adminiſtratione priuatur: mille inſu-
per, ac quadringentis nummis aureis damnatus eſt:& per annum in vincu
lis habitus: ob largitionem: qua eum Sforcia corrupiſſe dicebatur: vt eius
patrocinio, fauoreque in Senatu vteretur: ſed dum hæc domi geruntur: Ca
rolus Montonius iuuenis acer, Brachij illius ſummi Ducis filius in Sforcia-
narum partium inuidiam ad Venetos tranſijt:& Attendulus iterum in Me
diolanenſes fines cum firmiſsimis copijs tranſgreſſus Veneta ſigna in con-
ſpectu hoſtium prope vrbem cõſtituit: vocauitque ad libertatem populũ:
ſed vbi id fruſtra tentatum: quum nullus in ciuitate motus oriretur: conuer
ſis alio ſignis. Ticinum vſque Venetus prædabundus, furenſque peruenit:
inde hoſtium ſpolijs onuſtus iterum publica ſigna Mediolanum admouit:
rurſumque populus ad libertatem vocatus: nec hac tamen etiam vice mo-
tus vllus ſecutus eſt: demum ex indignatione agro hoſtium fœde populato
Attendulus Briuium in Brigantinis adortus ad deditionem compulit: vbi
in miſeros oppidanos crudeliſsime ſæuitum dicunt: ita ut non viri ſolum,
& Maiores natu interfecti: ſed impuberes etiã, vſque ad bimulos in cũnis
No. immanitatem. ſint trucidati: Puellæ quoque vitiatæ, ac omne ætatis genus miſerabili mo
do vexatum, direptæ ædes: templa, agri. tanto odio, & crudelitate, vt fera-
rum rabies in conſpectu omnium repreſentari videretur: cæterum nõ mil-
les, ſed aduerſæ factionis homines in hæc nefanda ſcelera prorupiſſe dicun
tur: qui vt ſuum in deuictos hoſtes explerent odium: nulla perſonarum, cõ
ditionis, ætatis habita ratione, omni genere immanitatis in miſeros morta
les vſi ſunt: per cædem igitur, & ſanguinem Veneta arma in fines hoſtium
penetrarunt: ibique præda ingens parta dicitur, quæ ſummam ducentorum
Attenduli ſucceſſus. millium exequauit:& ad Larium Lacum Attendulus cum copijs progreſ-
ſus Barium montem vi captum diripuit: Leucoque fruſtra oppugnato La-
rij accolas in prædam vertit:& quum iam omnia ab Abdua Comum vſque
armis ſubegiſſet: in paccatum inde citra flumẽ cum victore exercitu abijt:
domi interim peſtilentia grauiſsima ciuitatem adorta eſt. Quæ multa mor
talium millia abſumpſit: ſupplicationeſque ob id circa ſacras ædes ad pla-
candam, aueruncandãque Deorum iram indictæ: nocturni ad hæc ignes
in tam vaſta vrbe paſsim excitati: vt odorifero eorum vapore aer purgare
tur. Inſtitutum eſt præterea duplex Lazaretum vetus, & nouum, in quibus
morbo correpti publice curabantur: plurimumque ad contagionem tollẽ-
dam hæc loca, quæ duobus millibus paſſuum ab vrbe. In ameniſsimo poſi-
ta ſitu diſtant; profuere: poſtea quum Philippi res eſſent vehemẽter bello
acciſæ: Sforcia ad ſoceri ſubſidium ex Flamminia cum copijs profectus per
Ancona in Venetorũ fidẽ venit. Ferrarienſes in Parmenſem agrum tranſijt: Anconaque hoc tempore Ve-
netam erectis publice Diui Marci ſignis ſocietatem eſt ſequuta: ſtatimq;
ſeptem triremes ſub Laurentij Minij ductu cõ miſſæ: quæ vrbi præſidio eſ-
ſent, & onerariæ duæ per id tempus in Pyratas ſunt inſtructæ: vnamque
Iacobus

Iacobus Maurocenus, alteram And. Leonus, viri maritimarum rerum peritia clari duxarunt: erantque hinc, inde terra, marique magni bellorũ conatus. Quum Philippus Principum omnium bellicoſiſsimus qui in Vicecomitum familia fuere: medio armorum Italię incendio vita deceſsit: cuius obitu conſternati populorum animi: qui ſub ſua ditione erant. varijs cõ ſilijs, nouisque motibus agitari cœperunt: Lauda primum, mox Placentia vrbes clariſsimę in Venetorum fidem conceſſere: Comũque, & alię plerę; ciuitates nouis rebus ſtudere videbantur: Veneti autem Laudam, & Placẽtiam vrbes nuper deditas, maturo pręſidio firmarunt: miſsique Gerardus Dandulus, & Iac. Antonius Marcellus cum ſelectis militibus, ad vtranque vrbem cuſtodiendam: nam Mediolanenſes bellum à Philippo inchoatum ſuis auſpicijs gerere ſtatuerunt. Sforciamque ſuarum copiarum ducẽ aduer ſus Venetos publice declarant. Ipſe autem ſuſcepto militari Imperio ſtatim Cremonam venit. Inde Abduam ad Piſſeonem trãſit, iunctisque cum Franciſco Piccinino copijs in Attendulum mouit, qui in Laudenſem iam agrum caſtra tranſtulerat. at Mediolanenſes ſuſcepta inſubrici principatus Tutella triplicem Legationem aliam ſuper aliam miſſam Venetias ad Senatum decernunt. Quibus res, quę Philippi fuerant, publico ciuitatis nomi ne repetuntur. In eam ſemper ſententiam à Senatu Legatis reſponſum eſt: Et ſi quęcunque Veneti loca ex inſubrum Principatu armis occupaſſent. Iuſto bello quęſiuiſſent: vt tamen Itali, exterique Principes intelligerent: Venetos ex veteri maiorum inſtituto ſtudioſiſsimos pacis eſſe: promptos, paratosque fore, ſe omnia Mediolanenſibus reſtituere, ſi immenſum auri pondus, quod bellici apparatus, ſumptusque hauſiſſent, ſibi bona fide perſolueretur. At Legati nihil publico nomine pollicentes, aurumque abnegãtes, infecta re iuſsi ſunt ſtatim abire: Patres, quia cum Sforcia, & Mediolanenſi populo ingens bellum in Italia inſtare videbant: copias terra, marique diligentiſsime contrahunt: primumque claſsis quattuor triremium, ac duorum, & triginta Galleonum per padi fluenta decernitur: cui And. Quirinus, & Georg. Lauredanus pręficiuntur: terreſtres quoque copię para tę affuerunt. Cęterum Sforcia omni fere Italicę militię robore largo ſtipen dio in vnum contracto. vrbem Placentiam, quam Veneti occuparant: ſubita oppugnatione terra, fluuioque adoritur ac magna murorum parte tor mentis demollita: apertum ſuis aditum in vrbem irrumpendi facile parauit: eam itaque vi captam militibus diripiẽdam tradidit: ibique Gerardus Dandulus, & Thadeus Eſtenſis, qui pręſidio cum mille peditibus aderant, capiuntur: & Attendulus, vt Sforcianos à Venetarum rerum inſectatione aliquo modo auerteret: Abdua flumine ad Colũbanum ſuperato, tumultuoſe in Ticinenſem primum, mox in Mediolanenſem agrum prędabundus irrupit: ſtatueratq; dux impiger. niſi Placentia tam celeriter ab hoſte capta eſſet: Cremonam oppugnare: verũ in aliud tẽpus diſtulit: Marcello autem

Philippi interitus.

Laudã & Placentia Veneti potiuntur.

Mediolanenſiũ legati.

Reſpõsũ.

Claſsis.

And. Quirin' Geor. Lauredanus.

Placentia ab hoſte recipitur.

autem ab exercitu digreſſo: Al. Lauredanus, & Math. Vetturius noui Legati in caſtra venere: Paxque. Nicolæ Pontificis, Florẽtinorumque ſuaſu tentata eſt ad quam componendam Veneti, Mediolanẽſesque Legati Bergomum acceſſere. Inſubres Laudam repoſcebant: Veneti eam contra reddere negabant: niſi prius auri ingentem ſummam quam bello expenderant: à Mediolanenſibus reciperent, itaque re infecta (vt alias) diſceſſum: emiſſęque hoc tẽpore ex vrbe aliquot naues ſub Laurentij Lauredani, & Aloyſij Bembi præfectorum ductu, ad Pyratas toto mari perſequendos. Hi igitur Aegeum, Ioniumque proſpero curſu emenſi Vitalem Sardum Archipyratam inſignem obuium medio mari habuere: quem ſtatim cum Myoparonibus ſuis captum Venetus ſuſpendio necauit: alij quoque prædones poſt Sardum intercepti, eodem ſupplicij genere afficiuntur: & hæc mari: nouos poſtea motus Carolo Gallorum Rege in Italia aduerſus inſubres conciente, prælium atrox in Alexandrino agro commiſſum eſt. In quo à Collione, & Aſture Galli victi ingentem cladem accepere: Mox Sforcia ſub vernum anni tempus copias educẽs Mozanicam magno impetu adortus oppidanos metu perterritos ſubito ad deditionem compulit. Inde in Abduanam terram ingreſſus omnia fęda depopulatione vaſtauit: ac pręter Carrauagium cuncta eius terræ loca breui armis ſubacta, tum Attendulus cum Venetis copijs ad calcem vltra olium flumen cõſedẽs ad omnes Sforcię motus intentus erat: hisque locis ſine re vlla memorabili ſegnem vtrorumque caſtra aliquandiu moram traxere: demum quum Sforcia Venetã claſſem Cremonenſes fines per Padum vexare audiſſet: ſtatim ad eam delendam magno auſu animum, mentemque conuertit. crebris enim in extrema fluminis ripa tormẽtis occulte locatis ſex, & viginti galleones in Venetum mouere iuſsit: qui tum forte in pontis oppugnatione circa Cremonam pado à Sforcia impoſiti occupatus erat, eumque refringere Quirinus inuito hoſte tentabat: verum vbi Sforciam adeſſe ſenſit. continuo cum tota claſſe ad Caſale Maius retro abijt. Hic autem terra, & aquis Veneti cum nauibus circũuenti in bellicas hoſtium machinas inciderunt: quæ (vt diximus) à peritiſsimo duce in extrema padi ripa diſpoſitæ fuerant: animaduerſo autem Quirinus præfectus periculo, quum crebros tormentorum ictus claſſem diſsipare conſpiceret: translatis ſilentio noctis in Caſale proximũ oppidum armamentis. vacuas naues ne hoſtes ijs potirentur, incendio abſumpſit: nonnullas tamen Sforciani ſubito accurrentes reſtinctis flammis ſeruarunt: ſed vbi Quirinus Venetias venit, quia haud ſatis ſtrennue nauale adminiſtraſſet Imperium, ignauamque præſtaſſet Reip. operam. delegata patrũ iuſſu ad Triũuiros aduocatores cauſæ cognitione, poſt multa hinc inde dicta, probataque. Quirinum tanquam reum aduocatores in vinculis per aliquod tempus habendum cenſuere: ſunt qui dicant, eum in iudicio palam, conſtanterque dixiſſe: ſe claſſem in tutum adducere facile potuiſſe niſi

Pyratę ſuppliciũ.

Veneta claſsis in pado diſiecta.

Quirini damnatio.

niſi ei Attendulus ſpem feciſſet. ne prælium cõſerere dubitaret; quando ipſe cum omnibus copijs ſubſidio ſtatim affuturus eſſet: Quod cum poſtea (vt pollicitus fuerat)nullo modo præſtitiſſet,proditus Venetus cladẽ, incõmodumq; illud Attenduli culpa adierit:Sforcia Quirini claſſe deleta ad Carrauagium ſtatim caſtra admouit:oppidũq; obſidione cinctum ad deditionẽ cõpellere tentat: viq;& armis omnia miſcet: At Attẽdulus Sforciæ conatus impediturus Carrauagiũ,& ipſe cũ inſtructis copijs proficiſcitur: Caſtraq; prope hoſtiũ munitiones locat: ſtabãtq; propinqui ſub ſignis duo florẽtiſſimi exercitus iam iã conflicturi:nec vnquàm alias tãtus equitatus, tot viri armis,genereq; illuſtres in Italia vnum in locum coiere: nã præter Attẽdulum copiarũ omniũ Imperatorẽ clariſsimi hi ductores in Venetis caſtris erant Ludouicus Gonzaga,Bartho.Collio,Gentilis Leoneſsius, Tybertus Brandollinus,Carolus Mõtonius,Ioan.Comes,GuidoRangonius,Albertus Bodienſis,Cæſar Martinẽgus,Nicolaus Guerrerius, & cum his ad duodecim equitũ millia,ac vis peditum ingens: Apud Sforciam vero Alexan. & Carolus Boſsij fratres bello acerrimi,Fran.& Iacobus Piccinini,Carolus Gonzaga, Guelmus Mõferratenſis,Aloyſius Vermius,Ioan.Tollentinas, Chriſtophorus Torellus,& Barth. Quarterius,erãtq; in his caſtris ad ſupra ſexdecim equitum, peditumq; millia:Eſt itaq; ex occaſione intra paucos dies ſæpius vtriq; dimicatũ:leuiaq; omnino certamina obiter cõmiſſa: nec totis vnquàm viribus in aciẽ deſcẽſſum:Venereq; per eos dies in caſtra Legati Hermolaus Donatus,& Fed.Cõtarenus: Hi Attendulũ Imperatorem nõ deſinebãt publico nomine hortari,ad opẽ Carrauagianis ferẽdã:ſed Cõtareno morſu canis extincto.Gerardus Dandulus eius loco in prouinciam venit:Carrauagiũ interim cuius oppidi præturã gerebat,Pet. Bẽbus vir fortiſsimus,Sforcianorum viribus grauiter premebatur: Quare Legati,ductorũq; pleriq; prælium, ac vltimam belli fortunam experiri temere optabãt: contra Attendulus,veteraniq; Duces pugnam palã diſſuadere : tãdẽ eò res deducta eſt,vt ſatius viſum:cũ hoſte cõfligere,quàm ocioſe ſedendo expectare,dum Sforciani aut lõga obſidione, aut vi oppidum in conſpectu Venetorum ſubigerent:dato igitur pugnæ ſigno Tybertus Brãdolinus vir acer primã aciẽ ducẽs hoſtem ferociter inuadit:ſecutiq; eum pari audacia Guido Rãgonius,& Albertus Bodiẽſis,in pugnam ruunt:primoq; impetu hoſtium ductores Carolus Gonzaga, & Alexander Sforcia intra caſtrorum munitiones à Venetis repelluntur: nondum enim Imperator Sforcia aderat : quum ſacrorum cauſa tum in ædẽ propinquã cum paucis conceſiſſet: ſed vbi cõſerto prælio ſuos laborare audiuit:ſtatim cũ robore copiarũ in aduerſos hoſtes incurrit.tum Imperatoris præſentia Sforciani cõfirmati vndiq; coorti nõ ſolum æquarunt pugnã, ſed Venetũ quoq; ex ipſis munitionibus ſummouere cæperũt:diu tamen,& acriter vtrinq; pugnatũ:Et iã hoſti fortuna arridere videbatur:locorũq; anguſtiæ, & paluſtres viæ Venetos

Not. florẽtiſsimos exercitus.

Legati in caſtar.

Prælii initium.

non parum turbabant: quare acrius impreſsione à Sforcianis facta Veneta acies loco primum moueri cœpit: mox & in fugã verti: At Bodieſis, & Rãgonius militaris decoris memores dum inclinatã pugnã reparare hortãdo, monendo enixe ſtudent: hoſtium multitudine circũuenti media acie opprimuntur: tũ vero amiſsis Ducibus, ordinibuſq; turbatis, aperta fit fuga: in qua octo equitum, peditũq; millia capta fuerũt: Legati quoq; in hoſtiũ poteſtatẽ venere: ferunt Dãdulũ ab Attendulo admonitũ, vt fuga ſalutẽ ſibi quæreret: tũ ille reſpõdiſſe dicitur. male ſe circa publica ſigna in ſtrage militũ ſuorũ mori, quàm turpi fuga ad ignominiã ſeruari: Attẽdulus, Collio, Brandollinus, Leoniſſus, & alij ex acie in tutum abiere: Caſtra autẽ mira rẹrũ opulẽtia referta victor hoſtis diripuit: ac poſtero die Caſali, Riuoltella, Carrauagio, ſubita ab oppidanis deditione facta potitur: Brixiamq; indẹ proſperè ſigna admouit: quã tũ vrbẽ regebant Pet. Piſanus, & Laurentius Minius, viri ampliſsimi: Neq; tamen ad tantã cladẽ (vt mira eſt gentis in aduerſis rebus cõſtãtia) Veneti animũ remiſſere: ſed ſubito duobus Legatis Aloy. Lauredano, & Paſch. Maripetro creatis, ad reparandũ (quãto ſtudio poſſunt) exercitũ vigili cura incũbunt: ijq; cũ triginta aureorũ nũmum millibus vrbe profecti Veronã aduenere: vbi die, noctuq; ad cõſcribendos milites intenti ingentem profuſo ære equitum, peditumq; vim breui cõpararunt: quibus viribus tuta res Veneta eſſe credebatur: quando in eam hoſtis victoria elatus impetum faceret: ſed dum Sforcia ad Brixiam cum victore exercitu ſedet, aliẹ quoq; Mediolanenſium copiẹ Piccinino Duce Laudã circũuallarunt: Erãtq; in hoc ſtatu res Galliẹ: Libertatẽq; retinere inſuber omni ſtudio curabat: verebatur autem ne tantis viribus ſuffultus Sforcia eam opprimeret: tacitoq; aſpiraret conſilio ad Philippi Principatum, ob Blancham coniugẽ ſolam ex illuſtri Vicecomitum familia ſuperſtitẽ: ſtudio itaq; retinẽdẹ libertatis Mediolanẽſes ſenſim illi vires detraherẹ, authoritatẽ imminuere, ac quotidie ſimulato animo minus credere: quod vbi ſagax Imperator ita euẽturũ cognouit: vt Venetũ ſibi quãdoq; amicũ redderet: cuius ſolius populi in Italia potẽtia gradum ſibi ad ampliſsimum Principatum parandum præſtari facile poſſe intelligebat, cõfeſtim toto mẽtis affectu ad priſtinã Venetorum amicitiã reflexit animũ: Ad id aũt traſigẽdum Clemẽtis Thealdini Scribẹ, qui cum Legatis Venetis prẹlio captiuus factus ĩ Cremonẽſi arce aſſeruabatur: opera Sforcia vſus eſt: is ſtatim cuſtodia liberatus ad Prĩcipẽ, & Senatũ venit: ac Sforciẹ nomine petijt: vt ſi pax cordi patribus eſſet: mitterent ad eũ in caſtra Iaco. Anto. Marcellum, aut Paſchalem Maripetrum, is iuſſu Senatus ad Sforciã profectus eſt: venitq; ad fornaces locũ haud procul à Piſcheria: vbi Angelus Simonetta Sforciæ nomine aderat: Amboque ſecreto ſępius cõgreſsi in has pacis, fœderiſque conditiones deſcenderunt, vt Veneti, Sforciaque coniunctis armis Mediolanenſium hoſtes eſſent: ſoluerenturque illi ſingulis menſibus in ſtipendium

Venetorũ clades

Reparatur exercitus.

Clemens Thealdinus.

Fœdus cũ Sforcia.

pendium decem aureorum nummum millia:expreſſumq́; ad hæc: vt quic quid citra Abduam Vicecomes tenuiſſet:ſi illud armis ſubigeretur: Veneti haberent:Sforcia vero Mediolanum,cum toto Philippi Principatu : Icto in hunc modum fœdere, redditiſque hinc inde captiuis omnibus, Sforcia copias in Mediolanenſes duxit: Attendulusque abrogato prius illi ob rem male geſtam Imperio.in Taruiſinum agrum à Senatu ablegatur: Laudenſes autem in Mediolanenſium fidem vltro rediere,mox Sforcia totam Inſubrum regionem armis peruagatus præter Comum,& Laudam,quicquid hoſtes inter Abduam,& Ticinum habebant, breui occupauit : Hinc demũ Mediolanum caſtris ad quinque millia paſſuum admotis, vrbem obſidione cinxit,& ex altera parte Alexander Sforciæ frater cum duobus equitum millibus,& peditum vi ingenti,vna cum Iacobo Antonio. Marcello Legato Veneto Derthonam, Nouariam,Alexandriam,& Parmam adortus voluntaria deditione cœpit : quo motu Ludouicus Allobrogum in Sabbaudia Dux, qui cum Mediolanenſi pópulo fœdus in Sforciam percuſſerat: cum maximis copijs ad ſocios iuuandos Ioannem Compenſium virum militari ſcientia inſignem in Italiam miſit, iſque in Nouarienſis agri finibus conſedens Sforcianos infeſtis armis premebat:At Collio, Marcelluſq́; cũ valida armatorum manu in Barbaros mouere iuſsi ad Sicidiã fluuium prælium commiſſere.In quo magna clade victi ſunt Allobroges,quadringentique equites cum ipſo Compenſio capiuntur:Mediolanum interea ferociſsimus dux Sforcia perpetua armorum ſtatione circũuallatum fame domare ſtudebat.aduentante q́;hoſtium ingenti multitudine,ita aciem in eos conſtituiſſe dicitur:vt Marcellus,qui illi hærebat, inſpecta ſingulari in ſummo duce rei militaris peritia, fertur ad Senatum ſcripſiſſe : Ingens imminere vniuerſæ Italiæ periculum, Si Mediolani Principatu Sforcia potiretur : domi vero inexpectata clades ciuitatem penè deformauit: Stammatus enim Graij ſanguinis Homo : Dum ex Creta Inſula Venetias forte acceſsiſſet : dirum, atroxque facinus perpatrare auſus eſt : ſiquidem ad publicos Theſauros, qui in ſecretã aureæ Aedis parte aſſeruantur: inſpiciendos cum Borſij Eſtenſis Legato admiſſus ſtatim ſtupendo precioſarum rerum aſpectu pellectus, ad nobiliſsimum furtum animum adiecit : primis autem tenebris, in Innocentium Sacello cæteris abeuntibus poſt aram ſe occulte illatebrauit : totamque noctem inſomnem agens marmoream tabulam fur ingenioſus ex templi pariete exemit : locumque ingreſſus vbi Theſauri reconditi erant, quottidie aliquid auferebat : ſub lucemque tabulam loco ſuo aptabat : ita appoſitę : vt nullum fracturæ veſtigium appareret : atque hoc modo plures noctes ſedula cura operatus ampliſsimos Theſauros Græculus furatus eſt : In quibus præter infinitum Gemmarum numerũ, Monocerotis cornu erat,immenſi(vt aiunt)precij,&duodecim aureę coronę,ad hęc Principis Inſula chriſolitis,ſmaragdis, iaſpidibus,

Attenduli dinatio.

Allobrogũ Clades.

Sforciæ virtus.

Not. Stãmati Græculi furtũ.

vnionibusque ornata, quæ omnia vicies cẽtenis aureorum nummũ millibus eſtimata dicuntur: verum haud diu tantum furtum occultum ſtare potuit: erat illi Zacharias Grio & ipſe natione Græcus arcta familiaritate cõiunctus: huic rem omnem ſacrę aræ prius admoto Stammatus pandit: furtũque promit: ad cuius conſpectum quum Grio mira innocentia vir obſtupuiſſet: ſcelusque tacito animo deteſtari videretur, tradunt ſacrilegum hominem pęnitẽtia ductum: ꝙ rem cum Griono communicaſſet, eum obtruncare eadem hora voluiſſe: quod ille veritus ſtatim vultu hilari, fictoq; ore, ad Gręculum conuerſus dixiſſe fertur: ſe prę nimia lætitia pro tãtis partis diuitijs pene deſipere: quibus verbis vir ſceleſtus. emollitus cęde abſtinuit: at Grio per ſpeciem expediendi negocij furem prius amplexatus domo ſtatim egreditur: in curiamque aſcendẽs atrociſsimum retegit facinus: nec mora: miſsi ſunt continuo, qui hominem comprehẽderent: receptoq; theſauro, Stammatus in poteſtatem redactus ad geminas columnas inaurato laqueo necatur: indici perpetuus cenſus ex publico decretus: & hęc domi: foris autem Piccinini fratres cum tribus equitum millibus ad Sforciã tranſiuere: idque Venetus ægre tulit: quum in fędere cautum eſſet: ne qui Mediolanenſium ſtipendia feciſſent: aliquo modo Sforciæ militarent: ea res, nonnullæque aliæ cauſę patrum animos ab eius ſocietate non parum alienarunt: ſed præcipue ducis immoderata cupiditas in occupãdo Mediolani Principatu iam plus quàm ſatis honeſtum eſſet: ſuſpecta eſſe cęperat: atque ob id tum primum Veneti ad Mediolanenſium ſocietatem reſpiciẽtes noua conſilia agitabant, & Piccinini (vt leuia eorum erant ingenia) repente cum quibus pauloante aduenerant copijs, relicto Sforcia, ac inſidijs petito: Mediolanum conceſſere: prȩmebat interim ille vrbem grauiſsima obſidione: quando Alphonſus Rex (vt inſubres aliquo modo bello leuaret) Venetos male habitos Regni finibus ſubito edicto deiecit: qua rei indignitate Patres commoti ad vlciſcendam iniuriam continuo claſſem decęrnũt: cuius Aloyſio Lauredano viro naualis militię claro datum eſt Imperium: maritimoque hoc belli apparatu Alphonſus perterritus per Leonellum Eſtenſem pacem à Venetis impetrare tentauit: ſed irritatis ſemel animis bellum nihilo intermiſſum. Itaque Victor Capellius, qui ſinui prȩerat, in Neapolitanos fines cum aliquot longis nauibus delatus, triremem vnam Gotholanicam, quę Venetam paucis ante diebus oppreſſerat, celeri fuga abeuntem irrequieto curſu Orthonam vſque inſequutus eſt: at hoſtes è Biremi in littus euadentes vim repellere ferro, armiſque enitebantur: oppidani quoque in eorum auxiliũ magna multitudine aduenere: quod vbi Capellius conſpexit, obuerſis ſtatim triremium proris: iubet ſuos arreptis armis in terram deſcendere: hoſteſque intrepide aggredi, nec mandata illi neglexere: irruunt magno impetu: multique ex hoſtibus cadunt: quibus tandem fuſis, atque intra oppidũ compulſis, non ſolũ Biremis ex Orthonæ portu

Stammati ſupplicũ.

Claſsis in Alphõsũ.

Victor Capellius.

portu à Venetis rapta educitur,ſed nauale etiam,quod proximum oppido fuit,iniecto igne concrematur:direptaque eodem incurſu in Orthonenſiũ inuidiam ſuburbana tecta:inde re præclare geſta.Capellius diſcedẽs ad priſtinam ſtationẽ ſe recepit: tentataque eſt per hos dies à Venetis pax inter Mediolanenſes,& Sforciam,ad quẽ Vrſatus Iuſtinianus,& Paſchalis Marpetrus Legati publico nomine acceſſere:propoſitęque hæ ſunt conditiones,vt Sforcia ex ſoceri Philippi principatu ſeptem vrbes,Cremonam,Ticinum,Placentiam,Parmam,Alexandriam,Derthonam,& Nouariam haberet:Mediolanenſes liberi iuris eſſent:ac Laudam,Comũque reliquasque vrbes tenerent:huiuſcemodi pacis cõditiones à legatis Venetis ad Sforciã delatas neque recuſauit ille,neque probauit:cæterum reſpondiſſe dicitur: ſe in Veneti Senatus poteſtate eſſe:quicquid ille decerneret. prõpto ſe animo præſtaturum:quum Patrum voluntati(quantum in ſe eſſet) omni tempore obtemperare ſtatuerit:verum poſtea re aliquandiu Venetijs à Sforcię oratoribus Angelo Simonetta,& And.Birago per altercationem iactata: nil actum eſt:& re infecta legati abierũt:Pax autem inter Venetos,& Mediolanenſes aduerſus Sforciam initur:In quo non mirari maxime poſſum, non deeſſe:qui Venetos obtrectando grauiter accuſant: leuitatisque eos non ſolum,ſed & perfidiæ aperte inſimulare videntur,quòd ij Sforcia nulla iuſta cauſa relicto,nouam ſocietatem complexi fuerint:ſed certe id merito factum dici poteſt:quia & in aduerſa Reip. fortuna Sforcia Venetos non multo antea deſtituerat:ſtudioque retinendæ libertatis vicini,præpotentisque populi,non autem nocẽdi amico Principi fęderum Veneti obliti nouos ſocios ſequuti ſunt:idque manifeſto apparet: quum nihil ex fędere,quod cum Mediolanenſibus eſt percuſſum,Venetæ rei acceſſerit: quin Sforciæ plurimum conſultum patres voluere:tot vrbibus eius Imperio traditis:præter Mediolanum,quod ex veteri maiorum inſtituto,pioque ciuitatis ſtudio in libertate retinere,ardens iuſtaque,illis cura erat:nulla itaque perfidię,nulla auaritiæ labes Venetis obijci debet:poſt hæc nondum pace cum Mediolanenſibus inita:Crema in Venetorum fidem conceſsit: Gentilis Leoneſsius ad oppidum recipiendum cum valido præſidio ire eſt iuſſus,bello autem Sforciæ indicto,id alacri animo inuictus Dux ſuſcepit: illatumque non ſolum fortiter ſuſtinuit:ſed virtute ſua,& admirabili fortuna ex ſententia confecit:interim Lauredanus claſsis imperator dum noua fędera ſanciuntur,cum quinque,& triginta triremibus ad Alphonſi res infeſtãdas in Siciliam vſque proceſsit:Meſſanamque ſubito incurſu adortus Regiam nauem eximiæ magnitudinis in ipſo portu iniectis flammis abſumpſit:ac pleraq; alia nauigia circa littora fęliciter oppreſsit, inde Siciliæ oram præteruectus cetheas duas mille,ac quingentarum vtrãque Amphorarum ex alto in Syrrhacuſanum portum Venetæ claſsis metu delatas facto repente impetu aggreditur: ſed quum validiſsimas ad Portus exitum munitiones

Legati pro pace.

Fœdus in Sforciam.

Defenſio publica.

Cremę acquiſitio.

munitiones Siculi erexiſſent: Cathenaq; ad id obiecta firmiſsima cum vallo tutum, inexpugnabilemque penè redderet locum: parum armis ſe proficere Lauredanus ratus nouo certaminis genere hoſtem aggredi ſtatuit: nã antea ſub primum acceſſum conatus eſt: disfractis munitionibus portum irrumpere, conſertoque prælio multa vtrinque cædes ædita: nouam itaque viam vir ferox ingreſſus, qua in hoſtem proſperiore ſucceſſu depugnaret: nauigium Sarmentis, & ſulphureo puluere plenum cum triginta fortiſsimis, audaciſsimiſque viris, quos ad id facinus elegit: vento, & fluctibus ſecundis in Syrrhacuſanum portum immittendum curauit: eo conſilio, vt occupato violenta nauigij irruptione portu, Ceteæ iniecto igne concremarentur: dato igitur ſigno opportune nauigium vento, aquiſque ſecundis impulſum cathenam, repagulaque omnia violentiſsime perfregit: nilq; obſtitit: quominus ſtupentibus nouitate rei hoſtibus, ad internas nauium ſtationes peruenerit: Hic dum regij accurrentes nauigium circumſiſtunt: vt illud cum hominibus oppreſſum in poteſtatem ſuam redigerent: ſubito ij incenſis ſub primum acceſſum hoſtium Cetheis in paratam ad id actuariam Scapham inſiliunt: remiſque innixi hoſte necquiquàm perſequente: ad Lauredanum incolumes rediere: & naues incenſæ ſunt: tantique facinoris authores ab eo complexi, collaudatique merita tulerũt fortitudinis ſuæ pręmia: Imperio autem maritimo recte adminiſtrato Lauredanus cum maiori parte claſsis domum reuocatur: reliqua foris ad præſidium maris permanſit: poſtea Venetijs apud patres totius Italiæ oratoribus aſsidentibus iactata eſt Sforciæ, & Mediolanenſium cauſa: ſed ob iniquas conditiones re ad arma ſpectante, infecto negocio diſceſſum: tum Veneti Sigiſmundũ Malateſtam Arimini Principem virum acrem, & bellicoſum ſuarum copiarum legunt Imperatorem: militemque vndique contrahunt: vt Mediolanenſium rem aduerſus Sforciam ex fœdere tuerentur: Multique hinc, inde armorum fuere conatus: demum bellica inuictiſsimi ducis virtute factum eſt: vt infeſsis omnibus vijs Mediolanum in ſummam rerum omnium inopiam, ac neceſsitatem deuenerit: Fameſque eo vſque per id tempus in vrbe inualuiſſe traditur: vt biſdenis nummis aureis (vrgente pennuria) conſtat tritici Modium veniſſe: conatus eſt autem multoties Venetus Imperator aliquid commeatus in vrbem immittere: importatumque omnino aliquid interdum furtim: tentauit, præterea Malateſta cum hoſte confligere: Sforcia tamen a pugna pertinaciſsime abſtinuit. timebat enim prudẽtiſsimus Dux incertos martis caſus, dubiamq; prælij fortunam, tutiusq; eſſe arbitrabatur, continuare obſidionem, vrbemque populo plenam omni ope excluſam premere, quæ ad extremam Annonę pennuriam redacta non multopoſt vellet, nolletque, ad deditionem cogeretur: ſicuti paucis diebus euenit: Nam Mediolanenſes fame magis, quàm armis domiti ſubito tumultu orto Leonardum Venerium Legatum Venetum in curia trucidarunt:

Not. Lauredani cõſilium.

Hoſtiũ naues incẽſę

Att. famẽ Mediolani.

cidarunt:vnanimique populi cõſenſu Sforcia in vrbem euocatus permiſſa rerum omnium poteſtate Princeps ſalutatur. ita Vicecomitum nomine in Maſcula ſtirpe extincto: Mediolanenſis Principatus non minus hęreditario iure,quã vi,armiſque,ad Sforciam,poſteroſque eius fęlici ſucceſſione peruenit: ſtuduit autem ſapientiſsimus Dux Venetos amice colere: ac omni officio demereri: quibus conciliatis,nullas intelligebat poſſe bellorum minas alicunde timeri: nullos hoſtium incurſus: qui res Italiæ infeſtare vellent: poſt modum quum diu Veneti, Alphonſuſque Rex inter ſe bello contendiſſent: ad pacem demum animos conuertere cœperunt: miſſuſq; Ferrariam Paſchalis Maripetrus,publico nomine cum Rege perpetuã pacem ſanxit: quæ poſtea Venetijs miro, Ciuitatis gaudio præconis voce eſt publicata: acceſsitque ſub id tempus Federicus Imperator cum Leonora coniuge in Italiam. Ad quem officij gratia quattuor hoſce oratores Patres deſtinarunt. Benedictum Superantium, Aloyſium Diedum, Ber. Iuſtinianum,& Iac. Cornelium,mox & ille Romam profectus eſt, quem Nicola Pontifex in Auguſtiſsimo Diui Petri Templo maximo populi concurſu Imperatoria Corona inſigniuit: is poſtea viſendæ vrbis ſtudio Venetias magno comitatu aduenit: itumque eſt illi obuiam à Principe, frequentiq; Senatu Bucentauro naui: nullumque honoris, hoſpitalitatiſque genus in excipiendo Cæſare omiſſum: nam præter ingentem vim minorum nauiũ, quæ illi prodiuit obuiam, ſequebãtur plures triremes, Ganzariæ, paraſchermi, aliaque grandiora nauigia, numero ad cẽtum viginti, Auleis, auro, purpuraque adoperta: in quibus flos nobilitatis inerat, è Clodia, vbi tunc Nic. Mocenicus prætor erat, ad Clementis ædem Ferrarienſi naui vectus Federicus proceſsit: vbi princeps occurrerat: magnoq; nautarum clamore, bõbardarum ſtrepitu,& tibiarum cantu, ex Eſtenſi naui in Bucentaurum tranſijt: hic Foſcarus Princeps Venerabundus Federicum excipiens. Gratu latuſque illi Fęlicem acceſſum aureo eminentiore Throno Bucentauro locauit: ipſeque iuxta aſſedit: per mediamque vrbem ad Eſtenſes ædes miro ornatu cultas ingenti plauſu,& lætitia tantus hoſpes aduectus eſt: Leonora quoque non multo poſt acceſsit, ei Principis coniunx matrona inſignis, ducentęque patritiæ feminę eleganti forma, ac gemmis, purpura, auroque fulgentes Bucentauro ad Diui Nicolai vſque ædem progreſſæ occurrerũt: atque inter publicos plauſus,& gratulationes triumphalis pompa ducta, magna totius vrbis exultatione,& lætitia: ad Euſtachij fanum apud Vetturios illa deſedit. Primores autem Patrum eã mane, veſperique, officij gratia ſalutabant: magnificentiſsimique in comitijs ad conſpectum eorum ludi ſunt ęditi: ſaltauitque vterque publice ad tibias: bulla ad hæc aurea tribus gemmis prædita: precio duorum millium, ac ſexcentorum aureorum, nummum Leonora à Patribus donata eſt: palliolum præterea eidem traditum cum Stragulo cunali vnionibus, Margaritiſque mire intexto. Superbiſsimoque

Sforcia Mediolani principatu potitur.

Pax cũ Alphonſo.

Feder. & Leonoræ ad v. Vr. acceſſus.

Att. publica munera.

biſſimoque conuiuio Princeps Federicum Imperatorem ducaria Aula pu blice excepit,aderantq́;ſimul diſcumbentes primores patrum,& ex Germania,Italiaq́; viri nobiliſſimi:Cæſarq́; ad Foſcarũ cõuerſus dixiſſe fertur: ſe perpetuo Veneto nomini amicũ fore: oĩaq́; ei proſpera optare:ſed preſaga ſe mẽte videre,ꝙ multas calamitates poſteri ſui per armorũ fragores Veneto inflicturi erant Imperio,id quod prorſus iuxta Cęſaris vaticiniũ euenit: nam ciuitas noſtra cum Maximiliano eius filio (vt ſuo loco dicemus) grauiſſimum bellum geſſit.in quo multa Reip.aduerſa cõtigere. Federico poſtea abeunte.Patres in Gallici belli curam animos intenderunt: & ad per-

Not. legẽ. ferendos bellorum ſumptus lex lata eſt:vt Vrbani,peregriniq́ue iudices in Magiſtratibus conſtituti:ſcribæ,miniſtri,cæteriq́ue inferiores ordines tam domi,quàm foris,quocunque nomine cenſerẽtur, qui publicum ſalarium mererent:vectigal fiſco penderent:gratuitamq́ue Reip.operã annui Magiſtratus in vrbe per ſex menſes proximos præſtarent:his conſtitutis, bellũ in Sforciam reparatur:Gẽtiliſq́ue Leoneſſij Imperatoris ductu Veneta arma Mediolanum vſque ſub primos motus peruenere:inde caſtra Soncinũ admota:cuius oppidi muros Venetus bellicis machinis adortus impigre rẽ geſſit:at hoſtis cum viginti millibus hominum ad ſoluendam ſoncini obſidionem in Brixienſem agrum erupit : Gammariaq́ue ſubito incurſu capta. Ponteuicum armis adoritur: interim Veneti bellicis operibus Soncini męnia diiecere : & paulopoſt oppidani territi deditionem fecerunt: inde Romanengium occupatur: & Ponteuicum hoſtis ſubegit. Ad agellumq́ue in Brixienſi agro conſedens ex propinquo vrbem infeſtabat. Quare Leoneſſius non procul ab hoſte opportuniſſimo loco metatus in conſpectu Sforciæ aciem explicauit: pugnatumq́ue eſt ſæpius vario euentu.Florentiſſimæq́ue in vtriſq́ue caſtris erant copiæ:nã in Venetis ad quindecim ęquitum millia,ac ſex peditum,clariq́ue bello duces: in Sforcianis

Validiſſimi.exercitus. maior equitatus numerus, peditum vero tria millia. Sub id tempus & ad Porcianum locum tribus ferme horis atroci marte dimicatum: pariq́; clade diſceſſum:& Guielmus Monferratẽſis cum quattuor millibus ęquitum in Alexandrinos fines tumultuoſe irrupit,omniaq́ue terrore,ferro, ac igne fędata:eadem clades Derthonenſi,Ticinẽſiq́ue agro illata eſt:ad illius autem conatus inhibendos Sacromorus Vicecomes,& Antonellus Burgenſis cum inſtructis copijs à Sforcia miſſi ita ſtrennue rem geſſere, vt hoſtem tumultuario prelio victum continuo finibus eiecerint: nec Alphonſus in ocio deſedit:cuius copiæ Ferdinandi filij ductu in Arretinum agrum profectæ Cortonam ad defectionem tentarunt: inde Folianum à Regijs ex Florentino hoſte capitur:& Aſtur fauentinus Thuſcarum legionum ductor bis victus mille ferme ęquites amiſſit: quo ſucceſſu Arragonia ſigna per Senenſium fines fęliciter vagata. Florentinos non parum territauere: ipſi autem Hiſpanas,Venetaſq́ue opes,terra,mariq́ue metuẽtes, noua cõ-

ſilia

ſilia agitare cœperunt: ne præpotentium hoſtium armis res ſuæ grauiori aliqua calamitate opprimerentur: ſtatuunt itaque ad Regem Galliæ Angelum Acciolum oratorem mittere: qui publico nomine auxilia pro Veteri ſuo in Francorum regnum ſtudio à Rege peteret: vel ſaltem id impetraret: vt Regia authoritate Dux Allobrogum Sforciæ amicus redderetur: Et Renatum Regem hortando, perſuadendoque impelleret: in Aroganenſium inuidiam ad Siciliæ Regnum recuperandum: in qua expeditione militem, & pecuniam pro comparandis terra, marique copijs, ei pol liceretur: Hæc hoſtes extra Italiam ad partes ſuas firmandas agebant: In Ciſalpina vero Gallia multi, varijque fuere armorum conatus: nam à Venetis in Sforcianos ſæpe proſperè pugnatum eſt: oppreſsi, captique eorum equites, arma, ſignaq; militaria adempta: in Brixienſi, Cremonenſiq; agro: nunquàm tamen totis viribus concurſum: pugnã Sforcia detractãte: quod nouũ, incredibileq; penè in Martio Duce viſum fuit: quippe qui militaris diſciplinæ peritiſsimus nulla vnquàm antea prȩlia recuſaſſet, cuius vigorẽ animi, bellicam ſcientiam, armorum vſum, admirabantur Italæ, exteræq; gẽtes: qui toties collatis ſignis, proſperè in hoſtem minori militũ numero depugnarat: nũc tam deſes, imbelliſq; factus, vt laceſsitus prȩlium detracta ret: mirum profectò eſt. ſed fortunȩ fortaſsis mutationẽ peritiſsimus Dux veritus: cunctatior, tepidiorq; ad pugnã reddebatur: potuit, & nouus Principatus armorum ſtudium, ardoremq; frenaſſe: quem tutiorem magis à pugna abſtinendo, quàm fortunã prȩlij tẽtando, reddi poſſe iudicabat: ſed quȩcunq; fuit cauſa, ita euenit: vt ſine vllo certamine copiȩ vtrinq; in Hyberna conceſſere: poſtea ſub vernum tempus Veneti bellum reparantes, in Mantuanos fines irruperunt: Striuerijſq; captis, ac direptis, ingens inde prȩda abducta eſt: Et Vallis Saſina Caroli Gonzagæ ductu eiectis Gibellinæ, factionis hominibus in Venetorum poteſtatem conceſsit: Alphonſus præterea Florentinorum hoſtis acerrimus duas immenſæ, vaſteq; magnitudinis Cetheas conſtruendas curauit: quibus fama erat: ſtatuiſſe eum repentino incurſu Lyburnium ad Arni oſtium occupare: inde, & Piſas, dabantq; ob id Veneti ex fœdere maritima aliquot triremium auxilia: Atq; ex altera parte Gallorum Rex in oratoris Florentinorum gratiã Allobrogũ ducẽ ab armis edicto reuocarat, vnaq; Renatum Regem impulerat: vt copijs cõ tractis in Italiam aduerſus Alphõſum tranſiret: a quo Siciliȩ hereditarium iuſto bello Regnum repeteret. Noui quoq; ex Grȩcia bellorum motus ex audiebantur, Maomethũ Turcorũ Regẽ terra mariq; arma parare: Et iam haud procul a Thracio Boſphoro circa Propontidẽ caſtellũ munitiſsimũ erexiſſe: ferebaturq; Byzantij Imperiũ hoc armorũ apparatu peti, quare Nicola Põtifex enixe ſtudebat: optimorũ patrum veſtigia ſequutus res Italiȩ, Chriſtianorumq; Principum diſcordias (quãtum in ſe erat) cõponere: nec domeſtica coniuratione penè oppreſſus ſanctiſsimus vir tunc id præſtare

Mm potuit:

Ang. Acciolus.

Nota de Sforcia.

Maomethi motus

potuit: nam Steph. Portius inter Romanos ciues nobilitate, & diuitijs potés in eum cum quibuſdam facinoroſis viris nefarie cóſpirarat: Pótificiaq; oppreſſa dignitate, populo Romano libertatem reſtituere moliebatur, ſed re patefacta Portij conatus irriti fuere: Ipſeq; ad ſupplicium tractus meritã mortis damnationé tulit: poſt hęc Romę acta, ſub veris initium Floré tini folianum, quod ſuperiore anno Alphonſus expugnarat: armis receperunt: Et in Gallia Leoneſsius Venetus Imperator dum Manerbiú obſidione præmit: atq; omnia optimi Ducis officia vigili cura ſtudet obire: ſagitta ab hoſte emiſſa ſaucius paucis diebus maximo totius exercitus dolore expirauit: Piccininus iuſſu patrum copiarum Imperium Leoneſsij loco ſuſcepit: qui ſtatim Manerbium noua oppugnatione adortus in ſuam redegit poteſtatem: Inde Paucis diebus, & Quintianum, & à Sforcianis multę excurſiones factæ, multa leuia cum Venetis modo ſecunda, modo aduerſa pręlia varijs locis cómiſſa: poſtea quum iam media fermè æſtas exijſſet. Renatus Rex cum quattuor millibus equitum in Italiam venit: ac ſub primum acceſſum per caducatorem (vt Gallicę gentis mos eſt) bellum Venetis indixit: coniúctiſq; cum Sforcia copijs Manerbium, quod pauloante amiſſum fuerat, recepit: Mox, & Póteuicum: vbi à Gallis in miſeros oppidanos crudeliter ſęuitú eſt: qua immanitate ita territi dicuntur populorum animi, vt cúcta ferè paucíſsimis diebus, quæ Veneti in Cremonenſi, & in Brixienſi planicie habebant: voluntaria deditione Gallus occuparit: coactus eſt itaq; Picciminus ad eam populorum defectionem citato agmine cędere: Brixiáq; profectus vrbé ſua pręſentia cófirmauit: hoſtiúq; repreſsit impetú: in hoc ſtatu Venetę, Sforcianęq; res erãt: quú in Gręcia Byzãtiú terra, mariq; circúuallatum Maomethi arma grauiſsime premebãt: cuius vrbis periculo patrum animi vehemẽter cómouebantur. Itaq; cótinuo decẽ triremes inſtruuntur ad ipſius vrbis pręſidiú. Earúq; Imperiú Iac. Lauredano demãdatur: eundẽ quoq; nauiú lõgarú numerú Alphóſus fuerat pollicitus: ac totidẽ Pótifex, vt triginta triremiú claſſe aliquo modo Chriſtianis rebus opitulari poſsit: quod leuiſsimú in tãto hoſtiliú armorú apparatu auxiliú fuit: Othomanus enim cú trecẽtis bellatorú millibus, & triremibus, biremibusq; amplius ducẽtis, minoribusq; alijs nauigijs prope cẽtum, & quinquaginta, terra, mariq; ad Byzãtiú oppugnandú cóſedit, tenebãt autẽ tunc Gręcię Imperium Cóſtantinus Paleologus Caloioãnis filius, munieratq; vrbẽ tumultuario opere: ac vigili cura ad eius defenſionem milites, commeatus, armaque parauerat: obiectaque eſt ad anguſtias ſinus eximiæ craſsitudinis cathena ferreą, quæ a Gallorum turri per longum ſpacium ad Peranæ Clarę pontem protendebatur: vbi tres Venetorú triremes ex Pótica negociatione reuerſę ad loci præſidium conſtiterant: Affuit, & Cethea vna Lyguſtica eximiæ magnitudinis, cum quibuſdam Gripparijs Cretenſibus. inde tres alię Genuenſium naues ex Chio aduenere: cómeatus, & virorum fortium planè; quibus ſub

Gent. Leoneſsij interitus.

Renatus.

Not. Turcorum copias, circa Byzãtiú.

Paleologus Gręcię Impe.

ſub ipſum portus ingreſſum Turcorum aliquot nauigia occurrerunt:conti nuoq; pugna cōtrahitur. in qua fęda vtrinq; cędes ędita eſt: Demum hoc primo nauali congreſſu victi Barbari ceſſerunt.acceſsit poſteà Ioannes Iuſtinianus natione Lygur cum duabus Cetheis:trecentoſq; ſecum ille habebat bellatores:quorum opera Imperator vſus, eos ad Romanā portā cū Iuſtiniano duce ſuo cōſtituit: Venetis quoq; patritijs Nic. Mollino, Ioā. Lauredano,& Baptiſtę Gritto, qui ea temporum nouitate Byzātij mercaturā exercebant:quædam vrbis loca tuenda.aſsignata ſunt. Turcę interim complures ęneas machinas terra, marique circa mœnia diſpoſuerant: quibus ingens murorum,munitionūq;ruina facta eſt.Ita terreſtribus,maritimiſq; viribus Græci oppugnati Barbarorum impetum vix ſuſtinere poterant:nā vbiq; ſęuus hoſtis imminebat. Auſus tamen Imperatorius miles Veneto, Ligurcq; adiuuāte in Othomanicā claſſem impetū facere,ea ſiquidē à Peranis colūnis pręter oppidi męnia in ſinū traducta fuerat: contracto igitur nauali certamine Chriſtiani numero hominū,nauiumq; inferiores Barbaro facile ceſſerūt:& biremes duę vna Cretēſis,altera Veneta,tormēto hoſtili concuſſę periere:tentauit ex inde Turca Cuniculo vrbem irrumpere:ſed opportune à Gręco itum eſt obuiam:multiq; hoſtiū ſubterranea fouea ſubita, voraciq; flāma ſunt ambuſti: Ad Romanā,Cherſināq; portā interea męnia,turreſq; late prociderant:quo factum eſt: vt aperto aditu Turcæ vrbem ſemidirutam occupare poſſe in ſpem venerant:itaq; terribili clamore, horrendiſq; vocibus per collapſa mœnia vadentes acerrime in Græcos pugnabant:At Imperator intus obequitando ſuos magnis precibus hortabatur:vt patriam,penates,parentes,liberos,coniuges, à Turcorum rabie armis protegerent: præſentique ope circumſeſſo Imperio adeſſent: veniſſe tempus dicere: quo ſi ſolita ſtrennuitate vti vellent: non ſolum Orientalis Imperij Maieſtas priſtinam retineret amplitudinem: ſed aucta quoque in altius excreſceret faſtigium: durarent igitur, hoſtiſq; minas haud timerent: à quo ſi victi eſſent:deſperata omnino venia,omnes ferro caderent: Hęc ille męnia circūuectus ſuis memorare: ſed parum dicta profuere:territis omnibus effera Turcorum rabie: qui iam ad Romani portam Græcos munitionibus depulerant:ac Iuſtiniano graui vulnere affecto; nudata vrbs præſidio, Barbarorum irruptioni patebat; quo viſo.Imperator cum paucis quos ſecum habebat,locum ſtatim ſubijt, tentauitq; vi iam hoſtem alium poſt alium muros ſcadentem repellere: multoſq; ex Barbaris irrumpentes exturbauit: eorumq; repreſsit impetum: verum vbi rem perditam vidit.cęſiſq;,ac fugatis propugnatoribus pene ſolum ſe derelictum cognouit:tum gladio pectus trāsfigere voluiſſe dicitur.inde quia ipſe haud Chriſtianum eſſe adiudicabat:honeſtiorē ad mortē viam meditatus.Imperatoria depoſuit inſignia. ac ſtricto ferro in irrūpentium Turcorū cuneum furibundumq; agmen irruit:fortiterq; pugnando Princeps omnibus ſæculis

Oppugnatur Byzātium.

Paleologi hortatio.

Paleologi memorabilis interitus. memória dignus hoſtili ferro confoditur:Cadenſque ſimul vitam, & Imperium amiſit : illi poſtea media cæſorum ſtrage iacenti,ſanguineque oppleto Maomethi iuſſu caput eſt abſciſum : totaque vrbe , ac caſtris lancea circumlatum miſerabile omnibus ſpectaculum præbuit : in ea trepidatione alijs aliò dilabentibus , ingens mortalium concurſus ad Diuæ Sophiæ templum factus eſt : ibique omnes capti : ac vrbs tota direpta : Nec non Aedes, Aræque Diuorum profanatæ , infandaque Barbaræ impietatis exempla ædita: In hunc modum Conſtantinopolis nobiliſsima Græciæ totiuſque Europæ vrbs à Maometho Turcorum rege capta dicitur: Nuncio expugnati Byzantij Venetias ad Patres perlato : ingenti ciuitas mœſtitia affecta eſt:incredibilis quoque Chriſtianæ genti terror incuſſus:Continuo itaque Nicola Pontifex quinque triremes ſuis ſumptibus Venetijs viris, armiſque inſtruen das curauit : Egit ad hæc cum patribus de pace : in tanto Reipublicæ Chriſtianæ periculo : Sforciam quoque ad id hortatus eſt : omneque ſtudium optimus Pontifex adhibuit : vt Italiæ ſtatum paccaret : Futurumque ſe pacis arbitrum dixit : quam ſiquis peruicaci animo detractaret : fore : vt ille ſtatim diris execrationibus petitus: à piorum cętu excluderetur : Hæc Pontifex: at Veneti de ſuorum ciuium ſalute ſolliciti Bartholameum Marcellum ad Maomethum Conſtantinopolim mittunt:Qui publico nomine ſuos ciues,eorumque res bello captas repeteret: omnia benigne impetrata:reuerſuſq́; Marcellus ſancitam nouã cum Othomano pacem nunciauit:Quam tamen nec probare,nec reijcere patres voluere:rem autem differe tandiu ſtatuerant:quoad pax,fędusque inter Chriſtianos Principes ictum eſſet:turpe enim putabãt:cum Turca cõmuni hoſte pacem habere : quando cum eodem cæteri Chriſtiani Principes bellũ terra, marique gererent : ſed hæc ſuo loco poſtea dicentur : Nunc ad Italiæ res redeo : Sforcia enim receptis . quæ in planicie erant, locis, Rhoadum quoque obſidione cinxit:habentique hic illi caſtra Romanium,Martinengum, Camonicæ Vallis, & Montana in brigentinis oppida voluntaria deditione ceſſerunt:alij quoque populi Rhoadenſes,Vrceani,Soncinenſes,Romanẽgienſes,in Sforcię fidem venere:poſt hęc Renatus media ferme bruma haud ſatis recto, ſinceroque in Florentinos animo per Taurinos in Galliam abijt : Romam autem non multopoſt Chriſtophorus Maurus, & Vrſ. Iuſtinianus, ſummi viri ſunt miſsi. de pace apud Pontificem cum cæteris Italiæ oratoribus acturi : In marique ſub id tempus Iacobus Lauredanus rem præclarè geſsit : nam poſt Byzantij expugnationem in Euboea cum claſſe ſubſederat. oprreſsitque circa Inſulam quattuor Turcorum triremes , ac biremes tredecim , earumque remiges in terram delapſi à proximis accolis : trucidati ſunt : Interim Veneti, Florentini, & Sforcia, quum diu inter ſe armis, belloque decertaſſent, ad pacem inclinati eam his conditionibus confecere : vt Sforcia (præter Abduanam

Margin notes: Cõſtantinopolis capta. — Not. patrũ cõſiliũ — Legati pro pace Romã miſsi. — Iac. Lauredani geſta. — Pax.

nam terram) omnia eo bello ademptaBrixienſis,Bergomatiſq́ue agri tam in montanis,quàm in planicie oppida Veneto redderet: Alphonſus ex Florentinis Caſtellionem retineret: Marchio Mantuanus Carolum fratrem extorrem in ſuum conciliata gratia reſtitueret Ptincipatum: Senenſibus quoque in rebus ſuis à Florentino populo recipiendis conſultum eſt: & vt pax ſanctior, firmiorq́ue eſſet: ſuam Pontifex interpoſuit authoritatem: vix ciuitas varijs antea fortunæ caſibus agitata lętiorem vnquam egit diem: ad ſocias quoque ciuitates lõgo bello feſſas eadem lętitia peruenit: denunciataq́ue pręconis voce publice populo pace ſupplicationes ſtatim in triduum decretę: gratiæq́ue Deo Optimo Maximo, ac cęlitibus pie exhibitæ: euocante poſtea Federico Imperatore ad ſe ex tota Europa Legatos Principum: Zacharias Triuiſanus, & Nic. Canalis à Venetis ad eũ in Germaniã oratores miſsi ſunt: actumq́ue ibi frequẽtiſsimo totius prouincię conuentu: de bello in turcas comparando, nam Barbari Byzãtio capto audaciores, inſolentioresq́ue facti, miro victorię curſu Thraces, Trybalos, Macedonas ſubegere, Boſsinam deinde (quæ eſt Myſsia) oppreſſo Rege, ac ferme quicquid à Thracia Paleologus ad Epyrrum, & Dalmatiæ Mediterranea tenuit: armis perdomarunt: & in Aſia Trapezunthi Imperium fraude euerſum Othomano ceſsit: nullos tamen belli motus Chriſtiani Principes in Tyrannum conciuere: nemo Italorum, exterorumq́ue Potentatuũ Barbaros victoria exultantes armis repreſsit: nemo furori eorum obſtitit: præter Calixtum Pontificem, & Venetos, qui claſsibus ſuis mari infeſſo Chriſtianam rem (quantum potuere) tutati ſunt: non tamen aperto bello res geſta: temperatumq́ue tandiu ab armis: donec profecta à Barbaro iniuria legitima Venetos arma induere coegit: magni interea armorum conatus in Aſia, & Europa fuere: decennioq́ue in domandis illarum regionum populis à Maometho laboratum: quo totius temporis curſu Veneti ab armis quieuere: haud tamen ocioſis oculis, liberoq́ue animo geſta toto decẽnio illius ſpectarunt: ſollicitudineq́ue pleni erant, ac ſi vicinum incendiũ propius haberent: deuaſtante enim cuncta belli furore Maometho: Venetus ſollicitus, inquietuſq́ue haud eſſe non poterat: interim Foſcarus Princeps ſummæ ſapientiæ, excellentis memoriæ, diuini ingenij, magni animi vir. Aucto terra, mariq́; Imperio, poſt quattuor, & triginta Principatus ſui annos, quum ingraueſcente iam ætate (nam octuagenarius erat) parum publica munera obire poſſet, raroq́ue ob effœtas corporis vires in curiam, Senatumq́ue ventitaret: à decemuiris decretum emanauit: vt abrogata foſcaro dignitate nouus in eius locũ Princeps ſubſtitueretur: negociumq́ue datum eſt. Iac. Lauredano vni ex decemuiris. Qui ad Foſcarum iret, atque (vt facundia ſingulari excellebat) decemuirale ei decretum, accõmodata oratione denunciaret: Lauredanus igitur ad Foſcarum profectus, in cubiculumq́ue admiſſus, Patrum mandata expoſuit, ætatemque eius accuſans,

Legati in Germaniã

Turcorũ ſucceſſus.

Foſcari. P. interitus.

quæ ad id conſilij decemuirum animos induxerat: veniam illius facti preca tus eſt, cęderetque interim Foſcarus libens patrum volũtati: poſt multosq; animi, corporisque labores, quibus per triginta quattuor annos in Reip. adminiſtratione tanta cum gloria verſatus fuerat: optatam quietem perci peret: eius enim virtutem nulla vnquam ętas conticeſcet: tum Foſcarus nil animo commotus, ad Lauredanum hilari vultu cõuerſus: Si exiſtimaſſem inquit, quòd Reſp. in his meis ſupremis Principatus annis tam graue mea cauſa moleſtiam perſenſiſſet: ſpõte me hac dignitate abdicaſſem, nec fuiſſem tam iniquus, & ingratus ciuis, qui nõ publicam cauſam potiorem, quã priuatam habuiſſem, itaque Magiſtratus de me ampliſsimi decretum exequi prompto obſequio paratus ſum, & poſtridie ſummo mane depoſitis Ducalibus inſignibus, paruoque innixus baculo, quòd pedibus æger erat, magna propinquorum, affiniumque caterua ſtipatus è Ducario abſceſsit, & quum ad vltimos ſchalæ lapideæ gradus perueniſſet. Aliorum iniquitas ait me hinc expellit. Quò mea merita perduxerant, ac per medium forum ingenti populi multitudine plenum tranſiens: paruam Cymbam aſcendit: & ad domeſticos lares (qui ſunt ad Panthaleonis ædẽ) delatus: paucis poſt diebus audita tripudiantis ciuitatis. De noui Principis creatione lætitia: magno æditu gemitu generoſus ille ſpiritus è corporis vinculis ſolutus ad

Paſchalis Maripe- trus Dux. lxvi. 1457

ſuperos euolauit: defunctum Foſcarum, Ducalia inſignia reſtituta in fune re ornarunt: laudauitque luculentiſsima oratione publice habita Bernardus Iuſtinianus Leonardi Procuratoris filius: Sepulchrumq; ex Pario Mar more, puriſsimoque auro in Minoritana æde ad Aram maximam nepotes illi poſuere: quod hodie adhuc viſitur. Paſchalis Maripetrus Foſcaro adhuc viuenti dux ſuffectus Principatum ſapienter, iuſteque adminiſtrauit: pacemque ab eo traditam ſancte cuſtodiuit. Librorumque imprimendorũ ratio tum primum in Italia reperta eſt, adinuentumque ipſum Germani hominis creditur. Poſt quem Nicolaus Genſon in eo genere laudis maxime floruit: cui multum Veneta ciuitas debet: in inſtituẽdis liberis nobiliſſimo commento. Atque hinc librariæ officinæ plurimæ inſtitutæ equibus multa commoda in addiſcendis diſciplinis ſtudioſi percepere: Paſchalis poſtea quum annis quattuor, & dimidio Remp. innocẽter adminiſtraſſet: diem obijt: & ad Gemellorum ædem elatus ſpecioſo tumulo conditus eſt:

Criſ. Maurus. Dux. lxvii. 1462. Peloponeſſi deſcriptio.

ei Criſtophorum Mauro Patres ſurrogarunt: alteroque eius Ducatus anno cum Othomano Rege terra, marique bellari cœptum qui ad Peloponeſſum occupandam animum adijciẽs Venetos ad arma exciuit: Et autẽ terra ipſa Peninſula Platani folio aſsimilis, trecẽtorum, ac ſexaginta trium millium paſſuum circuitu patere dicitur: inter Aegeum, & Ionium Mare poſita Apie antea, & Pelaſgia, Moreaque vulgo hodie vocata: clarę in ea vrbes Corinthus, Argi, Patraſſum, Londariũ, olim Megalopolis Nauplia, atque alia priſcis temporibus non ignobilia oppida. Ad Septẽtrionẽ circa

Iſthmũ Corynthiacus eſt ſinus:& ex aduerſo Saronicus, vbi Cenchreæ nobiliſsimũ nauale:& in Corynthiaco Lecheũ. erãt aũt Peninſulæ Principes Thomas,& Demetrius fratres,ex alto Græcorum genere nati, qui ſi concordi animo in rebus ſuis tuendis fuiſſent:inanem Maomethi expeditionẽ in Peloponeſſo reddidiſſent:ſed Demetrio rem ad Turcas trahente:ad ſubigendam peninſulam Othomanicis armis occaſio præbita eſt:eam igitur terram Barbari cum maritimo apparatu adorti totam ferè occuparũt:thomasque quum aliquandiu hoſti reſtitiſſet.perditis tandem rebus è Peninſula,græciaque effugit:Romamque ſe contulit: Diui Andreæ capite ſecũ aſportato:quod venerabundus Pontifex circa Mameum põtem obuiam cum clero progreſſus excepit.Sacelloque eius nomini dicato rite condidit: ſublato autem è Peloponeſſo Græcorum principatu. Venetos quoque ex ea terra Othomanus expellere cogitauit: qui oppida nonnulla in ea tenebant:ad propulſanda igitur Barbarorũ arma Veneti validam claſſem ſub Victoris Capellij auſpicijs inſtruxerunt:eoque procurante Iſthmus muniri eſt ceptus,vt hoſti in peninſulam traijciendi facultatem preriperet: Prodigiaque eo anno multa nunciata.In Sabinis Biceps vitulus natus ferebatur:& Romæ pluuia mixta ſanguine viſa. Cometes ad hæc diro aſpectu in cœlo per totum Iunij menſem ab omnibus palam obſeruatus. Nec terremotus defuit:fœdiſsimaque tempeſtas.Quibus prodigioſis violentijs multa ædificia collapſa.Arboresque euulſæ,& circa Benacum Mons in abruptum deſedit.Calixtus poſt hæc Pontifex è vita migrauit:cui Pius eius nominis ſecundus Senenſis patria.Aeneas Syluius nomine Picholominea familia nobili ortus ſucceſsit:& in Peloponeſſo per id tempus terra,marique bellum ardebat:miſſæque ab Italia ingentes à Venetis copiæ ſub Bertoldo Eſtenſe,& Bethino Calcinatio ducibus affuere:nouus quoque Maris Imperator Aloyſius Lauredanus cum valida claſſe acceſsit:qui ſtatim Barbaros à peninſula excluſurus,Iſthmum muro,& duplici foſſa per quadraginta ſtadia ductis egregie communiuit:trigintaque hominum millia eo loco die, noctuque operata dicuntur:perfectumq; eſt quindecim dierum ſpacio totum opus:tentarunt autem Turcæ ad quattuor equitum millia,qui ad Corynthum conſederant:ſubito incurſu Venetum ab inſtituta Iſthmi munitione auertere:ſed fuſi,fugatiq; in tutum citato agmine ſe ſe recepere: tum hoſte abeunte. Veneti Duces leues aliquot expeditiones per Centuriones fecerunt:nam Benedictus Collio Miſiſtratum olim Spartham dictam Lacedemoniorum primariam ſedem adortus præter arcẽ primo impetu occupauit,& Londarium à Ioanne cognomento magno captum eſt: his geſtis Bertholdus cum inſtructis copijs,bellicisque machinis ad Corynthum celebre olim oppidum ire pergit oppugnandum,tripartitoque illud aggreſſus multa,aſsiduaque armorum vi diu fatigauit,nam ad occaſum Bertholdus metatus, ad ortum Ioannes Attelanus, & ad Boream ſub ipſis pene muris

Fratrũ diſcordia.

Nor.prodigia.

Pius II. Põt.Max.

Al. Lauredanus.

Iſthmi munitio.

Corynthi oppugnatio.

muris Lazarus Pontolianus vrbem militum corona cinxerũt: biſque vrbs oppugnatione tentata, priorique Attelanus ſcalis muro admotis munitiſſimum hoſtibus locum his cæſis, repulſiſque, fęliciter ademit: quo occupato in arctiorem barbari orbem redacti aliquantulum ceſſerunt: altera autẽ oppugnatione quum Bertholdus bellica circa mœnia nauiter obiret munera: hortandoque ſuos rem impigre gereret: ſaxo ictus humi ſaucius, ſemianimiſq; proſternitur: quo vulnere paucis diebus expirauit: duce extincto: continuata tamen eſt obſidio, tertiaque oppugnatio renouata. In qua teſtudine miles tectus ad muros intrepide repſit: cœperatque iam dolabris eos perrumpere: verum ſtatim eruptione à Barbaris ex oppido facta. Veneti per Scopuloſa Acrocorynthi latera cum cęde præcipites ſunt acti: audita poſtea aduentantium hoſtium multitudine. Venetus ſoluta obſidione ad Iſthmum ſe recepit: & Argos antiquitus inter reliquas Greciæ vrbes celeberrimi nominis antea ab hoſte occupatas recuperauit: multaque alia egregia belli facinora in ea prouincia Veneti parua manu ædidiſſent: niſi Turcæ ad octoginta (vt ferunt) ęquitum millia ſuis opem laturi, eò celeriter accurriſſent: tanto autem Barbarorum numero impar omnino Venetus Iſthmum relinquere coactus eſt: quo abeunte. Argis hoſtes receptis, incenſiſque poſtridie magno tumultu ad Nauplię męnia adequitarunt: populatoque fęde circũ agro: miles Italus: qui oppidum præſidio tenebat: ſubito erumpens in Turcas deuaſtationi, prædæque intentos impetum fecit: vincenteque egregie Veneto ad quinque hoſtium millia cæſa dicũtur: alij cladem, interfectorumque numerum longe minorem faciunt: biſque leuiter pugnatum ad Naupliam: ac non multa occidione Barbarum ab oppidi munitionibus repulſum memorant: ſed vtcunq; ſit. multa prælia facta conſtat. Quibus omnibus ob copiarum multitudinem hoſtis ſuperior fere fuit relicto deinde valido præſidio Barbarus è Peninſula in continẽtem abijt: & hęc circa Peloponeſſum per æſtatẽ geſta: at in Italia Pius Pont. conciliũ Mãtuę ind.xit, pro decernẽdo in Turchas bello. conuocauitq; ad ſe Regũ, Principumq; oratores. deſignatique ſunt ſtatim à Senatu Veneto Vrſatus Iuſtinianus, & Aloyſius Foſcarenus Legati viri ampliſſimi, & ſub id tẽpus cũ Federico Imperatore Tergeſtinorum cauſa aliquandiu bellatũ eſt: illi enim Iuſtinopolitanos ex veteri æmulatione nouis ſemper iniurijs afficere ſtudebant: commerciaque interdicta: Germaniq́ue negociatores vetiti Iuſtinopolim ire: vt ſoliti erant, bello originem præbuere: ſtatimq́ue patrum iuſſu in Tergeſtinos copiæ ductæ: ſub Antonio Martiano Duce viro impigro: & Vitale Lando Legato: decemq́ue armatorum millia in Venetis caſtris fuiſſe dicuntur: alij numerum extenuant: ſed quantęcunq; fuerint copiæ: Tergeſtum ſtatim admotę ſunt: vrbſque obſideri cœpta: cuius periculo Federicus Imperator motus ſupra ducẽtos Germanos ęquites ad oppidi ſubſidium miſit: ad eos autem inſidijs excipiendos Gauardus Iuſtinopolitanus

Bertholdi interitus.

Turcorũ cædes.

Tergeſti- nis bellum.

nopolitanus cum valido equitatu obuiam profectus eſt: hoſteſq; alio itinere Venetorum occurſum euitantes Tergeſtum incolumes peruenere:ex Vtino poſtea Iac.Ant.Marcellus,vbi prętor erat. Legatus iuſſu Senatus in caſtra venit, ſub eius acceſſum tripartito Veneti metati ſunt: Ad Franciſci portã iuxta tumulum: qui vrbi imminet: prima caſtra locata:altera ab ea parte qua Pucinum itur. tertia iuxta Cherſinã viam: Certatũq; eſt vtrinq; baliſtis,miſsilibus,varijſq; telorum generibus: Erupereque ex vrbe magno impetu cum valido equitatu improuiſi hoſtes:cõtractoq; ſub męnibus certamine pręter cędẽ,ac mutua hinc: inde vulnera ducentos equites Veneti amiſere:Germanuſq; victor ſæpe ferociter in caſtra inuectus, ſæpe & ipſe cum cæde, & ignominia in vrbem compulſus eſt: Diſiecta poſtea crebris tormentorum ictibus magna murorum parte,miles Venetus ad oppugnãdam vrbem è caſtris ſub ſignis ducitur:pręcipuumq; certamen fuit:circa locum,quo murus prociderat: alia quoq; parte ſcalis męnibus admotis quidam penè in ſummum euaſere: ac ſtrennue per horam in cõſpectu ducum legatorumq;vtrinq; pugnatum:ſed vrbe fortiter defenſa miles Venetus infecta re in caſtra redijt, obſidio tamen continuata per totum ferè autumnum:proceſſiſſetq; vlterius tandiu, quoad inimiciſsima vrbs ſeu fame, ſeu alia vi ſubacta, domitaque fuiſſet: Verum Pij Pontificis authoritate bello diſcuſſo Venetus,Germanusque in has pacis conditiones deuenere: vt ſi è Tergeſto Federicus Imperator Venetas copias abduci vellet: curaret contra ipſe:vt Pandulphus Malateſta intra Arimini mœnia Pontificijs armis compulſus in Venetorum gratiam obſidione & ipſe leuaretur:atq; ita (vt inter partes comparatum fuerat) eodem tempore Ariminenſes, Tergeſtinique bello liberati ſunt: Et Malateſta poſt hæc ad Venetorum ſtipendia, accitus in Peloponeſſum aduerſus Turcas tranſijt: Lemnuſq; inſula per id tempus Cominio Pyratha eam dedente: in Venetorum fidem conceſsit: Quam ſtatim Lauredanus claſsis Imperator valido præſidio firmauit: In prouinciam poſtea Vrſato Iuſtiniano Lauredani loco maris Imperio demandato: noua triginta duarum triremium claſsis ex plurimis maritimæ Gręcię orę locis collecta aduenit,quibus ille Aegei inſulas circumuectus in earum ſtatu recognoſcendo ſingulari diligentia vſus eſt: Sed dum hæc mari Vrſatus agit:in terreſtri Patrenſis ſinus ora Nicolaus Ragius, & Ioannes Craſſus cohortis vnius præfecti aliquot expeditiones ſecũdo marte in Turcas fecere: poſtea Franciſco Sidicino, & Cicho Brandollino ductoribus à Venetis ad Mantineam infœliciter pugnatum eſt: Nam ad mille,& quingenti eo die à Turcis, qui ad Talamatam ex inſidijs proruperant, cæſi dicuntur: In quibus Brandollinus ipſe,& Ioannes Attelanus viri fortes fuere: Et circa inſulas nihilo meliore forruna Reſpublica per id tempus geſta eſt: Vrſatus enim claſsis Imperator quum ſupplementum nuper ab vrbe miſſum accepiſſet: cum quadraginta triremibus, ac biremibus, minori-

Certamina circa Tergeſtũ.

Pax.

Lemni deditio.

Vrſ. Iuſtinianus claſsis Impera.

Venetorũ clades.

Nn buſque

buſque alijs nauigijs in Lesbum inſulam ferociter mouit: Mythilenemque oppidum in ea oppugnaturus bellicoſo claſsis apparatu inſulæ portum: qui ad meridiem vergit, ingreſſus eſt: quo infeſto ex agris ingens Turcorum fuga facta: ac tota inſula vehementer trepidatum: tercentique, & amplius ex Barbaris capti Vrſati iuſſu partim pallo affixi ſunt: partim fluctibus merſi: Oppidum deinde expoſitis in terram copijs: & à continenti, & à mari intrepide vir ferox aggreditur: munitionesque milites, ſocijque nauales audaciſsimè ſubeunt: certamenque circa eas muro animorum ardore in conſpectu Imperatoris initum in ſex horas magna ſanguinis effuſione eſt diſtractum: Sed telorum multitudine, violentaq; hoſtium impreſſione repulſi demum Veneti ceſſere: Eaque oppugnatione ad tria millia virorum fortium deſiderata dicuntur: nec ad eam cladem Vrſatus animum remiſit: quin ad vindicandam ſuorum cædem, homo ingentis ſpiritus, accenſus paucis poſt diebus atrociori pugna Mythilenos terra, marique iterum adortus eſt: nihilo tamen proſperiorem habuit ſucceſſum: nam poſt varios armorum conatus pari penè cęde Venetus Barbaro egregie vincente à mœnibus repellitur. nec hac quoque ſuorum clade Vrſatus obſidionē ſoluiſſet: niſi trepide nunciatum eſſet: Othomanicam quinque, & quadraginta triremium claſſem appropinquare: Duoque ad hæc equitum millia auerſa inſulæ parte in littus expoſita breui affutura: Hęc autem ad Imperatorem perlata eius, omniumque animos non parum turbarunt. non expectandas itaque tantas Vrſatus hoſtium vires ratus abeundi conſilium cœpit: ſtatimque cum tota claſſe ex Mythileneo littore gemens, frendenſq; in Euboeam venit: inde in Peloponeſſum delatus Methonem applicuit: vbi rei male geſtæ conſcientia ita doloris acerbitate confectus eſt: vt dimidio horæ expirauit: Semeſtreque per uaria martis diſcrimina Iuſtinianus geſsit Imperiū: eius vero corpus triremi lugubri, ac pullata Venetias aduectum in Carthuſienſem Aedem infertur: vbi magnificentiſsimum monumētū Marinus nepos ei pie erexit, atque hos marmore inciſos tumulus verſus habet: Ille procurator Veneta modo maximus vrbe Vrſatus iacet hic Iuſtinianus eques: Qui Turcos bimati claſsis pręfectus ab Iſthmo Dum fugat, ò Fatum quanta Trophea rapis? Et ſanè clades hęc ad Mythilenem fęda, funeſtaq; fuit, nam ad quinq; hominum millia ferro periere: Et in his Angelus Peſareus Patritius fortiſsimus, multiq; alij bellatores haud obſcuro loco nati, qui militaris honoris memores mortem potius, quàm dedecus pati malluere. Vrſato Iuſtiniano & generis nobilitate, & magnitudine animi ampliſsimo viro extincto: Iacobus Lauredanus eius loco ad Imperium claſsis eſt miſſus: eo autem in Gręciam nauigante. Sigiſmundus malateſta, iam antea in Peloponeſſum profectus Spartham vrbem ſemidirutam recepit: Arx tamen ab hoſte retenta eſt: Nec multopoſt quattuordecim Barbarorum millia in Malateſtam exiguas copias habentem

Mithylenus oppugnatio.

Nota cædem.

Vrſ. Iuſtinianus interitus.

Iac. Lauredanus.

ferociter

ferociter mouere: At ille prudenti conſilio vſus pugna abſtinuit: omneſq; hoſtium conatus partim ingenio, arteque, partim armis ita eluſit: vt nulla ſuis clade illata Barbari inde abierint: ipſe quoque iam hyeme inſtante cōbuſto oppido Naupliam cum copijs ſe recepit. Et Lauredanus dum hęc ad Spartham fiunt: Rhodum armis adortus multiplici clade afflixit: viſq; oppido illata dicitur, ex eo ꝙ iam antea Venetas naues Rhodij in ſuo portu temerario auſu violaſſent. claſſem poſtea Lauredanus in Euboeam duxit. Inde Aegei maris inſulis luſtratis ad Helleſpōti fauces peruenit: vbi per caſtella ad propontidem ſibi ex aduerſo reſpondentia (qui Dardanuli vocantur) in Callipolitanam oram prope Byzantium impetum facere ſtatuerat: Et iam tota claſsis eò curſum intenderat: primuſq; Iacobus Venerius triremē ſuam agens per medios Dardanulos tranſijt: nullaq; alia è Veneta claſſe triremi ſequuta Venerius ſolus inter medios hoſtes relictus eſt, eiuſque triremis crebris tormentorum ictibus petita in apertum adducta eſt diſcrimen: nam multi ex turmis fœde laniati perierunt: Cæterum Venerius vehementi vir ingenio vbi ſe interclusūm vidit: ſuos hortatus iubet illos metum omnem deponere: ac ſub profundam noctem tacito curſu, celerique remorum agilitate Dardanulis ſuperatis per medios hoſtes ad ſuos incolumis redijt: Interim quum res Chriſtianorum Turcica feritate in ſummum adducta eſſet diſcrimen: Pio Pontifice in Mantuano conuentu (vt ſupra demoſtratum eſt) adhortante Principes Chriſtiani in Othomanum ſocijs armis fœdus inter ſe inierunt: Venetiq; primas belli partes alacri animo ſuſcepere; vnde Pius Pontifex, apud quem tunc Reip. nomine Al. Foſcarenus oratorem agebat, In hæc verba pleno Conciſtorio alta voce prorupiſſe dicitur: Benedicti ſint filij noſtri Veneti, benedicta ſit eorum tam pia, tam ſancta intētio, benedicat Deus Chriſtianiſsimam Remp. & Senatum eorum adiuuet: Eiſq; honorificentiſsime aduerſus Turcas præſtet victoriam: Primuſq; ille Roma magna vi mortalium ad famam piæ expeditionis ad eum in vrbem confluente: Anconem venit: nec multopoſt affuit illi hic ſedenti à Pōtifice per literas euocatus Chriſt. Mauro Venetorum Princeps cum decem triremibus militari, bellicoq; apparatu egregie inſtructis: ac vna breui Philippus Burgundię Dux affuturus erat: Deſcendenſq; è triremi ſua Maurus Princeps Ducalibus cultus inſignibus exceptus eſt à compluribus Cardinalibus, & quum equum ornatiſsimum aſcendiſſet. medius inter duos Cardinales ad Palatium Apoſtolicum acceſsit, vbi pridie Pontifex occubuerat, & ingreſſus Cardinalium conuentum, cui præerant tres illius ſupremi ordinis Antiſtites, Maurus Princeps poſt mutuas ſalutationes medius eminentiori loco inter Cardinales conſedit, ſtantibus quattuor Conſiliarijs Venetis: Qui cum Mauro Principe officij cauſa Anchonam venerant, breuemq; ſermonem ille primum exorſus Venetas vires in hac expeditione Apoſtolicæ ſedi obtulit: Secutuſque poſtea Foſcarenus

Lauredani cōſiliū.

Not. Iac. Venerii virtutē.

Fœdus in Turcos.

Pii Pont. verba.

Chri. M. P. claſſem aſcendit.

orator Reip.cauſã amplioribus verbis in Publico Cõciſtorio egit: Literas autẽ quas ad Maurum Principem antequàm moreretur, Pius Pont.miſit: hic inſerere placuit, vt earum ſplendor,& grauitas lectoris oculis ſubijciatur: Pius II. Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei. Dilecto filio nobili viro Chriſtophoro Mauro Duci Venetiarum ſalutem,& Apoſtolicam benedictionem. Quod iam pridem occulto concepimus animo,nũc in lucem venit, & omnibus patefactum eſt,æſtate proxima in expeditionem contra Turcos exibimus,& Apoſtolicus ſacer Senatus comes erit: nec deerunt robuſtæ militum cohortes. Quæ nobis oratione pugnantibus ferro dimicent: decretum noſtrum publice lectum eſt. xj. Kalendas Nouembris in auditorio noſtro,quod promiſsimus fauente altiſsimo perficiemus, neque irrita inuenientur verba noſtra,quanto per facultates licebit,tanto fortiores in bellum proficiſcemur,comitabitur & nos Deo propitio dilectus filius Philippus Burgundiæ Dux.ex alto Francorum genere natus. Quem validas,& expertas in armis copias adducturum non dubitabimus. Spem non paruã in eius exercitu collocabimus:nec minorem in claſſe tua,quam pauloante in Peloponeſſum nauigare iuſsiſti:cuius egregia facinora & priſcis æquanda mirabilibus referuntur,perſeueraturam hanc in Bello contra Turcos nobiſcum,& cum præfato Duce,fiduciam gerimus: quoniam cum oratore tuo ita conuentum eſt:nec dubium nos habet, quin totis conatibus hoc bellum adiuues,quod pro fide catholica ſuſcipitur. Hęc quamuis magna ſint:proſperitatemque haud dubiam promittere videantur: multo tamen & maiora,& clariora eſſent,victorięque certiorem ſpem pręſeferent, ſi tu ipſe in bellum ires:teq; nobis adiũgeres,Reip. Venetę ductor, & Princeps: multum in rebus bellicis authoritas valet,& Maieſtas, ac gloria Principũ: terrenturque ſępe magnis nominibus hoſtes:& fama magis,quã re ipſa diſſipantur:multum(crede nobis)afferet terroris inimicis noſtris magni Burgundię Ducis pręſentia:nos quoque propter Apoſtolicę Sedis dignitatem hoſtilem metum nonnihil augebimus,quòd ſi tu pariter acceſſeris Bucinatoria naui,& Ducalibus ſublimis inſignibus: non Gręcia ſolum, ſed Aſia quoque,& omnis exterrebitur oriens:nec dubium: quin ſimul iuncti pro ſancto Euangelio,proque gloria noſtri Dei,authore ipſo res clariſsimas gerere valeamus. Hortamur igitur nobilitatem tuam, vt noſtro in hac parte deſiderio ſatiſfacere non poſtponas:accingere huic bello,atque res tuas ita diſponito:vt nobis mare ingredientibus pręſto adſis apud Anconam te nobis coniungere:erit Reip. Venetę valde glorioſum:& Reip. Chriſtianę admodum ſalutare:tu vero ęternę vitę pręmia conſequeris:ſcimus apud Venetos non eſſe nouum,vrbis Principem in claſſem deſcendere: ac bellum gerere:quòd ſi vnquàm licuit:nunc maxime licet:quãdo pro religione certamen adeſt:& Chriſti Saluatoris cauſa geritur:veni ergo fili, neque laborem recuſas:quem nos ſponte ſubimus:neque te ſenem dixeris, tanquam propter

Pont.literæ.

Nota.

propter ętatem debeas excuſari. Philippus quoque ſenex eſt,& multo longiorem, quàm tu ipſe facturus eſt viam,& nos etiã ſenectus inuaſit. annos duos de ſexaginta natos, accedunt morbi, qui nos dies, ac noctes vrgent: nec tamen detractamus, in bellum ire: noli tanquã ſenẽ, aut debilem huic tam ſancto,& tam neceſſario bello te ſubtrahere: conſilium tuum,& authoritatem quærimus: nõ lacertorum robur: aut alias corporis vires: quod Philippus in bello præſtabit: hoc ex te deſideramus: cura, vt venias, tres erimus in bello ſenes in trinitate Deus gaudet: trinitatem noſtram cœleſtis trinitas adiuuabit:& ante oculos noſtros cõteret hoſtes: expeditio iſta Senum appellabitur: quia ſenes bello præerimus: iuuenes tamen brachia exercebunt:& pugnam conferent, atque hoſtem conficient: verum conſilio, ductuque noſtro præclara res eſt: ad quam te inuitamus: fac ne deſis. Nec mortem metuas: quæ vitam tribuit meliorem: moriẽdum eſt etiam omnibus in hoc ſeculo: nec quicquam melius eſt, quàm bene mori, nec honeſtius mori licet, quàm in cauſa Dei, veni ergo,& conſolare nos, aut cum victoria reuertemur: præſtãte domino, aut ſi aliter in cœlo decretum fuerit: eam ſortem feremus: quam dabit diuina pietas: nobis male eſſe non poterit: voluntatem noſtram cœleſti beneplacito ſubijcientibus: Dat. Romæ. Anno incarnationis Dominicæ. M. CCCCLXIII. octauo idus Nouembris: Cuncta igitur armis terreſtribus, naualibusq; obſtrepebant: nam hinc Italia, Germania, illinc Gallia, Hiſpaniaque nouum, magnumque neſcio quid in Turcas moliebantur: quum repente Pius Pontifex medio belli ardore intra paucos dies morbo extinguitur: ſoliique poſt eius obitũ Veneti tanti belli onus ſuis viribus multos per annos ſuſtinuere: nec quiſquã Principum opem eis vllam vnquàm attulit: quin cum riſu illi clades ſuas ſpectarunt: Succeſsit Pio Paulus huius nominis ſecundus. Patria Venetus: ex Barborum familia ortus. Quæ ab Aeneobarbis, gente olim Romę illuſtri originem re,& nomine vere trahit,& tam celſa corporis ſtatura, atque eximia oris venuſtate fuit, vt omnium animos admiratione impleret, Formoſique.ij. nomen Paulus (vt in vitis Pontificum platina ſcribit) imponere ſibi voluit, quod id maxime ſibi nomen conuenire videretur, propter Heroicam corporis formam, ſed Cardinalibus quibuſdam admonẽtibus Eccleſiaſticæ hiſtoriæ non ignaris, quid poſt obitum Formoſo primo obuenerat, cuius corpus è tumulo à populo Romano extractum, digitiſque mutilatum fuerat, ab eo nomine abſtinuit, ne Põtificia Maieſtas tam fędi caſus memoria ſordeſceret: ad eum autem Patres decem oratores congratulandi publico nomine cauſa primores Senatus hoſce deſtinarunt: Al. Foſcarenum iuriſcõſultum, Triadanum Grittum, Vict. Capellium, Hier. Barbadicum, Zach. Triuiſanum equitem,& Philoſophum, Nic. Superantium, Pet. Mocenicum, And. Leonum, Nic. Tronum,& Hectorem Paſqualicum, at in Gręcia terra, marique res parum proſperæ Venetis fuere: nam quum Malateſta

Pii Pont. mors.

Paulus.ii. Põt. Max.

Legati ad Pont.

lateſta exiguas haberet copias:Barbariq́ue ad decem ęquitũ millia in Laconiam citato agmine veniſſent: diffiſus ille militum paucitati ſub hoſtiũ acceſſum Mantineam cum ſuis in tutum abijt: Turcæ autem Pythimam ſubito adorti per multam oppidanorum,militumq́ue cædem vi capiunt: nec minor quoque maritima ſub Victoris Capellij auſpicijs expeditione clades acceſsit:qui poſt præclara aliquot in Salonicenſi ſinu,& circa Pyreũ in Turcas ædita facinora,vbi Larſum,Himbrum, & Athenas, nobiliſsimã Græciæ vrbem,ac terreſtri,maritimoq́ue olim potentem Imperio cœpit: dum nouiſsime his ſucceſsibus elatus ad Patrenſe oppidum expugnãdum animum adiecit:expoſuiſſetq́ue in terram præter turmas,ſocioſq́ue nauales ducentos ęquites:quorum Nicolaus Ragius,& Iacobus Barbadicus ductores,præfectiq́ue erant,oppidum terra,mariq́ue aggreditur: ad prædã q; potius,quàm ad pugnam miles intentus ſine Imperio temere ad agreſtum ſuburbana tecta diripienda diſcurrit:in hunc vagum, Palantemq́ue trecenti Barbarorum equites ſubito impetum faciunt:accurrit Barbadicus Legatus magna armatorũ manu:Ragius quoque equeſtri acie adeſt: ſtatimq́ue pugna atrox committitur:ſed Turcæ equorum agilitate à fronte,à tergo,à lateribus,incurſantes pugnam ferocem ędunt:territantq́ue noſtros: iniectoq́ue ſemel pauore confuſos,circũuentoſq́ue eos ferro trucidant:tũ aperta fit fuga:cędesq́ue fęda oritur:Turcis ex inſito in Chriſtianũ nomẽ odio

Not. cladẽ nemini parcentibus:in ea trepidatione Barbadicus Legatus Mula ſedens dum forte ſuos monendo,hortandoq́ue à fuga reuocare tentat: vi, impetuq́ue hoſtium in anguſtum locum compulſus, & ad terram inter vepres,

Iac. Barbadici caſus. & Arbuſta deiectus,à multitudine ęquitum(necquicquam ope ſuorũ implorata)obtritus expirauit,eius corpus poſtea paludamento cognitum Patrenſis arcis loco eminentiori Barbara feritate hoſtes pallo affixere: Ra-

Not. Turcorum impietatem. gius quoque in Turcorum poteſtatem redactus viuens & ipſe pallo infigitur:milleq́ue ex tanto numero (cæteris ferro oppreſsis) è manibus hoſtiũ elapſi euaſerunt:nec Capellius tamen ad eam cladem turbatus animum remiſit:ratus huiuſcemodi incommodum potius ſuorum temeritate, quam hoſtium virtute acceptum fuiſſe:octauo itaque poſt die copiæ iterum ad oppugnandam vrbem ſub ſignis mittuntur: ea autem circũuallata hoſtes ferociter improuiſo egreſsi in Venetos irruunt:pręlioq́ue ſub mœnibus cõtracto,quattuor circiter horas atrociter vtrinq́ue eſt pugnatum. Demum viſa in ſummo cliuo caſtris propinquo ęqueſtri Turcorum àla, tantus terror animos noſtrorũ inceſsit, vt extemplo in fugam Chriſtianus miles ver-

Noua clades. ſus,profligatusq́ue fuerit:deſideratiq; ſunt ad mille,& reliqui prçcipiti, tremebũdaq́ue fuga ſe ad naues recepere:quare Capellius duabus fractus cla-

Vict. Capelli mors dibus inde continuo in Zacintum tranſmiſit:poſtea Methonem, ac demũ chalcidem,vbi mœrore animi ob duplicis pręlij aduerſam fortunam confectus intra paucos dies expirauit: Iac. Venerius defuncto Capellio tandiu

claſsi

claſsi præfuit:donec tertium Iacobus Lauredanus Imperator in demortui locum creatus in prouinciam venit:is vero incredibili vſus vigilantia omnem maritimam oram ab hoſtium incurſu ſtrĕnue tutatus eſt: nullumq́ue eo claſſem ducttante Venetis rebus incommodum mari illatum, & Paulus Pontifex patriæ dignitatem amplificaturus Ioannem Michaelem,M.Barbum,& Ioan.Baptiſtam Genum,Nepotes,affineſq́ue ſuos in numerū Cardinalium rettulit:ac ſub id tempus Italia Principum quorundam diſsidio agitata.In non paruos incidit belli motus: nam Bartholameus Collio ab Angelo Acciolo,& Nic.Sudorino Florentia extorribus impulſus, in Flaminiam ſubito cum validis copijs irruperat:magnoq́ue populis Italiæ pauore incuſſo: omnia ferro, igniq́ue vaſtabat: ad eius autem conatus euertĕdos Ferdinandus Rex,Galeatius Mediolani princeps, & Florentini, fęđus ſtatim,inter ſe percuſſere:paratoq́ue exercitu ſocia arma ſub Federici Vrbinatis auſpicijs in Collionem illata ſunt:pugnatumq́ue ad Molinellam in Bononiĕſis agri finibus:tanta hominum ſtrage,vt nulla noſtræ,priſcæq́; ætatis memoria maiore armorum cōtentione in Italia certatum dicatur:neutro autem fortuna inclinante,atrox dirĕpta eſt pugna:Venetis poſtea adnitentibus collio citra Padum cum incolumi exercitu ſe recepit: inde pax ſequuta quietem Italię reddidit:in Græcia tamen bellum Veneti cum Turcis gerebāt:nouuſq́ue claſsis Imperator Nic.Canalis Lauredani loco creatus eſt:qui ſtatim duabus triremibus domo profectus in Euboeam venit: vnde cum viginti longarum nauiū claſſe digreſſus Villas,& Vicos in Theſſalonicenſi agro diripuit:mox Lagoſticium oppidum aggreſſus facile ſubegit:claſſeq́ue nouis ſupplementis aucta. Oenum in maritima Thraciæ ora ad Hebri oſtium vrbem olim celebrem vi cœpit:nec multo poſt & noua folia:quibus locis ingens præda parta eſt:ac ad duo millia captiuorum in ſeruitutem abducta: ſub Vernum autem tempus validam è Byzantio claſſem Turcæ educentes Lemnum Inſulam primo curſu petiere: in qua coccinum oppidum adorti occuparunt:ac captum,direptumq́ue incendio abſumpſerunt: indignitate rei motus Canalis eò ſtatim contendit. Sed hoſte iam inde digreſſo in chalcidem redijt:hic quinque, & triginta triremibus in vnum coactis ad Euboeę,maritimæq́; illius oræ præſidium claſſem inſtructā tenebat:Ducaini interim fratres Alexius, & Nicolaus, Epyrrhotæ,armis inter ſe diſsidentes,ad Drynonis ripam collatis ſignis conflixere: hi enim diuerſa ſequuti arma epyrri Principatum quilibet eorū ſibi aſciſſere conabatur:proinde Nicolaus ad Venetas opes confugit:milleq́ue is, ac ducentis ęquitibus,peditibuſq́ue contractis,cum Ioſepho Barbaro legato in Alexium mouit:qui & ipſe mille Turcos ęquites Othomani ſequutus arma contraxerat: pugna igitur commiſſa Alexiani fuſi, fugatiq́ue ſunt: Octingentiq́ue ex Turcis eo conflictu cecidere: & hæc terra: mari autem Canalis adhuc in Euboea erat:quando centum,& amplius Turcorum triremium

Italiæ motus.

Nic.Canalis claſsis Imp.

Oenum à Canale captum.

Turcorū cædes.

remium claſſem circa Tenedum apparuiſſe vulgatũ eſt:id autem Venetus pro incerto habens, cupidusq́ue veritatem explorare: Laur. Lauredanum virũ impigrum ſtatim cum decem triremibus mittendum curauit: ad rem certius inſpiciendam.cum huius generis mandatis: vt ſi ſexaginta, & non amplius hoſtem longas naues habere cognouerit:in eum continuo proras dirigat:pugnamq́ue capeſſat:affuturum ſe ſtatim ſubſidio cũ reliqua claſſe:ſed ſi plures eo numero triremes eſſent:cõgreſſum euitaret: his acceptis Lauredanus Fr.Quirinum cum vna triremi ad ſpeculandam hoſtium claſſem præmiſit:qui(vt iuſſus erat)profectus ingentẽ nauium numerum Barbaros habere cognouit:ſtatimq́ue ſigno dato quum iam Veneta claſsis in hoſtem enauigare cœpiſſet:retro auerſa Paleocaſtri portum tenuit: in tutũque necquicquàm per multum maris ſpacium Turca inſequente: Canalis cũ tota claſſe abijt:& Barbari amiſſo obſcuritate noctis Veneto in Schyrum inſulam curſum detorſſere:oppidumq́ue quod in ea eſt, armis adorti ſumma vi oppugnabant:in eos autem præſenti certamine occupatos decem triremes Canalis immiſit:quarum infeſto incurſu ita Turca vexatus eſt:vt ex Schyro ſoluta obſidione ſtatim abſceſſerit:& inde in Euboeã cũ potenti claſſe tranſmiſit:vbi Stora,& Baſilicone oppidis expugnatis,atque incenſis,recta poſtea ad fatalem Chalcidis expugnationem profectus eſt:

Noc. Canalis man datum.

Euboeę deſcriptio.

Sedet autem Euboea(vt de ſitu inſulæ pauca ſubijciam, ęgeo mari poſita. Inter duo promontoria Geraſum ad Atticam vergens, & Caphareum ad Helleſpontum,Boetięque auulſa per certum,quinquaginta millia paſſuũ, circuitus autem eius trecẽta,& ſexaginta ſtadia excedit:multas vrbes olim inſula habuit. Pyrram, Portamum, Heſſum, Cerinthum, Oreum,Dium, Achaliam, nunc tantum Chalcidem:è cuius regione incontinenti Aulis ſita eſt:modicusq́ue interfluit Euripus:qui ponte iunctus tranſcẽſum ad inſulam ex continenti præſtat:Othomanus igitur cum centum viginti millibus Turcorum Byzantio digreſſus per Boetiam affuit:copijsq́ue in inſulam ponte traductis:ad Diui Marci fanum mille circiter paſſus à Chalcide caſtra poſuit:innumerisq́ue circa vrbem fixis Tentorijs,collocatisq́ue pluribus locis ad concutienda męnia bellicis machinis,ter totis viribus Othomanus terra,mariq́ue vrbem oppugnauit:ex qua hoſtes magna ſemper cęde repulſi ſunt:Veneta interea claſsis dum armis res circa Chalcidem geritur:ex proxima Euboeę ſtatione ad comparandum commeatum in Cretã conceſsit:inde cibarijs celeriter expeditis diſcedens,ac ſeptem Cretenſibus onerarijs cæteræ claſsi adiunctis,ad priſtinam ſtationem redijt: fama autẽ Chalcidicæ obſidionis Venetias perlata ingentem curam,ac metum ciuitati iniccit:quare Patres ad potentiſsimi hoſtis conatus repellendos quot quot triremes expedire,inſtruereq; potuere:alias poſt alias irrequieto curſu ad Chalcidis ſubſidium mittendas curarunt:verebantur enim futurę cladis quaſi præſcij:ne nobiliſsimam inſulam furens Turca expugnaret: qua occupata

Chalcidis obſidio.

occupata omnem breui poſtea maritimam Grecię oram, cunctaſq; ægei, Pamphiliq; maris inſulas vſq; in Syriam armis ſubacturus eſſet: Canalis interim vt ſuis opem ferret: cum tota claſſe ad anguſtias Euripi peruenit: pleniſq; velis, ventoq;, & aquis ſecundis in hoſtem ferebatur: tum vero Chalcidenſes recreari: qui iam triceſimum diem pugnando feſsi, ferocem hoſtẽ pertulerant: proditioq; in vrbe atrox detecta erat: cuius Thomas Illyricus auctor habebatur: is igitur perfidiæ conuictus magiſtratuum iuſſu ſtatim trucidatus eſt: tot malis Chalcidenſes circumuẽti in Veneta claſſe ſpes omnes ſuas repoſuerant: Eam die, noctuq; in ore habere: Canalis Imperatoris opem implorare, ad eũ ex ipſis męnibus ſupplices manus tendere, tũ quattuordecim ex tota claſſe triremes viris, armiſq; optime inſtructæ, & Onerariæ duæ ſub Barth. Minij viri fortiſsimi, ductu ad mille paſſus ponti appropinquarunt: in quem vento, & mari ſecundis agi videbantur: vt eo diſiecto, Barbarum ſubito impetu inuaderent: ferunt Othomanum ad hunc Venetę claſsis motum exterritum, de fuga cogitare cępiſſe: conſcendiſſeq; equum expeditiſsimum: vt ſtatim ex inſula (donec integrum eſſet) in continentem abiret: Sed à Maometho Aſiaticę orę pręfecto (quem Baſſan Turcę vocant) admonitus, ne id faceret, fore, vt ſi inde arrepta fuga abiret: Et claſsis, & exercitus Regis vulgato diſceſſu vno tempore in ſummum adducerentur diſcrimen: Quin potius vrbem ipſam atrociſsima terra, marique ad incutiendum maiorem terrorem ſub profundam noctem oppugnatione adoriretur: Eamq; militi diripiendam Regio edicto proponeret: Maomethi conſilium Othomanus ſequutus, cõtinuo ſuos ad nouum, vltimũq; certamen reuocat: ingẽtiaq; proponit pręmia: qui primus Othomanica ſigna in muris ſtatuerit: ſub obſcurã igitur noctẽ & copię terra, & ex Euripo claſsis męnibus improuiſo magnis Barbarorum clamoribus admota eſt: pugnaq; atroci vrbem ex omni parte ferox hoſtis fatigat: In tãto diſcrimine Chalcidenſibus conſtitutis, omnes è Venetis triremibus conuerſi ad Imperatorem vno ore clamabant: vt ſuppetias actutum ferri iuberet: paratos ſe vel vincere, vel fortiter pro ſociæ ciuitatis ſalute occumbere: Piccemani fratres Cretenſes nobili familia orti, onerariæ vnius præfecti, primas partes ad erumpendum ſibi dari efflagitabant: pontemque impetu nauis reſciſuros pollicebantur: aut (ſi fata obſtarent) non dubitaturos, ſe, & ſuos (vt viros fortes decet) morti obijcere: Vetat Canalis Imperator eos, & alios, quicquàm temere agere, reliquam claſſem expectandam cenſet: quę proximo loco ad Politiam ſubſederat: ac ſtatim mittuntur, qui eam accerſſerent: Chalcidenſes interim tota nocte dimicando defeſsi ægre iam Turcorum armis reſiſtere poterant, magiſtratuum pręſentia eos non parum confirmabat: Aderant enim Paulus Eritius vrbis prætor, Ludouicus Calbus præfectus, Ioannes Bondimerius Legatus, Aloyſius Delphinus Quæſtor, ac plerique alij patritij viri, qui militum, oppidanorumque

No. Othomani Regis metũ.

Not. Maomethi cõſilium.

Not. Piccemanorũ fratrũ pollicitum.

Att. Canalis ſegnitiem.

Chalcidis Rectores.

Oo

oppidanorumq; ſtationes obeundo, ſingulos hortabantur: At miſeri Chalcidenſes amicę claſsis auxilio deſtituti, vulneribus, inedia, peruigilioq; affecti, quum tota nocte inceſſanter dimicaſſent: atq; amplius non poſſent: circa ſecundam diei horam propugnacula, ſtationesq; deſeruerunt: tum hoſtes (nudatis defenſoribus muris) irruptione ſubito facta vrbem capiunt: fęſsimamq; ædunt cædem: ac armati, inermeſque pariter obtruncantur. In pubereſque víque crudele ferrum diſtrictum: cæſi quoque magiſtratus alij alio loco: nam Al. Calbus in foro fortisſime pugnans interficitur: Bondimerius, Legatus in priuatis Aedibus Pauli Andriotij: Quò confugerat: Eritius autem ex munitiore loco vbi ſe tenebat. Sub Othomani fide digreſſus ad conſpectumque eius adductus crudelisſimo mortis genere interemptus eſt: nam cauillatus immanis tyrannus pollicitum ſe fuiſſe ceruici, nō lateribus parſurum infanda perfidia hominem medium ſecari iuſſit: magnaq; in omnes crudelitate vſus eſt: in vltionem cædis ſuorum circa Chalcidem paucis illis diebus amiſſorum: quibus obſidionem tenuit: nam ad quadraginta Turcorum millia conſtat in caſtris deſiderata: & in vrbe ſupra quinque millia: Cæſorum capita publice ante Patriarchæ Aedes ad Franciſci fanum coaceruata luctuoſum, horrendumque omnibus ſpectaculum prebuere: Et Cadauera ipſa pasſim iacentia ne poſtea ſuo fętore cęlum inficerent: in proximum Euripum nuda ſunt proiecta: Othomanus autem validiſsimo ad Chalcidem præſidio relicto, terreſtri itinere cum reliquis copijs ex inſula exceſsit: Byzantiumque eſt reuerſus: Claſsis quoque Euboico relicto littore Chium venit: hoſtemque eò Canalis ſecutus ad delendam Chalcidicam ignominiam, prælium expetebat. nam mirifice claſſe aucta, quę centum habuit triremes. Turcam medio mari aggredi Canalis ſtatuerat: ſperabatque hoſtem poſſe vincere: Quum is ad Venetæ claſsis conſpectum fugam meditari cœpiſſet: nam ob turmarum infrequentiam: quarum maior pars ad Chalcidem perierat, certus erat, nullo modo congredi, verum tanta vincendi occaſione Veneti vti neſciuere: quibuſdam triremium pręfectis negantibus cum victore Turca minime dimicādum eſſe, ne Reſp. in apertum diſcrimen conijceretur: itaq; ſine vllo certamine Veneta claſsis ad Cæam inſulam iuxta Euboeam vnde venerat, reuerſa eſt: Barbarus vero vbi per ſpeculatorias Scaphas cognouit, Venetum receſiſſe: omniaque paccata eſſe: nauigationis ſuæ curſum in Helleſpontum libero mari proſequutus in tutum abijt. Feruntque Boſphori anguſtijs ſuperatis Barbaræ claſsis præfectum ad ſuos læta fronte conuerſum dixiſſe: ſatis amice ſe à Venetis habitos fuiſſe: qui frequenti nauium apparatu hoſpitalem toto mari comitatum præſtitiſſent: Chalcidis interim expugnatione Venetias perlata tantus luctus, & mœror patribus, ac vniuerſæ ciuitati iniectus eſt: vt nullus maior percipi, afferrique potuiſſet: omnes vnò ordine claſsis trierarcos, præfectosque odiſſe: ſed imprimis Imperatorem

Chalcis à Turcis capitur.

Eritii crudelis mors

Turcorū cędes circa Chalcidem.

Veneta claſsis aucta.

Not. præfecti Turcorū adagium.

torem ipſum Canalem damnare, deteſtari, qui nullam obſeſſæ ciuitati, ac miſeris Chalcidenſibus opem tuliſſet, ac dum potuiſſet hoſtem facile vincere: elabi eum paſſus eſſet: fit itaque animis accenſis ſtatim Senatuſconſultum, de Imperio ei abrogãdo, vnaque, vt is è prouincia reuocatus, in vincula conijceretur. Pet. Mocenicus eius loco ad Imperium maris mittitur: tentauit interim Canalis: dum hæc domi fiunt: atque Othomanica claſsis abeſt: an Chalcidem inopinato acceſſu recipere poſſet. Claſſe itaque vrbi admota, & expoſitis in terram militibus, ſub Ioan. Trono, Federico Iuſtiniano, & Nic. Mollino ducibus, res primum eo die in hoſtes ſtrennuè geſta eſt: modico poſtea temporis interuallo Barbari ex vrbe erumpentes, Venetos inuadunt: quorum ducenti, & amplius ſub mœnibus fęde obtruncantur: & in his Ioannes Tronus fuit: homo impiger, & cuius virtus maritimis, terreſtribuſque iam pridem bellis enituit: reliqui in fugam verſi ſe trepide ad naues receperunt: Ita infecta re ad Aulidem claſsis relicta Euboea Veneta receſsit: eodemque die Petrus Mocenicus nouus claſsis Imperator cum tribus triremibus eò applicuit: Cui obuiam Canalis progreſſus poſt mutuam ſalutationem quid in animo haberet, expoſuit: conflaſſe ſe centum triremium claſſem, vt Dijs bene iuuantibus, Chalcidem reciperet: veniſſeque in ſpem his viribus vrbis recuperandæ: niſi abrogato Imperio ſibi decedendum eſſet: verum non deſperare omnino euenturum: vt quæ ipſe fruſtra antea tentaſſet: Nouus Imperator fortuna Duce, ac ſua virtute facile perficeret: Ad ea Mocenicus qua erat prudentia. quin age potius inquit. Et tu ſiquid ſpei in recuperanda vrbe reliquum eſt: perge armis agere: nam quod ad me attinet: vel collega, vel comes tua ſequar Imperia: ne publicum impediatur commodum, nullumque recuſabo tecum laborem, nullum periculum, vt extorta è Turcorum manibus victoria in priſtinam res Veneta dignitatem reſtituatur: tum Canalio negante alienis auſpicijs quicquàm auſurum, expeditio intermiſſa eſt: quę dubia, ac difficilis infœlicem euentum protendere videbatur: recepta igitur Mocenicus claſſe, & Canale (vt mandatum erat) in vincula coniecto, quum iã hybernorum tempus appeteret: in Peloponeſſum conceſsit: eo conſilio, vt veris initio, in turcas mouens aliquod præclarum æderet facinus: At Canalis vbi domum venit, perpetua eſt in carnis relegatione damnatus: qui interrogatus à M. Antonio Sabellico Hiſtoriarum ſcriptore (vt ipſe ab eo audiſſe tradidit) qua potiſsimum ratione patriæ deſiderium leuaret: duplici indagine reſpondiſſe dicitur: venetoria, & literaria, nam optimarum artium ſtudia à pueris amplexus inſigni eruditione ornatus erat: Togaque Senator præſtantiſsimus habebatur: ſed arma, ac militiam naualem ſequutus, quæ à Muſis abhorret, omnem amiſsit dignitatem: Nec Mocenici Hyberna, interim in Græcia omnino ocioſa fuere: Sed & naues reficiendas hoc tempore diligenter curauit: Et circa Aegei maris inſulas

Probra in Canalem

Pet. Mocenicus claſſis Imper.

Mocenici verba ad Canalem

Canalis damnatio.

ipſe profectus populorum animos Euboico excidio conſternatos magnis hortationibus erexit: & Patres Chalcidenſis cladis memoria Aſia-
Noui legati. tico bello intenti duos Legatos crearunt: Marinum Maripetrum: & Aloyſium Bembum:qui in Græciam ad claſſem proficiſcerentur: vt cum eis Mocenicus Imperator communi conſilio maritimum bellum adminiſtraret: venit, & Richaienſius ex Neapoli cum decem roſtratis nauibus à Ferdinando Arragonum Rege miſſus:vt Venetam rem aduerſus Turcas ex parte ſua iuuaret:quorũ arma(occupata Chalcide) Chriſtiani Principes non poterant non maxime perhorreſcere:Othomanuſque ob id aliquem nouum,improuiſumque Chriſtianę gentis motum belli reformidãs experiri ſtatuit:an cum Veneto ex regia dignitate componere pacem poſſet:vel ſi id minus obtinuiſſet:trahendo ſaltem tempus. Chalcidicæ cladis memoriam abolere,aut ex parte lenire,diſsimulans itaque pacis deſideriũ Othomanus ex domeſticis vnum Venetias ire iuſsit: qui patres Nouercę ſuæ Chriſtianę fęminæ,ac filię olim Georgij Trybalorum principis nomine admoneret:hortareturque ad pacem cum Othomano faciendam: curauitque vt Legati Byzantium mitterentur: Nicolaus Coccus, & Franciſ-
Legati ad Turcum. cus Capellius,ad hanc legationem profecti ſunt:in Macedoniamque delati ibi cum Turca de pace egerunt:ſed quum conditiones minime placerẽt: legati per literas domum reuocãtur:capelliuſque Byzantij febre correptus interijt:æſtaſque illa Othomani ludificationibus ſine re vlla memorabili acta eſt:quare appetẽte iam Hyeme Arragonia claſsis Neapolim rediјt nonnullæque triremes cum legatis patrum iuſſu domum venere: hoc etiã
Librorum donatio. tempore Beſſario Nicenus Cardinalis vir litterarum ſplendore excultiſsimus plurimos inſignes vtriuſque linguæ libros, præclaraque antiquorum volumina ſacræ ædi Beati Marci dono dedit:atque dicauit: vt elegantiſsima illius cum librorum indice ad Maurum Principẽ patet epiſtola: quod voluminum,Bibliothecæque tantę ampliſsimum munus miro patres excepere gaudio:ac in pulcherrimo,nobiliſsimoque Ducalis Palatij loco Senatuſconſulto repoſitum inter illuſtria hodie,claraq; ciuitatis habetur ſpectacula:literas autem à Niceno ſcriptas cum Senatus reſponſo hic annotãdas duxi:vt præſtantiſsimi viri tum eruditio,tum liberale factum propenſumque in Remp.Venetam ſtudiũ perſpici poſsit:Illuſtriſsimo, atque inui-
Beſſarionis Card. literæ. ctiſsimo Principi Chriſtophoro Mauro Duci Ven. & inclyto Senatui Beſſario Nicenus Card.S. Equidem ſemper à tenera fere, pueriliqúe ætate omnem meum laborem,omnem operam,curam,ſtudiumque adhibui:vt quoſcunque poſſem libros in omni diſciplinarum genere compararẽ,propter quod non modo pleroſque & puer,& adoleſcẽs manu mea cõſcripſi: Sed quicquid pecuniolæ parca interim frugalitas ſeponere potuit:ĩ his comendis abſumpſi:nullã enim magis dignã, atq; præclarã ſupellectilẽ, nullum vtiliorem,præſtantioremque Theſaurum parari mihi poſſe exiſtimabam:

bam:quippe pleni ſunt libri moribus,pleni legibus,pleni religione,viuunt, conuerſantur,loquuntur nobiſcum,docent nos,inſtruūt,conſolantur,reſq; à memoria noſtra remotiſsimas quaſi præſentes nobis exhibent: & ante oculos ponunt:tanta eſt eorum poteſtas,tanta dignitas,tanta maieſtas,tātum deniq; numen:vt niſi libri forēt:rudes omnes eſſemus: atque indocti, nullā fere pręteritarum rerum memoriam,nullum exemplum,nullam deniq́ue ipſi humanarum,nec diuinarum rerum cognitionē haberemus: eadeḿque vrna,quę hominū corpora cōtegit:etiā nomina obrueret: quāuis autē huic rei toto ſemper animo incubuerim:ardentiori tamen ſtudio poſt Gręcię excidium,& deflendam Byzantij captiuitatem in perquirendis libris Græcis omnes meas vires,omnē curam,omnem operā,facultatē,induſtriaḿque conſumpſi:verebar enim,& vehementiſsime formidabam,ne cum cæteris rebus tot excellētiſsimi libri,tot ſummorum virorū ſudores, atque vigiliæ,tot lumina orbis terræ breui tempore periclitarentur:atq; perirent:quemadmodum in ſuperiori tempore tātam iacturam fecimus, vt ex ducentis viginti millibus librorū:quos Plutarchus in Bibliotheca Apami fuiſſe refert:vix mille ætate noſtra ſuperſint:conati autem ſumus(quātum in nobis fuit)non tam multos,quàm optimos libros colligere: cæterū quum hæc mente ſæpe repeterem:parum deſiderio meo ſatisfeciſſe videbar:niſi pariter prouiderem,vt libri,quos tanto ſtudio,ac labore collegerā: me viuo ita collocarentur, vt etiam defuncto. diſsipari, alienariq́ue non poſſent:ſed in loco aliquo tuto ſimul,ac commodo ad communem omnium tam Græcorum,quàm Latinorum vtilitatem ſeruarentur:hoc igitur cogitanti mihi:multasq́ue Italiæ vrbes animo voluenti: ſola tandem veſtra inclyta,atque ampliſsima ciuitas occurrit:in qua animus meus omni ex parte conquieſceret:primo enim non videbam,quem locum eligere tutiorem poſſem:quam eum,qui æquitate regitur,legibus tenetur, integritate,ac ſapientia gubernatur,vbi virtutis,cōtinentiæ,grauitatis,iuſtitiæ,fidei, domicilium eſt:vbi Imperium(vt maximum eſt)atque ampliſsimum, ita æquabile,& moderatum,animi in conſultando liberi, nulli libidini, nulli delicto obnoxij,prudentes Imperij clauum tenent:& boni malis præferuntur:ac priuatorum commodorum obliti totum corpus Reip.vnanimi cōſenſu,& ſumma integritate procurant: ex quo ſperādum eſt:ciuitatem veſtram(quod optamus)indies magis & vires,& nomen propagaturam: deinde intelligebam: nullū locum à me eligi poſſe commodiorem,ac noſtris pręſertim hominibus aptiorem,quū enim in ciuitatem veſtram omnes ferè totius orbis nationes maxime confluant:tum pręcipue Gręci, qui è ſuis prouincijs nauigio venientes Venetijs plurimum immorantur:ea pręterea nobiſcum neceſsitudine deuincti: vt ad veſtrā appulſi vrbē, quaſi alterum Byzantium introire videantur:poſt hæc quomodo poterat hoc beneficiū à nobis honeſtius locari?quàm apud eos homines quibus ego multis eorū in me

Not. librorū copiā, et iacturā.

Laus Venetorū.

Not. Beſſarionis conſilium.

in me beneficijs deuinctus,obſtrictusque eſſem:& in ea ciuitate: quã mihi ſubiugata Græcia pro patria elegiſſem:& in quam aſcitus à vobis,atque ho norificentiſsime receptus fuiſſem? itaque cõſtans mortalitatis meæ: & ingraueſcentem iam ætatem,diuerſosque,quibus affligimur morbos,& cæte ra,quæ euenire poſſunt,conſiderans,omnes libros vtriusque linguæ ſacratiſsimæ ædi Beati Marci veſtræ inclyte ciuitatis dono dedi: atque dicaui: ſentiens talem me animum & excellentiæ veſtræ,& gratitudini meæ,& quã mihi communem eſſe voluiſtis:patriæ debuiſſe:vt vos,ac liberi, poſterique veſtri.Qui me virtute,ac ſapientia veſtra,multisque in me beneficijs adauctum,deditum,obſtrictumque habetis:huiuſmodi laborum meorum imprimis fructus vberes,diuturnosque capiatis:dehinc cæteri: qui bonarum diſciplinarum ſtudioſi erunt:veſtra cauſa capiant:quapropter,& donationem ipſam,& librorum indicem,& Põtificis maximi decretum ad veſtras excellentias mittimus:precantes Deum:vt Reip.veſtræ omnia fæliciter,bene,proſpereque eueniant:& pacem habeat tranquillitatem,ocium,concordiamque perpetuam,valeant excellẽtiæ veſtræ fæliciter:ex Balneis viterbiẽſibus:anno ſalutis M. CCCCLXVIII. pridie Kalendas Iunias. Reuerendiſs.& Illuſtriſs. Cardinali Niceno Chriſt.Maurus Dei gratia Dux Venetiarum.S. Libellum de donatione nobiliſsimæ Bibliothecæ veſtræ vna cũ

Senatus literæ ad Car.

indice omniũ librorũ Duce,& capite elegantiſsima epiſtola veſtra ad nos, quã in ipſius libelli fronte quaſi veſtibulũ præpoſuiſtis: vir nobilis Petrus Maurocenus miles qui oratorem pro nobis Romæ agebat, rediens nuper Munus nobis attulit,Munus nimirum ampliſsimum: conuenientiſsimũq; liberalitati,ac ſapiẽtiæ Reuerendiſs.domini: qui daret noſtræ Reip. ſtudio, & expectationi:quæ receperat:nihil enim magnificentius,nihil honoratius ciuitati noſtræ accidere hoc tẽpore potuiſſet:quã in ea collocari, & domicilium fieri tot præſtantiſsimorũ voluminũ Grecæ,& Latinæ litteraturæ: nihil præterea quod magis teſtatam,& cognitam redderet tum ſummã doctrinã,& bonarum artium ſcientiam veſtram,tum erga nos, & Remp. noſtrã incomparabilẽ beneuolentiam:quandoquidẽ perpetuo dicetur,& ab omnibus decantabitur:veſtrã Reuerendiſs.Dominationem vt doctiſsimum, & ſapientiſsimum patrem,ita etiã Principem,& authorẽ fuiſſe:tã præclari, & late patentis Muneris:ad vſum,vtilitatemque publicã cõparati: etenim ſi Lycurgo ſummo viro gloriæ datum eſt:ꝙ primus Homerũ varijs in locis perfruſtra diſperſum ex Aſia totũ in Græciã reportauerit: quid vobis debebitur?quũ veſtra opera, ſtudio, induſtria,ac demũ munificentia factũ ſit,vt præclara volumina,& literarũ monumenta è tenebris fere in lucem, è Græcia in Italiã,ac demũ è Roma Venetias magno examine Latinorũ, & quidẽ optimorũ reducerentur? erat nobis antea notus, & multipliciter cognitus ſingularis amor,& beneuolentia veſtra erga nos: complura argumenta continue extiterunt:quã conſtantiſsimo noſtrorũ hominũ ſermone,

ne,quanti noſtram,immo veſtram Remp.feceritis:& pro dignitate noſtra laboraueritis,inſigniter declararũt:ſed hoc liberaliſsimum factum veſtrũ, nempe quòd ciuitatem noſtram,& ædem S.Marci pręelegeritis: cui viuẽs dono Bibliothecã ipſam daretis:ſic ſuperauit omnia officia, ſic auxit amoris,& beneuolentiæ vim,vt nihil addi poſſe videatur: reſtat itaque vt pro huiuſmodi veſtro munere(quod libenter accipimus) & vt par eſt, magnifacimus,gratiam veſtrę Reuerendiſs.dominationi habeamus:quando referre hoc tempore non datur:exploratumq́ue habetote:non minori voluptate ipſos libros excepturos,quam ferunt,Romanos matrem Deorum ſuorum,aut Aeſculapium accepiſſe,collocabimusq́; eos in pulcherrimo,& nobiliſsimo loco,hoc eſt in ipſius Palatij noſtri opportuniſsima regione: ita quòd merito Bibliotheca Sancti Marci ædis appellari poterit:interq́ue illuſtria ciuitatis noſtræ ſpectacula cum immortali laude, & gloria veſtræ Reuerendiſs.Paternitatis,ac publica vtilitate habebitur: iamq́ue ex Senatus noſtri conſulto locus,& ſedes ipſa honorificentiſsime deſsignatus eſt: Dat. in noſtro Ducali Palatio die x. Auguſti. M. CCCCLXVIII.

Nec ita multo poſt Maurus Princeps anno adminiſtrationis ſuæ nono, menſe ſexto moritur:ad Iobi fanum ſitus iacet:quod ipſe religionis cultor priuato ſumptu cũ proximo cęnobio extruxerat: eius quoque Principatu pars interior Ducarij veſtibuli ad ſummũ eſt deducta: vbi in fronte circa faſtigium illius ſtatua ex Pario Marmore erecta viſitur:atque aliæ duæ eximij operis primorum parẽtum paulo inferius poſitæ: quas Antonius Criſpus ſtatuarius ea tempeſtate inſignis exſculpſit: Mauro Nic. Tronus ſucceſsit:ſæuiente Aſiatico bello terra,mariq́ue:quod ſoli Veneti Chriſtianis principibus ocioſe ſpectantibus,magnanime per multos annos ſuſtinuere:vt proximo libro enarrabitur.

Mauri P. interitus.

Nic. Tronus Dux. lxviii. 1472.

FINIS.

PETRI IVSTINIANI
RERVM VENETARVM
HISTORIA.

LIBER NONVS.

ERANT Res Venetæ in Græcia Euboea amiſſa parum tutæ: quum potentiſsimus hoſtis vicinis armis in illis oris omnia territaret:quare Veneti ad Paulũ Romanum Pontificem oratores miſſere Ber. Iuſtinianum, & Aloyſium Foſcarenum,Et ad Ferdinandum Regem Zach.Barbarum, qui publico nomine poſtularent,vt in Othomanum communem hoſtẽ pia arma induerent:mittitur quoq; Catharinus Zeno ad Vſſoncaſſanum Perſarum Regem: cum quo aduerſus Turcas fœdus eſt initum: de cuius itinere in Perſas Nic. Zeno Catharini Iunioris filius, vir ſingulari eloquentia præditus Thuſco ſermone elegans ędidit opuſculum:in quo ſumma illius induſtria in tantarum rerum commemoratione facile agnoſci poteſt:nam ab Vſſoncaſſano Rege originem Perſarum repetens multa quæ à Proauo ſuo mandata literis fuere:memoratu digna retulit:Scripſit etiam maritimi itineris peregrinationem,à Nic.Geno gentili ſuo factam:Naufragiumq́ue eius in Iberico Oceano ad inſulam Friſlandam,vbi populorum, gentiumq́ue multarum ſub Polo Arctico mentionẽ facit:quæ noſtris hominibus ignotæ erant: Et cum his hiſtoriam coniunxit de barbaris nationibus, Getis, Meſſagetis, Gepidis, Hunnis, Vandalis, Oſtrogothis,Viſigothis, Longobardis, Gallis,& Arabibus,quorum aſsiduis in Italiam irruptionibus factum eſt: vt Venetiæ fœliciſsimis auſpicijs conderentur:vndecimq́ue voluminibus hæc omnia vernaculo ſermone ſine nominis ſui inſcriptione (quod ſingularem eius modeſtiam atteſtatur) complexus eſt: aliaq́ue complura ad communem omnium vtilitatem ab eo perſcripta propediem in lucẽ venient. Interim ad firmandas partes ſuas Veneti diligentem curam domi adhibebant:At foris Mocenicus cum tota claſſe ex hybernis digreſſus in Ioniç maritimam oram peruenit: Et paſſagium è regione Chij adortus diripuit: multaq; inde præda in naues aſportata eſt.In Lemnum poſtea tranſgreſſus Coccinum oppidum terræ motu concuſſum, ac Turcorum incurſione antea penè deſolatum magna ex parte reſtituit:inde Methonẽ profectus duos ibi nouos Legatos Stheph. Maripetrum, & Victorem Superantium, viros nauali arte inſignes ab vrbe in claſſem miſſos inuenit: quibus procurantibus factum eſt: vt deni equites (qui Græco verbo Stratiotæ vocantur) ſingulis triremibus imponerentur: ſunt

Legati.

Nic.Geni compoſitiones.

Stratiotę.

ſunt autem hi bellatores optimi: & ad rapacitatem proni: Scuto in Peltæ formam vtuntur: & incuruato enſe: ac haſta longiore, Bombiciniſque veſtiuntur thoracibus: Equos quoque habent velociſsimos: quibus proſperas incurſiones, deprædationesque ſæpe agunt: Sedes eorum in Epyrho, maritimaque Peloponeſi ora, his igitur in naues impoſitis ad Aſiaticam oram deuaſtandam Mocenicus ire pergit: Pergamenumque primum agrum incurſat: inde & Gnidium in Chariæ finibus: Claſſe poſtea ex littoribus in altum deducta: Venetus in Delum inſulam Cycladum olim inſignem tranſijt: vbi adhuc Apollinei templi, & ſuperbi Amphytheatri veſtigia, Piramidesque extare dicuntur: cum Coloſſo cubitorum quindecim: Affuitque circa Maleam promontorium Arragonia claſsis ſeptem, & decem triremium, longæque aliquot naues Pontificis aduenere: & duæ Rhodiæ: Quibus Mocenicus cæteræ claſsi adiunctis, maritimam Thabiæ, Coi, Alicarnaſſeorumque oram inuaſit: è Rhodos regione Sitam, ibique expoſiti Epyrrothæ equites incolarum pagos fœde populati ſunt: At Turcæ imbelli turba ad montes præmiſſa: locorum aſperitate freti manum cum Veneto conſerere non dubitarunt, pugnatumque eſt aliquandiu dubio marte: Demum Epyrrhotæ, naualesque ſocij Iacobo Pariſoto claſsis admirato Duce hoſtem loco ſummouent: Summotumque profligant: alij cæſi, alij locorum notitia præruptos ſaltus, inuioſque montium receſſus ſalui petiere: multa autem Cæſorum capita ad Imperatorem delata: captiui etiam multi ex acie à Victore ſunt abducti, cum ingenti, opulentaque præda. Secundum hæc in Samum inſulam cum claſſe peruentum: terræque cultores complurimi à noſtris capti: erga quos multa Mocenici Imperatoris benignitas apparuit, vt non ſolum ille armis: ſed lenitate, & clementia hoſtes edomaret: totamque iam eius fama Græciam implerat: ac Venetæ claſsis formidine vicinæ, remotæque gentes fugam circunſpectare videbantur: In Samo autem tamdiu mora protracta: donec Epyrrhotarum equi longa iactatione feſſi, eſurieque, & fame macilenti in Herbido reficerentur: nam inſula non parum culta mitioris ingenij habitatoribus plena eſt: Apellata olim Parthenia, modo Anthemuſa, modo Cypariſsia, nouiſsime Samos: Vnde paucis poſt diebus Mocenicus cum claſſe digreſſus Attaliam Pamphiliæ vrbem, (quæ nunc vulgo Satalia dicitur) aggredi ſtatuit: eſt autem ea ciuitas omnium maritimarum Aſiæ admodum inſignis: ab Attalo Rege condita: Portum habet ab vtroque latere turribus egregie munitum: cathenaque obſeptum firmiſsima: ad Chelidonias inſulas primum claſsis vniuerſa delata eſt: Conſtabatque ea quinque, & octuaginta triremibus: quarum viginti Pontifex ſub Nicolai Modruſenſis Antiſtitis Imperio miſſerat: Ferdinandus Arragonum Rex decem, & ſeptem: Rhodij duas, (vt diximus) Reliquæ ſex, & quadraginta

Mocenici geſta.

Samos.

Attaglia.

Claſsis Veneta, & ſociorum.

Venetorum erant.exChelidonijs igitur die iam ad occaſum vergente claſ-ſis profecta breui maris ſpacio emenſo ad tertiam diei inſequentis horam hoſtium littoribus eſt appulſa: Statimque Imperatoris iuſſu Victor Superantius cum decem longis nauibus ad portum vrbis occupandum aduolat:parique audacia Maripetrus alter Legatus à continenti ſigna in hoſtem infert, Adeſt & Epyrrota eques:qui ſtatim collem vrbi proximum pręſidij cauſa celeri curſu occupauit:datoque ſigno pugna oritur terra,marique atrociſsima: Tum Superantius triremi inter tela,& ſagittas remis ferociter impulſa: repagulis diſiectis, cathenaque prærupta,primus omnium in medium portum penetrauit: ac turribus occupatis ſuburbana tecta incendit: Direptis prius mercibus ſummi precij, pipere, thure, cinnamomo, alijsque aromatibus: Inde vicina mœnia armis petita:quæ ob earum altitudinem quum difficilem per ſcalas aſcenſum præſtarent: à ſocijs naualibus dolabris dirui cœperunt:in quo facinore dum Rhodiacæ claſsis præfectus incaute muros ſubijt: portamque cum ſuis, vt in vrbem irrumperet: refringere tentat: ingenti ſaxo ſuperne ab hoſte percuſſus interimitur: Et ab altera parte Maripetrus in continenti rem impigre gerebat: Vrbem enim cum fortium virorum manu ad eum locum: qui duplici muro cinctus erat: ferociter adortus, ſtatim admotis ſcalis exteriorem occupauit murum:Barbaroſque è propugnaculis cum multa eorum cæde repulit:vbi vero ad ſecundum:interioremq;peruenit:ſcalis mœnium altitudinem non ęquantibus,Veneta hic hæſere arma,ferunt fœminam Illyrici generis quę diu Turcorum ſeruitutem captiua pertulerat:medio certaminis,armorūq; ſtrepitu,męnia conſcendiſſe: Clamoreque,& hortatione Chriſtianos pugnantes in oppidanorum conſpectu iuuare auſam: ſed quum ex proximis quidam Barbarus ei flagra minaretur, verita virilis animi mulier ne quandoq; pœnas daret: compoſita prius veſte, ſummo muro deſiluit:quæ ſuo pondere ſolo afflicta paulòpoſt expirauit.His apud Attaliam geſtis Mocenicus Imperator,& reliqui Duces videntes oppidum,& mœnibns, & præſidio egregie munitum, nec tam facile capi poſſe,moramque longam periculoſam fore,ob importuoſam Pamphilię oram:quæ vulturno,& auſtro expoſita mare infeſtum nauibus reddit: Soluta obſidione inde abire ſtatuerunt: ſed priuſquàm diſceſſum eſt,ſuburbanis locis ferro, & igni vaſtatis, fœda populatione tota illa Regio deſolata ingentem cladem accepit: Interim Vſſoncaſſani Perſarum Regis orator Azimameth ex vltimis terrarum finibus Rhodum applicuit: vbi Veneta claſsis ex Attalia profecta aderat: qui cum Mocenico Imperatore locutus Regis ſui egregia armorum geſta aduerſus Turcas commemorauit: Quòd maiorem ſcilicet ille Armeniam inuaſerit: In qna prouincia ſæpe hoſtis debellatus Toccatam oppulentiſsimā eius regionis vrbem Perſicis occupatam armis amiſſerit: maioraque Vſſoncaſſanum in Turcas moliturum affirmabat:ſi Chriſtiani

Art. Superantii ſtrēnuitatem.

Not. mulieris caſum.

Vſſoncaſſani Legatus.

ſtiani Principes, & præcipue Veneti in Perſiam ad eum bellica opera, tormentaque ęnea (quorum Perſæ omnino rudes, ignarique habentur) mari mittenda curarent. Sociumque Regem ijs iuuarent auxilijs: Mocenicus benigne Oratoris poſtulata audiuit: gratulatuſque eſt ei publico nomine: de rebus à Rege ſuo in Armenia præclare geſtis: hortatuſque ad hæc illum bene ſperare: fore certo affirmans, vt omnia quæ petiturus aduerſus communem hoſtem veniſſet: facile impetraret. Oſtētataque validiſſima claſſe: eam Regijs obtulit Imperijs: Cum his in Italiam Perſa dimiſſo. Mocenicus, cæterique ductores confeſtim Aſiæ maritimam oram petentes in Othomanum bellum renouarunt: & primum claſſe ad Thermerium Myndiorum promōtorium ducta dextra, leuaq; Epyrrothæ equites, ac ſocij nauales in littus expoſiti, frugiferū agrum paſsim depopulati ſunt: Barbaroſque occurrere auſos ferro proſternunt: ex quibus ſupra centum capita obtruncata, abſciſaque ad naues fuerunt relata: magnus quoque mortalium numerus in prædam abductus: Inde in Naxum tranſmiſſum: Arragoniuſque hinc præfectus cum claſſe ſua: quia iam hybernorum tempus aderat: Neapolim conceſsit: At Mocenicus, Modruſenſiſque Pontificius Legatus Hiſpano abeunte: minime in ocio fuere: Smyrnamque olim nobiliſsimam Ioniç vrbem oppugnare ſtatuunt: admota itaque claſſe miles, nautaque in terram ſtatim exponitur: ac primo impetu ita ſtrennuè, atque impigre rem geſſere: vt hoſte: qui in propugnaculis, mœnibuſque ad cuſtodiam erat: depulſo, vrbem tranſcenderint: territi Smyrnei alij cum liberis, & vxoribus in Moſcheas ſuas confugiunt: alij victori reſiſtere auſi: Ex ſummis tectis tegulas, ſaxa, aliaque telorum genera in Venetum deuoluunt: irritatus itaque Victor per vrbem ferociter diſcurrens obuios trucidat: ædes diripit: incendit, ac ſacra, prophanaque violat: nec non puberes, virgineſque captiuas trahit: Ex quibus trahunt fœminam florenti ætate quum ad naues violentǫ raptu abduceretur: Mariti ſepulchro in quod forte ita abſtracta inciderat: procumbentem hæſiſſe, ac flebili eiulatu ſuper illud ore, cordeque emiſſo, mariti nomen ſæpius vocaſſe, atque quum circa buſtum puella affixa, inhærenſque perſtaret: Et nec precibus, neque minis facile inde diuelli, amouerique poſſet: à temerario milite gladio traiecta eſt: & quo illa voluit, optauitque loco, exanimis relinquitur: Ad captæ vrbis famam Balabanus, qui prouinciam adminiſtrabat: ex proximis ſtatiuis excitus cum tumultuaria Turcorum manu ſubito affuit: In cuius occurſum Peloponeſiacus eques audacter profectus prælium capeſſere non dubitauit: Affuere, & in auxilium turmæ Nauales: Atque æquo marte aliquandiu pugnatum: mox Balabano Duce cadente hoſtes ingenti occidione profligantur: Smyrnamque victores reuerſi poſt tranſlatam ad naues opulentam prædam vrbem iniectis flammis incenderunt: atque ita nobiliſsima ciuitas, ſcri-

Mocenici verba ad Legatum.

Smyrna expugnatur.

Not. fœmine in maritum pietatem.

Smyrna incenſa.

ptoribusq́; Græcis,& Latinis decantata breui ſpacio in cineres collapſa interijt: claſsis inde celeriter abducta, adiacentes circum inſulas appulſa eſt: ibiq́ue præda ſub corona vendita, manubiæq́ue ipſe omnibus æqua portione diuiſæ: quarto deinde die Clazomenium littus claſsis tenuit, copiæq́ue in terram exponuntur: quibus Barbarorum opes ex agris, finitimisq́ue locis in prædam actæ ſunt: hoſtiúq́; ęquites, in Clazomene oppidum fugati: poſt hæc quum iam Hybernorum tempus appetteret: Mocenicus cum tota claſſe ex Ionia in Helleſpontum conceſsit: abiturusq́ue in Italiã Pontificius Legatus Venetum complexus Imperatorem ita affatus dicitur: Tua Mocenice virtus inquit, adeo clara, illuſtrisq́; in conſpectu omnium apparet: vt non ego ſolum, qui huic bello interfui: illius verax teſtis eſſe poſsim: ſed totus pene oriens ſincero animi affectu, & prædicatione te admiratur, & celebrat: nam præclara, egregiaq́ue in maritima Aſiæ, Lyciæ, Pamphilięq́ue ora facinora ędidiſti: ibo igitur tuarum laudum & teſtis, & Præco: atque vtinam Venetam reliqui Principes Chriſtiani imitarentur in hoc bello Indolem: quæ tuis auſpicijs apud Barbaras gentes tantæ admirationi eſt: vt Veneti, tuiq́ue nominis gloria cunctis ſæculis in ore, memoriaq́ue hominum viuet: Perge igitur vir clariſsime (vt cœpiſti) rem Chriſtianam armis tueri: debellare infeſtiſsimum Turcam, Belluã, immanem, horrendam, qua proſtrata Europa terra, mariq́ue tuta, ſaluaq́ue erit: Deus Optimus Maximus in cuius manibus omniũ ſunt iura regnorũ (vt ſacra canit pagina, tuos ſecundet ſucceſſus: cõſumatamq́ue præſtet de perfido hoſte Othomano victoriam: ad ea Mocenicus pauca ſubijciens de ſe modice loquutus eſt: ſed de Venetis magna pollicitus, modo Chriſtiani Principes vna & ipſi ad commune reſtinguendum incendium concurrere vellent: nihil tamen ſe in hoc maritimo Imperio prætermiſſurum: quod et Reip. Chriſtianæ conducere poſſet, & ex dignitate Veneti nominis eſſet: atque cum his Pontificius Legatus cum Romana claſſe in Italiã abijt: Mocenicus Naupliæ ſubſedit: vbi dum triremes aliquot, quæ ſtuppas euomerant: reficiuntur: Siculus adoleſcens magni facinoris author ad Imperatorẽ venit: eumq́ue docet: Othomani claſſem Callipoli ſubductum abſque cuſtodia ſtationem habere: ad quam cum toto armamentario concremandã ſuam obtulit operam: collaudatum adoleſcentem Venetus complectitur: & ad eum conuerſus. Macte virtute eſto inquit apud me, cui poſt egregiũ facinus, quod magnanime aggrederis, omnis honor, atque omne præmiũ erit, is vero ſtatim negociatorem mentitus vafro vtitur conſilio: Scapham pomis refertam parat: eamq́ue aſcendens Dardanulos ſuperat: inde quum Callipolim ignotus applicuiſſet: inſtituto per diem quęſtui operam dedit: ſequenti nocte armamentario quàm occultiſsime potuit ignem iniecit: flammasq́ue iam in proximas naues tranſilientes magnus Barbarorum cõcurſus ad locum factus ſubito reſtinxit: adoleſcens re parũ fęliciter mota.

Legati Põtificii verba ad Mocen.

Mocenici reſpõſum.

Not. Siculus adoleſcentis facinus.

Helleſpontum

Helleſpontum relinquere celeri,expeditoque itinere ſtuduit: nauiculaque mari demerſa in proximum nemus concedere coactus eſt: pomis autem paſsim fluitantibus inſpectis negociatoris mẽtiti ſcelus id fuiſſe detegitur: ſtatimque ex fuga Adoleſcens retractus ad Othomanum vinctus perducitur,à quo ſuperbo ſupercilio rogatus ille:qua ſua iniuria in tantum facinus prorumpere auſus eſſet.non minori verborum ferocia,ac faſtu reſpondiſſe dicitur:communi inquit Chriſtiani nominis hoſti nocere volui:pulchrũq; omnino facinus ſum aggreſſus:ſed pulchrius fuiſſet: ſi quemadmodum in nauticum apparatum flamma:ita in tuũ caput Rex Othomane ferro graſſari licuiſſet:admiratus Tyrannus adoleſcentis indolem:irarumque ex reſponſi indignitate plenus:eum crudeli,in humanoque more medium ſecari iuſsit:pro tam egregio iuuenis facinore.Patres poſtquàm illum meritis præmijs,& honoribus ornare non potuerunt:& dotem ſorori, & fratri annuum cenſum ex publico conſtituere:ac ſub id tempus Veneti Ioſephum Barbaro oratorem in Perſiam ad Vſſoncaſſanũ deſtinarunt: miſſaque per eum ad Regem Munera,Pateræ Argẽteę,vaſaque aurea magnifice cęlata: ac holoſericę,purpureęque Pretextæ:ingens quoque tormentorum numerus:quę Perſa antea per oratorem petierat:litteris ad hęc Senatus Mocenicus admonitus,vt ad Vſſoncaſſani iuſſa claſſem paratam haberet: & quò accerſeretur,confeſtim eò iret.Othomanus interim in Aſiam cum ingentibus copijs tranſmiſerat:& Caramanos Regulos,qui Ciliciæ imperitabãt, amicos,ſociosque Vſſoncaſſani Regno ſpoliarat:Venetorum autẽ implorato auxilio. Mocenicus ſtatim in Cyprum cum tota claſſe venit: vt regulos maritimis auxilijs iuuaret:inde ad Ciliciæ littora Seleuciæ vrbi proxima Venetus applicuit:nam ibi Caſſambetus Caramanus caſtra habebat: miſitque in claſſem ad Mocenicum oratorem ſuum: qui fęlicẽ ſucceſſum gratulatus eum precando,monendoque ad maturandum iter hortaretur: velletque tantiſper Venetus auxilio eſſe:donec paternum Regnũ per iniuriam ab Othomano antea ereptum recuperaret:benigne à Mocenico oratori reſpõſum.In auxiliumque breui ſe affuturum cum claſſe eſt pollicitus: præmiſſo itaque Victore Superantio Legato, ipſe poſt modum cum reliqua claſſe ſequutus Sichinum oppidum primo ſtatuit oppugnare:Eſt autẽ id oppidum ædito loco ſitum haud procul à mari,præeratque illius cuſtodiæ cum Cilicum manu Muſtapha vir ferox:tentauitque per caduceatorẽ Mocenicus præfectum oppidi ad voluntariam trahere deditionẽ. At quũ ille efferum,pertinacemque animum haberet,vim experiri placuit:admotiſque bellicis operibus Caramanus à continenti,Mocenicus mari hoſtem vrgere cœpit:Venetuſque primum à mœnibus repellitur:iterata poſtea maiori terra,marique oppugnatione. Muſtapham perterritum ad deditionẽ compulit:eoque ob fidem datam abire permiſſo:oppidum Caramanus recepit:inde ad Coricum itum,vbi ad præſidium erat cum Ianizarorum cohorte

Att. ferox Adoleſcẽtis reſponſum.

No. Othomani crudelitatem.

Munera ad Perſarũ regem.

Caramani.

Sichini oppidi deditio.

Corycus.

horte Hyſmael Turca:fretusque is loci natura Veneta arma parum timere videbatur:nam alluitur Corycus duabus partibus maritimis Cilicij pelagi fluctibus:reliquum quod eſt à continenti profundiſsima munitur,foſſa:cum duplici muro: Eleuſiaq; inſula ad Auſtrum trecentis inde paſsibus diſtans illi adiacet:datoque ad irrumpendum ſigno primus victor Superátius Legatus in hoſtem vadit:qui per crebros Bombardarum ictus triremẽ ſuam agẽs portum occupauit:aliæque ſecutæ triremes rem impigre gerũt: terreſtresque ad hæc Caramani copiæ vrbem fatigant.omniaq; armis miſcentur:denique Coricenſibus,Ianizarisque repugnare non amplius auſis, Hyſmael deditionem facere coactus eſt:Seleucia poſtea ad Orontem fluuium armis petita:vrbs olim clara,& illuſtris à Seleuco vno ex Alexandri Magni ſucceſſoribus condita:quinque millibus paſſuum à mari abeſt: Semidiruta nunc,& vetuſtate pene collapſa interijt. Arx tantũ natura, & ope re egregie munita manet:quam Neſembegus præſidio tenebat:is vbi apparatum armorum,ac tormenta,aliaque bellica opera,machinas,Arietes,ſcalas,expediri vidit: ignauo timore correptus ſubito deditionem fecit, receptisque oppidis virtute Venetorum Caramanus equum inſignẽ Epiphijs, phalerisque mire ornatum:Pardumque ad hæc cicurem in Armenię Syluis captum Mocenico Imperatori dono miſit:ęgitque ei per literas ingentes gratias,quòd ipſius armis,militarique opera in paterni Regni partẽ eſſet reſtitutus,affirmans fore,vt nullo vnquam tempore tanti beneficij memoria apud eum interiturũ eſſet:profligato itaque in Cilicia bello. Mocenicus in Cyprum cum claſſe venit:ibique Regem graui morbo decubantẽ offendit:conſolatusque eſt eum:vt bono animo eſſet:at Rex ſalutem ſuã deſperans.Catharinam coniugem M.Cornelij ſummi Senatoris filiam, naſciturámque ex ea ſobolem Veneto Senatui commendauit: hortatusque eſt,vt ſi ipſe è vita excederet:pro Veneti Imperij Maieſtate regnum vir fortiſsimus. Qui claſſem tum ductabat:ab omni tueretur iniuria: quin bono animo eſto inquit Mocenicus Rex inclyte,breui enim conualeſces, qui & ætate integra,& corpore adhuc valido,robuſtoque viges:ſed ſi (quod nollim)vt humana fert imbecillitas,aliter euenerit:eam tecum certam, indubitatamq; ſpem feras:hortor:neque me,neque Venetas opes Reginę vxori tuæ à Senatu in filiam adoptatæ,poſthumęque proli vnquam defuturas: atque cum his è Cypro digreſſus Lyciam adhuc bello intactã aggredi ſtatuit:paratis itaque omnibus Mycram oppidum terra, mariq; inuaſit: & iã bellicis machinis murus concuſſus erat:quum ad ſoluendam obſidionem Aiaxbegus Liciæ præfectus cum tumultuario agmine affuit: Epyrroticus ęques venienti illi intrepide occurrit:ac conſerto pręlio vtrinq; diu pugnatum:demum hoſtium duce Aiaxbego cadente,fuſi ſunt Turcę:quorum ad centum,& quindecim capita haſtis infixa Epyrrotæ in caſtra rettulere: at fracti ſuorum clade Mycrenſes Veneto abiectis armis ſtatim ceſſerũt: oppidumque

Caramani gratitudo.

Regis Cypri ſermo ad Mocenicum.

Reſpõſũ.

Aiaxbegus.

pidumque direptum,ac incendio eſt abſumptũ:hinc claſsis præda onuſta ad Fiſcum è Rhodi regione admota : circũiectusq; ager à Peloponeſsiaco equite,ſocijsque naualibus fęde populatus:& iam maiora animo voluens in Helleſponti anguſtias claſſem agi iuſſerat:vt iis ſuperatis in medios hoſtium fines penetraret:ſed oratorum Carlotæ Cyprij Regis ſororis aduentus,nouusque Perſarum motus Helleſpontiacæ expeditionis omittendæ cauſam præbuere:nam quod ad Cypri rem,nuntiarũt oratores per eos dies Iacobum Regem morbo conflictatum ex humanis migraſſe, proinde Carlotę nomine poſtulari quę in Rhodum è Cypro à fratre pulſa tranſierat, vt quando Regnum illi tanquam ſorori hæreditario iure legitime ſpectaret: vt Venetus vellet,amici Regis olim filiã & Aloyſij ſabbaudiæ Ducis vxorem à fratre illicito Thoro nato Regno pulſam auxilijs iuuaret: atque in paternum principatũ reſtitueret:ad ea Venetus Imperator veteri Luſignanę domus cum Veneto Senatu amicitia memorata,recentiq; Petrini, Ioãnis,Iacobique Regum fœdere,ac ſocietate expoſita,omnia dicere:quæ ſaluo gentium iure merito præſtari poſſent:ſe publico nomine Carlotæ libẽter conceſſurum:verum id minime reticendum,quod eã ignorare nequaquam exiſtimat:Catharinam defuncti Regis coniugem Veneti Senatus per adoptionem filiam eſſe,hæredemque cum poſthuma prole iam prægnantem ab illo ex teſtamento ante mortem inſtitutam: ei in aſſerendo Regno Venetos non poſſe iuſta ex cauſa deeſſe:idque ſe in primis curaturum:vt Regia Soboles Veneto procreata ſanguine ſuam retineat dignitatem:iret igitur,& à Cyprijs rebus Carlota abſtineret:quas ipſe pro Maieſtate Veneti Imperij ab omni iniuria in qualibet fortuna eſſet vendicaturus: cum hoc reſponſo legatis à ſe dimiſsis,literæ à Catharino Zeno ſuperuenere:quibus Mocenicus Vſſoncaſſani nomine monebatur:vt in maritimam Cilicię oram primo quoq; tempore cum tota claſſe adnauigaret: quò Rex diceret ſe breui copias admoturum: vt ibi ſimul de ratione gerendi terra, marique belli ageretur:quare continuo Helleſpõtiaca expeditione omiſſa in Ciliciam Venetus curſum auertit:atque in Myrheneorum agrũ delatus vaſtitatem in eo fœdam ędidit:inde in Cyprum profectus eſt: vbi Leucoſiæ ſedentem Reginam de mariti obitu męrore affectam conſolari,hortarique non deſtitit:vt bono illa eſſet animo:nec vllum armorum impetũ aliunde timeret:quum ipſe paratus ſit,nil intẽtatum relinquere: vt Regnũ illi incolume perpetuo ſeruetur.Nam Rex antequam è vita deceſiſſet. Teſtamento condito ſeptem cõmiſſarios inſtituerat. And.Cornelium Reginæ patruum,comitem Rochaſsij genere Cyprium,Ioãnem Saplanã magnum coneſtabilem,Riccium Marinum,Petrum Dauillam,gente Hiſpanum,peditatus Regij præfectum:comitem Tripolis, & Archiepiſcopũ Regni genere Cathelanum:Ioannis Peres comitis Iopis,& Carpaſsij fratrem, mandauitque,vt hi omnes Regni gubernatores eſſent.Donec poſthumus

Carlotæ legati.

Not. prudẽtis Mocenici reſpõſum.

Not. Teſt.

ex Regina

ex Regina naſciturus, quæ aluum gerebat, ad adultam perueniret ætatem, vt per ſe regnum adminiſtrare poſſet, quòd ſi ille abſque hæredibus mortem obiret. Catharina coniunx in Regno ſuccederet. Habuit autem Rex ex illicito coitu tres liberos: in quibus puella ſex annorum ætate fuit. Reliqui duo virilis ſtirpis, ac annis iam graues. Patrum decreto ad Venetã vrbem accedere iuſsi ſunt: vbi honorifice excepti publicam ſtipem pro Regali conditione in qua nati erant, quoad vitam duxere, exegerunt: Mocenicus poſtea in Ciliciam iterum tranſijt: & quum ad Corycum ſederet, poſt Pontificij Legati diſceſſum qui in Italiam cum claſſe abijt, nunciatum eſt: bis Perſas cum Othomano conflixiſſe: primo autem prælio Turcæ fuſi, fugatiq́ue ingentem cladem accepere: Altero, Perſæ victi: dupliciq́ue illa pugna ad quinquaginta vtriusq́ue exercitus hominum millia cæſa occubuerunt: ſed Perſæ virtute ſuperiores, Turcæ arte, & ingenio fuere: his nunciatis Mocenicus ſtatim ex Cilicia in Cyprum conceſsit: nam ob aduerſam prælij fortunam Vſſoncaſſanus in aſperos Armeniæ montes (vbi vxor, & liberi erant) ſe recepit: & Othomanus Byzãtium eſt reuerſus: atque hęc ęſtate illa foris geſta: Poſtmodum Tronus Princeps numiſmate nouo excuſſo fraudatam pecuniam viua, propriaq́ue ſui met effigie reſsignauit: Tronũq́; eſt appellatum à Ducis agnominatione: qui non multo poſt ex humanis deceſsit: menſesq́ue viginti Remp. adminiſtrauit: & in Minoritana ędc ad Aram maximam nobiliſsimo ſepulchro tumulatur: ducalemq́; patris optimi Principis imaginem Philippus filius vir alti animi inſculpi curauit: quę media inter duas eximij operis ſtatuas poſita tumulum mire exornat: in Troni autem locum Nic. Marcellus præclaro genere ortus ſurrogatur: vetuſtaq́ue eo Principe Alexandri Romani Pontificis hiſtoria noua, excellẽtiq́ue figuratione cœpta eſt in comitio inſtaurari: Gentilis Bellinus pictor eximius opus confecit, eo quoque Principe Argenteus nummus percutitur: quem Marcellum à Principis nomine dixere: profectusq́ue eſt etiã hoc tempore in Perſiam ad Vſſoncaſſanum Regem Ambroſius Contarenus, quem Senatus Legatum in eam prouinciam miſit, magnisq́ue is difficultatibus ſuperatis terreſtri itinere ad eum peruenit: patrumq́ue mandatis expoſitis poſt quattuor annos in vrbem redijt: Cyprus interim nobiliſsima inſula nouis motibus agitari cœpta eſt: Reginæq́ue inſidiæ intentatæ ab Hiſpanis, qui Iacobi Regis conſenſu ſparſim inſulam incolebant: acceſsit ad id malum Cyprij cuiuſdam antiſtitis natione Cathelani perfidia, nam is per id tempus, quo Rex vita deceſsit, apud Ferdinandum Regem oratoris munere fungebatur, animumq́ue ad Regnum per tyrannidem occupãdum tacite adijciens Ferdinando perſuaſit: vt filiam ſuam ex cõcubina natam Iacobi Regis filiæ & ipſi ſpuriæ ſe authore matrimonio locaret: antiſtes igitur cum vno ex Regijs purpuratis Belprato nomine duabus longis nauibus in Cyprum curſum intendit, atque in ædibus Petri Dauilla, qui cũ

Nic. Marcellus D. lxix. 1473.

Marcellus nũmus.

Riccio Marino Neapolitano Regi fauebat, actũ eſt, vt Catharinam Reginam Ferdinando matrimonio copularet. nuptuique traderetur filia defuncti Regis ſpuria teneræ adhuc ætatis filio Ferdinandi notho, ac dotis nomine Galileæ Principatus, & duodecim aureorum nummum millia ſingulis annis aſsignarentur, Ferdinandusq́; Rex Cyprum armis protegeret, ſed ex Regijs cõmiſſarijs Ioannes ſaplana, & Comes Tripolitanus rem ad Carlotam defuncti Regis ſororem trahebant, & Rochaſij Comes, And. Cornelius, Georgius, & Paulus Contareni fratres Reginæ perneceſſarij quantum poterant, Regnum Catharinę, & infanti filio incolume ſeruare ſtudebant, Remiſſusq́; eſt à coniuratis Belpratus Neapolim, vt de his Regem certiorẽ faceret, omnia autẽ Reginæ, proſpera euenere, coniuratorumq́; conatus inanes omnes redditi ſunt: Et Mocenicus qui Methoni cum claſſe tũc erat Neapolitanarum triremium acceſſu audito, ratus aliquid inſidiarum, doliue ineſſe: confeſtim & ipſe premiſsis duabus triremibus Dalmatis, mox & Victore Superantio Legato cum octo alijs longis nauibus: hoſtium conatibus obuiam ire pergit: iubetque Legatum armis rem Cypriam ab omni iniuria tueri: Dum hæc Veneti parant: interim coniuratione iam antea ab Hiſpanis Antiſtite authore inita: Sumptis noctu Cyprij armis Paulinũ Zappum ciuem Leucoſianum inſignem: & Gentilem Reginæ medicum ſubito tumultu in Regia Aula obtruncant: nocturno armorum ſtrepitu: diſſonoque populi clamore And. Cornelius Reginæ Patruus, vir magni ingenij, ſummæque prudentiæ excitus in arcem confugere properauit: Sed à Ferrãdo pręfecto non admiſſus conſilij inops inter duos muros arcis vna cũ Marco Bembo ſororis filio, egregia forma adoleſcẽte tota nocte delituit: mox vnius inditio orta iam luce proditus accepta prius à coniuratis fide quũ in planum deſcendiſſet; iuſiurando, fideque poſt habita, cum Bembo nepote crudeliſsime à Riccio Marino, & Triſtano Cibeleto viris ſeditioſis obtruncatur. Is poſtea Triſtanus Venetias ſub cuſtodia adductus, adamante per os in ſtomachum recepto ſeipſum interfecit. patrata inde cæde coniurati, (Duce Antiſtite) Palatium ingreſsi Regis filiam teneræ adhuc ætatis, quippe quæ ſeptem annos nondum attigerat, Ferdinandi Regis notho deſpondent: Nuptijs in hunc modum celebratis, confeſtim Regius Aulicus ad Ferdinandum Regem mittitur: eumq́ue, quid actum eſſet, edocet, deſtinantur & ab inſulanis, coniuratiſq́ue Legati Venetias: qui coram patribus ſatisfacerent: Lenire atque blandioribus verbis Corneliæ cædis atrocitatem: compellunt ad hæc ex ſua ſententia Reginam ad Mocenicum Imperatorem ſcribere: Andream patruum ob inſolens, & ſuperbum ingenium, ſordidãq́; auaritiam à militibus cæſum: ſe tamen cum filio ad gubernaculũ Regni ſedere: liberamq́ue (vt antea) dominandi habere poteſtatem: Cyprioſq́; omnes in fide, & obſequio ſuo eſſe: Hęc omnia coacta eſt coniuratorum armis puella circumuẽta perſcribere: Illi tamen partium ſuarũ ſtudioſos arcibus,

Cyprimotus.

And. Cornelius.

Att. Cornelii, & Bembi cædem.

portiſq; præficiunt: Armatoſq; penes ſe habent, omniaq; (inſulæ imperio ſibi arrogato) pro animi libidine agunt: Vnus tamen Georgius Contarenus Reginę pernecessarius, mgniq; vir animi fuit, qui coniuratorum conſilia præſenti ingenio turbauit, effecitq; ſua prudentia, vt Veneto eiectis Hiſpanis Regnũ incolume maneret: atq; ea de cauſa Cõtarenus Iope comes, à Regina declaratus eſt, qua dignitate ipſe, & liberi ſui ex his, qui maior natu eſſet, perpetuo fruerentur: Georgius autem tres habuit filios, Thomam, Iuſtinianum, & Iulium procuratorẽ, viros omnes animi dotibus perquàm claros, quorum hodie in Reip. adminiſtratione conſilia ſingulari prudentia plena ſunt, & Thomã (qui maior natu eſt) comitatu eo inſignitum videmus: Affuit interim Dalmata triremis, cui Cariolanus Cępio præerat: qui ad Reginam profectus Imperatoris nomine hortatur, vt bono ſit animo, nec nouo hoc tumultu turbetur: aduentare Superantium Legatum cũ octo triremium præſidio, Imperatorẽ quoq; ipſum cum reliqua claſſe poſt eum continuo affuturum, paratos eſſe Venetos totis viribus Regnum tueri: Puerperamq;, & infantem Veneto ſanguine procreatum Regali in faſtigio armis retinere: Hoc nuncio Regina lętata ſuos omnes bene ſperare iubet: coniurati vero trepidare: Quarto inde die Legatus ab Imperatore præmiſſus affuit: qui tumultus cauſam diligenti examine inquirens multos ex inſulanis in culpa eſſe cognouit: At illi, quæ acciderant, ineptis argutijs excuſantes, purgare ſe ſe à calumnia enixe ſtudebant: Corneliumque cæſum ob eius auaritiam criminabantur: Inſulanos tamen in priſtina Reginæ fide manſuros palam prædicabant: Venetamque omni tempore amicitiam ſanctè, pieque culturos: Superantius (vt vir acri erat ingenio) & ſi videbat inſulanorum diſsimilem, alienamque à verbis eſſe volũtatem, tentauit eos tamen blando ſermone ad ſanitatem retrahere: hortatuſque eſt, vt arces, ac vectigalia Reginæ continuo reſtituerentur, ſi gratam Venetorum Cyprij amicitiam haberent: ſed contumaciter ijs omnia agentibus. Superantius ad Mocenicum ſcripſit: Reginam nefaria paucorũ coniuratione penè oppreſſam: ac niſi mature ea ſubueniatur, fore, vt fortunis cũctis ſpoliata breui regnum amitteret: Legati literis Imperator excitus ſtatim copias contrahit, & in naues imponit, ex Rhodoque profectus in Cyprum cum tota claſſe peruenit: Eſt autem ipſa inſula Perantiqua, & nobiliſsima, in Cilicio mari ſedet, obiecta ab Oriente Syriæ, varijſque his nominibus olim appellata: Achamantis, Ceraſis, Aſpelia, Amathuſa, & Machara, Crinõ quoque, & Colynia vocitata, nunc Cyprus, in qua oppida quindecim priſcis temporibus hæc illuſtria fuere: Paphus, Palepaphus, Curias, Cythium, Coryneum, Salamina, Amathus, Lamphetos, Saloe, Amaſos, Epidarum, Arſinoa, Carphaſium, Citri, & Coloe, ſed noſtra tempeſtate quinque tantum inſignia (cæteris vetuſtate collapſis) manent oppida. Leucoſsia Regum ſedes, ac Metropolis totius inſulæ, Famaguſta, Paphos, Salamina, &

Cariolani Cępionis aduentus.

Legati Superacii in Cyprũ acceſſus.

Cypri deſcriptio.

na, & Ceraunicum: Cypri circuitum inæquali Gyro quadringentorum, viginti nouem millium paſſuum Thymoſtenes Scriptor prodidit: alij trecentorum ſeptuaginta quinque memorant: Longitudo eius quæ eſt ab ortu ad occaſum inter duo promontoria Dynareta, & Achamanta, centum ſexaginta duum millium paſſuum extenditur: Ducentorum quidam numerum ponunt: atque alium alij, eſt autem Cyprus amplitudine, opulentia, vbertate, nulla in toto orbe inſularum inferior: Vino abundat, oleo, ſale, frumento, ac ſelectiſsimo vellere, quod Gothonum appellant: habet & æris metalla, precioſaque fruticum genera: quę omnia inſulanos ob Syrię propinquitatem in mercibus permutandis locupletes reddunt, Sed inſulæ infeſtiſsima vna Locuſta, quæ velut è cœlo dimiſſa Grando voraci ore omnia deuaſtat: & niſi oua proprijs nidis, cubiculiſque incolæ præmijs onerati diſperderent: in infinitum prope numerum ſub torrida illa plaga locuſta excreſcens, calamitoſam (tritico) ac vellere vaſtis late campis dimidiæ ferè horæ momento miſerabiliter abſumpto, Cyprijs pęſtem afferret: Ad inſulam igitur Mocenicus cum claſſe delatus Famaguſtæ, quo primum appullerat, expoſitas copias in patenti campo per ſpeciem recognitionis Regina, ac Cypriis ſtupētibus, qui tum forte aderant, in conſpectum dedit, luſtratoque exercitu, ac armatis ſeptus Regiam ingreditur: coniurati autē perterriti audito antea armorum apparatu, ac Imperatoris aduentu, ex inſula exceſſerūt: Tum Mocenicus acerbiſsima quęſtione habita de his: qui Cornelium, Bēbumq́; obtruncarant: ſceleris conuictos medio Famaguſtę foro capitali ſupplicio affecit: alios in ſuſpitionē criminis deuocatos exilio dānauit: noxios, ſonteſq́; vaſta inſula errantes proſcripſit, arcibus (è cuſtodia earū aduerſæ factionis præfectis expulſis) ſagittarij Veneti nominis viri ſunt præpoſiti: Carlota autem ad Aegyptiorum Regem confugerat, vt ab eo in Cypri Regnum reſtitueretur: Antiſtes quoque nuptiarum, coniurationiſque author abſens damnatus: Ita Cyprijs rebus maturo conſilio paccatis, Regina rerum potita priſtinum Regale obtinuit faſtigium: poſtea Iacobo Marcello nouo Legato in Cyprum accedente, publicæ literæ eò cum Senatuſconſulto perferuntur: quibus Cyprus prouincia Mocenico decernebatur: per aliquot itaque temporis ſpacium ille in inſula cum claſſe reſedit: Deinde quum omnia paccata videret. Superantio, ac Marcello Legatis cum viginti triremibus ad inſulæ, ægeique maris præſidium relictis: poſt Reginam ſalutatam, à qua ſcuto eximij operis, purpureoque vexillo ob res fœliciter in prouincia geſtas, donatus fuerat: In Peloponeſſum nauigauit: nam Turcæ ingenti armorum apparatu Scodram obſidione cinxerant: Iccirco patres aucta claſſe nouum Imperatorem crearunt: Triadanum Grittum: virum maritimis rebus clarum: qui cum Aloy. Bembo Legato ſtatim in prouinciam venit: Eſt autem Scodra in ea Macedonię parte, quę nunc Albania appellatur: oppidum munitiſsimū, ſedetq́;

Att. locuſtarum inſeſtationē

Mocenicus cum claſſe Cyprum venit.

Paccatur inſulæ ſtatus.

Triadan. Grittus claſsis Imper.

Scodræ ſitus.

arduo montis Supercilio: circúq; exeſæ, ac præcipites rupes, nec procul eſt Lacus, qui octuaginta millibus paſſuum circuitu patet: ex eo Boliana fluuius oritur: ac iuxta Lyſſum Dryno: inter hos duos amnes planicies latiſsima iacet: campiq; miræ feracitatis: vbi tam læta paſcua eſſe dicuntur vt ab his pecora depelli quandoque neceſſe ſit: ne nimia ſagina pereant: cæduasq; ad maritimam oram Syluas regio habet: ex quibus materies ad fabricandas naues commode extrahi poteſt: comparatis itaque centum fere armatorum millibus Othomanus Scodrã aggredi ſtatuit: confeſtimq; vrbs oppugnari cœpta: erantq; Turcorum Duces Solymanus, & Alybegus viri fortiſsimi, bellicæq; machinæ innumeræ: quibus muri nocte, dieq; concutiebantur: Mocenicus audita Scodræ obſidione ex Peloponeſſo ſtatim Corcyram venit: vbi literas à Senatu accepit: qui in Scodra tuenda commune cum Triadano Gritto Imperium illi decreuerat. ambo igitur vigili cura aderant: omniaq; agebant, vt Scodrenſis res aduerſus tãtas hoſtium vires ſalua redderetur: primumq; omnium Leonardum Boldunum ad Ioannem Cernouichium Regulum, qui in Illyrici parte imperitabat: mittunt: vt contractis vndique copijs vti fidum decebat ſocium, Scodrenſibus aliquo modo ab ea regionis parte opitulari tentaret: quinque deinde triremes per Drynonem fluuium miſſæ ad Lyſsi præſidium: ne oppido hoſtis vicino potiretur: Dyrrachium quoque, Budua, Olchinũ, Antibaris, vrbes maritimis, terreſtribusq; præſidijs firmatæ: poſtea Imperatores ipſi Bolianæ oſtium cum claſſe ingreſsi ad Sergij fanum in Scodrenſium conſpectu conſedere: ibique infra templum Barbari fluuij anguſtias ad Venetas triremes intercludendas cathena, & repagulis obſtruere tacite conſilium inierant: adduxiſſentq; omnino Venetos in vltimum diſcrimen: niſi id per transfugam mature Imperatores reſciuiſſent: qui periculo rei commoti ſtatim iubent, decem ſtructas, ſelectasq; triremes ad fauces occupandas aduolare: iamq; hoſtis ſub nauium acceſſum denſo agmine ad fluuij ripam conſederat: infeſtis igitur ſignis pugna ſubito atrox vtrinq; oritur: Turcæ Venetos eminus ſagittarum multitudine: noſtri illos Glande plumbea conficiebant: telaq; ad hęc cuiuſcunq; generis Lanceæ, Secures, Pila, ſaxa, contorta, emiſſaq; violentiſsimis ictibus fędam, miſerabilemq; edebant ſtragem: tectus ex triremibus Venetus in hoſtem ad omnem iniuriam expoſitum ferociter pugnabat: nullumq; prope in confertiſsimum Turcorum agmen telum irritum emittebatur: quare quingentis, & amplius eo tumultuario certamine amiſsis, ac pluribus vulneratis, hoſtis ceſsit: Venetus victor quattuor triremes ad loci præſidium reliquit: & cum cæteris ad priſtinam ſtationem reuerſus eſt: plerique non Mocenici: ſed Triadãni ſolius auſpicijs pugnatum ad Bolianam aiunt: quũ nondum ille in prouinciam veniſſet: interea Turcæ Scodram circũſedentes die, noctuq; oppidi mœnia tormentorum ictibus quatiebãt: ingensq; earum ruina

Not. Turcorum copias, & duces.

Scodræ obſidio.

Not. vrbes præſidiis firmatas.

Prœliũ inter Turcas & Venetos.

ruina facta eſt:erat autem tum Scodræ prætor Antonius Lauredanus ho- mo magni, ac inuicti animi, qui proſtrata pluribus locis videns mœnia craſsiſsimum aggerem earum loco erexit:decreuerunt interim Turcæ oppi dum totis viribus oppugnare:paratisq; omnibus acies armatas in ſcodren- ſium conſpectum producunt:cœptumque eſt à prima luce ad quartā vſq; diei horam acerrime vtrinque pugnari:conabāturque Barbarorum Mani- puli ingenti multitudine, munitiones ſubire: armatique Duces Solyma- nus,& Alybegus Ianizaros claua ferrea in aduerſum montem trudunt:his ſagittariorum vis ingens additur: ad oppidanos è munitionibus telorum multitudine depellendos: omnesque(vt gentis mos eſt) horrendo clamo- re edito oppidum corona cingunt: ac per murorum ruinas irrumpere in vrbem conantur:tum ſcodrenſes venientem hoſtem intrepide excipiunt: ac ſaxis,telisque coniectis eum à mœnibus amouent:nec tantum ferro res geritur:ſed flammis,facibus,vimineis vaſis ardentibus,ac dolijs,ſaxis opple tis:quæ per montis decliuia deuoluta denſiſsima Turcorum agmina fœda ſtrage proſternebant:verum illi ducum præſentia animante, per cadauerū aceruos belluarum more in ferrum,telaque ruebant:at Lauredanus nullo loco deerat:circūeundo,hortando,Scodrenſes orare, obteſtarique per egre giam ipſorum erga Venetum Imperium fidem,vt patriam,liberos,coniu- ges,armis tuerentur:immaniſsimique hoſtis vim repellerent:qui ad nobi- liſsimi oppidi excidium anhelaret:his adhortationibus factum eſt:vt Bar- baris cum cæde repulſis ingenti tunc Scodra periculo liberatur: tria autē ho ſtium millia ea oppugnatione periſſe cępio ſcribit, in quibus clari viri, ac inſignes bellatores ad quattuordecim ſunt deſiderati:vulneratorum quoq; magnus fuit numerus:nec Solymanus tamen caſtra à Scodra dimouit:op- pidumque ſolita obſidione præmebat: perſeueraſſetque tādiu illic cū om- nibus copijs ſedere:donec ſi non vi,aut ferro, ſaltem fame, ac potus,cibiq; inopia ciuitatem domitam ad defectionem compuliſſet: niſi Pannonici armorum motus Barbarum decedere coegiſſent: Veneti enim iam inde ex quo bellum cum Othomano Turcorum Rege ſuſcepere. Pannonum ar- ma fœdere inito in ferociſsimum hoſtem ſibi ſocia iunxerunt:decretumq; ob id Mathiæ Regi annuum ſtipēdium:vt ex ea prouincia in Barbaros bel licoſiſsimus Rex erumperet:qui bis proſpere in eos pugnauit: dum Ioan- nes Hemus pro Venetis Legatus in Regio eſſet exercitu: mox Franciſcus Diedus,& Fr.Iuſtinianus eo munere apud Pannonem ſunt functi: nouiſsi me vero Scodrenſi re Turcorum armis vexata:Seb. Baduarius à Senatu cū ingenti auri pondere in Pannoniam miſſus eſt:is non magis auro, quā pru dentia,ac ingenij dexteritate ita Regis illius animum in omnes partes ver- ſauit:vt continuo armis in Thraciæ fines illatis,belloque Aſiæ indicto:tan tum terrorem Othomano iniecerit:vt Eunuchum per literas cum omni- bus copijs ex Scodrenſi obſidione reuocauerit: & Pannon ſub id tempus multa

Ant. Lauredani bellica virtus

No. atrocē pugnam.

Not. Turcorū cędē.

Fœdus cū Pānoniæ R.

Seb. Baduarius.

Scodra obſidione liberatur.

multa præclara in Turcas facinora ædidit:nam ſexies cum eis congreſſus victoriam ſemper reportauit:ac Sabbazam oppidum cœpit:mille, & amplius ex Regia cohorte interfectis:in eoſdem quoque Turcas Alexander Regulus vulgo Scanderbecus appellatus res præclaras bello geſsit:ac parua ſæpe manu ingentes Barbarorum copias fudit:cuius Martia virtus multorũ ſcriptis celebratur: Scodra ſeruata, Mocenicus Venetias ſe contulit: atq; Senatum ingreſſus de rebus à ſe in maritimo Imperio per biennium geſtis diſſeruit:in quibus explicandis tali oratione vſus eſt:Immortales Princeps inclyte, ac Patres conſcripti. Deo Optimo Maximo gratias ago : qui me poſt varios pelagi errores, poſt acerbos belli caſus, veſtro conſpectui incolumen, victoremque reſtituit:multaque ſcitu digna mihi dicēda hoc in loco ſuccurrunt: quæ omnia (ſi tempus præſtabit) breuiter commemorabuntur:clara autem profecto naualia facinora me Duce (abſit verbo inuidia) fuere:nam poſt Euboicam cladem quum demãdato mihi maris Imperio in Græciam veniſſem:res illius prouinciæ Turcorũ metu non parum turbatas bellico apparatu recreaui: Methonum, Coronum, Naupactum, Nauplia, Epidaurus, munitiſsima veſtra oppida Chalcidico excidio perterrita noua conſilia agitabant:affui ſtatim cum claſſe:populiſque in ſpē erectis, omnia ſedaui:neque his contentus vt aliqua ex parte Euboicam cladem reſarcirem: in hoſticum tranſgreſſus ſum: Aſiaque bello petita:nam Pergamenus, Gnidiuſque ager ferro, igniq́ue deuaſtatus: Lyciæ, Chariæque ora maritima cum inſulis Delo, Naxo, Samo, claſſe vexata:Smyrna expugnata, & incenſa, Attalia pene capta, quid Sychinum, Corycum, Seleuciam cõmemorabo? oppida Ciliciæ? quæ vi capta Caramanis veſtro iuſſu Patres conſcripti reſtitui:& quum Cyprus Iacobi Regis obitu inteſtinis ſeditionibus agitaretur:illuc cum claſſe nauigans nobiliſsimam inſulam in Reginæ, Venetorumque fide continui: rebellium alios vltimo ſupplicio affeci: alij carcere, exilioque damnati ſunt : nouiſsime Scodra Othomanicis armis circũuallata plurimos labores pertuli, inſomnes noctes egi, omniaque extrema paſſus ſum, vt inſigne, nobiliſsimumque totius Macedoniæ oppidum Veneto ſeruaretur imperio:itaque Turcæ magna clade à mœnibus repulſi obſidionem ſoluerunt:clariſsimaque tunc Veneto nomini victoria parta eſt:in qua plurimum Triadani Gritti virtus laudanda : quem mihi ſucceſſorem Patres conſcripti in maritimo hoc Imperio dediſtis:qui dum impigre rem gerit:publicumque in claſſe nauiter obit munus:Bolianici cœli intemperie grauatus Cathari nuper extremum diem ſuũ clauſit : Aloyſij Bembi pariter fortitudinem extolli decet:qui ipſe etiã pro patria vigilijs, curiſque maceratus, morbo extinctus eſt: ſed ſupra omnes Antonius Lauredanus extollendus:hic maximus bellator rem Scodrenſem ſolus ſeruauit:Barbarorum impetum ſolus ſuſtinuit: hoc Duce, hoc propugnatore, Princeps optime, patres ampliſsimi vicimus:amiſiſſet fine tanti viri præſidio

Not. Scanderbechi virtutem.

Mocenici, in Senatu oratio.

Ant. Lauredani la(u)s.

dio Scodra libertatem:dirutum,deſolatumque Turcorum armis pulcherrimum oppidum nunc iaceret:niſi Antonium Lauredanum prætorem illis temporibus habuiſſet:cuius fortitudinem etiam hoſtes admirantur: extollite hunc virum Patres optimi,honoribus decorate:laudibus proſequimini:nemo pugnacior(ignoſcant mihi reliqui)nemo in omni genere laudis præſtantior hoc vno:reliquum eſt:vt Trierarchos,nautas, commilitones,naualemque omnem turmam vobis commendem:quorum virtute,& opera ſub meis auſpicijs præſtantiſsimę res bello geſtæ ſunt : Scodrenſium quoque fidem egregiam,Heroicam ſtrennuitatem amplectimini: digniq; hi ſane habentur:vt in veſtram Patres illuſtres gratiam admiſsi publicam ſentiant munificentiam:ipſeque ego quando patriæ natus ſum: vitæ meæ reliquum ei libens trado:vtinamque is ſim:qui officium bello, paceque tale præſtare poſsim: quod præſentia requirunt tempora : verum enimuero quicquid in me eſt:totum id Reipu.in perpetuum deuoueo : & togata, & bellica(vt lubet)opera mea vtimini: curabo, vt natalibus meis non indignus fortaſſe vnquam eſſe videar:laudatus eſt à Principe in Senatu de more Mocenicus:Poſtridie circa templa gratiæ Deo Optimo Maximo actæ: quòd res Macedoniæ proſperę Imperio fluxiſſent : at Marcellus Princeps quinto decimo Ducatus ſui menſe moritur:& ad Diuæ Marinæ ædem elatus inſignem ſepulchri molem ſortitus eſt : cui Petrus Mocenicus recenti geſtarum in Turcas rerum gloria clarus magno omnium fauore ſucceſsit : Aſiaticoque adhuc in Græcia bello ſæuiẽte:nouam claſſem Veneti inſtruxere:eique Ant.Lauredanus Scodrenſi obſidione fama percelebris cũ ſumma poteſtate præficitur:in prouinciamque delatus inter Cyprum, & Ciliciam,Cetheam vnam Genuenſium, quæ pręcioſiſsima Turcorum merce plena erat:oppreſsit : & quum Othomanus maximis copijs Naupactum Aetholiæ maritimam vrbem adortus eſſet:bellicisque operibus mœnia dirueren tur.Socijs opem laturus cum validiſsima claſſe Lauredanus ſtatim affuit:qui vigili cura erectus commeatum,militem,arma,Naupactenſibus affatim ſuggerebat:tandem poſt quattuor obſidionis menſes fatigatus bello hoſtis abijt:in Lemnumque trãſgreſſus inſulam ferro, ignique vaſtauit: & Coccinum in ea oppidum aliquandiu obſeſſum maturo claſsis Venetæ aduẽtu liberatur:feruntque Lemniacam puellam Marullam nomine (nec enim hic ſexus ſua etiam laude caret)egregium muliebris fortitudinis ſpecimen dediſſe:quę cęſo pro portis Coccini parente, ſtatim eò vbi ferrum miſcebatur,accurrit:ac ſcuto, enſeque iacentis arrepto: in hoſtem iam portam occupantem irruit:fœmineaque hac vnius audacia Barbari cum cęde vſque ad naues fugati ex inſula demum infecta re abierunt:ob hęc ab Imperatore puella ingenti pecunia donata dicitur:nec illa eſtate aliquid deinceps dignum mari geſtum:verno autem ſequentis anni tempore Ioannes Georgius cũ quinque triremibus, pluribuſque onerarijs in Cyprum à Senatu

Pet. Mocenicus D. lxx.1474

Ant Lauredanus claſsis Imp.

Ant.Puellæ fortitudinem.

natu miſſus eſt: vt inſulam hoc pręſidio tueretur:nam fama erat: Ferdinandum Regem naualia parare arma:Cyprumque ſtatuiſſe inuadere : ſed rumores illi vani fuere: Lauredanus interim nullo loco deerat: cum claſſeq; huc,& illuc volitans hoſtium conatus diſsipabat:ſtrennueque , ac prudenter bellum hoc maritimum adminiſtrauit:at Mocenicus Princeps dũ annum vnum,mẽſes duos Reip. præfuiſſet:ex humanis deceſsit, & in Gemellorum ęde ſitus conſpicitur:pedeſtriſque,& loricata illi ſub toga ſtatua erecta eſt:ex hoſtium manubijs: oratioque in eius funere habita eſt à Dominico Bollano candiani viri ampliſsimi filio:

And. Vendraminus D. lxxi. 1475. And. Vendraminus Princeps poſt Mocenicum declaratur: Patritius diuitijs,opibuſque præpotens:reſq; cum Turcis per id tempus terreſtri bello parum proſpere geſta eſt: nam ad

Croia. octo Barbarorum millia in Epyrrum tranſgreſſa. Croiam ferociter oppugnarunt:eſt autem id oppidum in Chaoniæ regione ſuper montis crepidine fundatum,ac inexpugnabilem ſitum habet, quare fruſtra omnia circa Croiam ab hoſte tentabantur:nec vnquam quicquã Barbari profeciſſent : niſi fames acerba oppidanos domuiſſet:acceſsit ad hæc recens clades , quã

Venetorũ cædes. Venetis ferox Turca haud procul à Croia ad Tyranam intulit : vbi fuſæ , fugatæque ſunt Venetorum copiæ:milleque,& amplius ex noſtris ceciderе:& in his Franciſcus Contarenus Legatus vir peritia armorum clarus: ac Centuriones pleriquе : hoſtium quoque multi ea pugna deſiderati : victoriaque his haud incruenta fuit:in Italia etiam non multo poſt fœdiorẽ cladem ab Othomano Veneti accepere : occluſerant autem hi perpetuo aggere in Foroiuliana prouincia ad Sõcium amnẽ quicquid vadi,camporumque erat:ex craſsis,proceriſque arboribus,qua hoſtis tranſiturus ſuſpicabatur:munitioneſque erectæ:ac circa Goritianum pontem, & Aquileiæ paludes opus ingens extructum:viçque glebis,ac repagulis, ramorumque

Att. validiſs. munitiones. truncis ad impediendum tranſitũ obſeptæ ſunt,ibique ad tria millia equitum præſidio impoſita:quibus munitionibus apparebat fore,vt hoſtis Italia abſtineret:Sed poſt aliquod temporis ſpacium quum minime hoſtilis incurſus timeretur:infeſto agmine ex inſperato ſtatim ad decem Barbarorum millia in vlteriore Soncij ripa conſedere,ad quorum conſpectum ingens tumultus in tota prouincia ortus eſt,& Venetę copię quum hoſtis ferox adeſſet,nouis militum ſupplementis augebantur, nã pedites, equiteſq; magno numero in Veneta caſtra confluebant,in his autem omnibus co-

Hier. Nouellus. pijs Hieronymus Nouellus Veronenſis vir militia clarus Patrum decreto Imperium habebat,aderantque cum eo alij complures illuſtres bello viri : conſultatumque eſt inter eos : aperto ne campo cum hoſte dimicandum eſſet:an potius prelio abſtinendum:& poſt varias dictas ſentẽtias ſtatuerunt omnes ſtrennue magis,quàm prudenter(ita fatis impellentibus)cum Barbaro confligere:omnem itaque equeſtrem aciem in tris turmas Nouellus Imperator diuidit:peditum quoque ordines diſponuntur : vniuerſique admoniti:

admoniti : vt intenti ad mandata fortiter rem in hoſtem gerant : At Turcæ magno agmine (Duce Marbego) ad Goritianum pontem delati caſtellum proximum ſubito occupant, præſidioque fugato, circuniectum agrũ tumultuoſe excurrũt, ac nõ magis aperta vi, quam inſidijs : Marbegus agẽdum ratus: ad Liciniſiũ montẽ mille lectos equites intẽpeſta nocte tacito agmine properare iubet: eosq́; in inſidijs locat, mandatq́;, vt intenti ad erumpendum ſignum expectent: ipſe vero vbi illuxit: Soncio amne ſuperato cũ reliquis copijs ad Veneta caſtra ire pergit: pręmiſſaq́; expeditiſsima equitũ ala ad pugnã noſtros elicit: nec Nouellus Turcorũ cõgreſſum euitãs prçliũ detractauit: cõcurſum eſt itaq; vtrinq́; ad primũ conſpectũ: tanta pugnãdi auiditate: vt pręproperо curſu ordines confunderentur: ſed Barbari inſidiarum memores vix bene conſerto pręlio de induſtria ceſſere : vrget infeſtis armis Venetus cędentem hoſtem: fugientemque vſque ad torrẽtẽ Grãmã inſequitur: dum vero hic maiori conatu hoſtẽ Venetus alacer pręmit: ſtudetq́ue victoria potiri: tum repente dato ad erumpendum ſigno, ex Liciniſij montis vertice Barbari coorti, vbi in inſidijs poſiti erant, terrificis clamoribus, & furibundo impetu in ſubiectam turmam effunduntur, tantusq́; hac ſubita hoſtium impreſsione pauor, Venetorum animos inceſsit, vt momento temporis fortunę facies mutata pernicioſum noſtris attulerit excidium, nam Barbari inuicto prope agmine in pręlium ex inſidijs ruentes feſſos iam Venetos nouis, integrisq́; viribus à fronte, a tergo, a lateribus inuadunt, opprimũturq́; hoſtium multitudine, improuiſoque impetu: qui in prima acie pugnabant, cęſiq́; ad vnum ferme omnes, alij vbi ſuorũ ſtragem videre, ac ferro omnia proſterni, in fugã verſi continuo cędere cœperunt, quos ferox hoſtis circũuentos, palantesq́; paſsim trucidat, paucisq́; ſeruatis ingens reliquorũ cędes facta eſt, periereq́; in his fortiſsime pugnando Nouellus Imperator cũ filio adoleſcente. Anaſtaſius Flamminius, Hercules Maluetius, Iacobus Baduarius, ac plerique alij ductores, & Cẽturiones, reliqui fermè omnes capti, & Marbegus hoſtium Dux grauiter vulneratus haud incruẽta victoria potitus eſt, in hũc maxime modũ ad Sonciũ amnẽ pugnatum, Venetaque res Turcorũ armis depreſſa iacuit, & in prouincia ingens terror populos inuaſit: ex recenti exercitus clade, & ex villarũ, locorũq́; direptione, & incẽdio, quod miſerabile, fędũq́; fuit, quũ Barbarus ex inſita immanitate ferro, flammaque omnia excindere ſtatuiſſet: idq́; in humane ab eo factum: nam quicquid ferè villarum, ac culti, armenique agri inter Soncium, & Tiliauentum amnes fuit : hoſtili manu miſerabiliter conflagrauit: Socijſque, hac tanta clade illata, poſt paucos inde dies Barbari præda onuſti Italiæ finibus exceſſere, multique ab his mortales abductis ſtabularij, Agaſones, fœminæ, pueri, copiæ autem ſubitariæ ab vrbe cum aliquot nauigijs in hoſtem miſſæ: dum is ferro, flammaque in carnos graſſaretur: Venere quoque in prouinciam à Senatu miſsi Do-

Not. Marbegi inſidias.

Not. Venetorũ cladem.

Not. fędũ incendiũ. Legati.

minicus Georgius, Zacharias Barbaro, Ioannes Hemus, & Candianus Bollanus, viri ſummo ingenio, & prudentia, vt prouinciæ ſtatum recognoſcerent: miſſuſque cum magna equitum, peditúmque manu Carolus Montonius, qui ad Barbarorum conatus inhibendos circa Gradiſcam validas munitiones erexit: ibique caſtra metatus Veneta ſigna conſtituit: Vendraminus interim altero nondum Ducatus ſui anno circumacto vita functus eſt:& ad Seruorum ædem ornatiſsimo tumulo illatus, funebri Hieronymi Contareni Bertutij filij oratione decoratur: Iuſtitięque adeo Vendraminus cultor fuit: Dum Principatum gereret, vt impunitum proprij filij nequam adoleſcentis crimen non permiſerit: Ioannes Mocenicus in Demortui locum Princeps creatur: Fuitque is Petri Ducis frater: Cæſusq; eſt hoc tempore domeſticis inſidijs Galeatius Sforcia Mediolani Dux, Sacrorum hora in tẽpli veſtibulo. Percuſſoreſq; fuere And. Lãponianus, Carolus Vicecomes, & Hieronymus Olgiatus, iuuenes genere clari, & ætate florentes, quorum duo dum fugam moliuntur, ab Ducis apparitoribus ſtatim interfecti ſunt, Olgiatus autẽ paucis poſt horis captus cæſa ceruice publice obtruncatur: qui antequàm ferrum carnifex in eum ſtringeret, hęc Latino ſermone, quod, literas egregie callebat, dixiſſe fertur, mors acerba, fama perpetua, vetus ſtabit memoria facti: Et Othomanus poſt hæc lõge maiore armorum apparatu, quàm quadriennio ante, Scodrã inuaſit: obſeſsiſq; vndiq; itineribus ſub Turcorũ acceſſum Croiani fame domiti deditionem fecerunt: quum ſupra annum grauiſsimã obſidionẽ pertuliſſent: Mox ad Scodram denuo itum: primũq; Alybegus cũ quindecim millibus bellatorum acceſsit: Quatriduo poſt Solymanus cũ ſeptuaginta millibus ad ortum conſedens oppidum corona cinxit: nouiſsime Rex ipſe affuit: innumerabili armatorũ multitudine ſtipatus, ſtatimq; omnis planicies, mõtiſq; latera tabernaculis, tentorijſq; complentur: machinis ad hęc, bellicisq; operibus continuo admotis: vrbs oppugnari cępit: In ea autem pręter mille, & quingentos oppidanos ſexcenti mercennarij milites aderant: ſub quatuor Cẽturionibus Pet. Carolino, Ant. Cortonio, Fr. Sãſcrobario, & Mich. Spalatrenſi, vrbique pręſidebat Antonius Legius, vir patritius, & generoſo, celſoque animo: Turcæ igitur primo impetu Scodrenſia mœnia adorti terribilem noſtris incuſſere terrorem: telaque hinc, inde inceſſanter, emittebantur: ruebantque in ferrum omnes ex vtraque parte: Illi pro patria, pro libertate, pro parentibus, liberis, coniugibus, hi pro Regni cupidine, inhumanoque furore pugnantes, crudele itaq;, atroxq; certamẽ obortũ, plenęq; iam cadaueribus erant antemurales foſſæ: plena montis decliuia: per quæ Barbarus irrepſerat: & quamuis multi in mortem cęſi ruentes ſub męnibus caderent: multi tamen integri ſubibãt: conabãturq; in Regis cõſpectu pręclarũ aliquod ædere facinus: mortis nullo metu habito: Scodrenſes, & ipſi inuictis corporibus, animiſq; acerrimã ędunt pugnã: quæ in plures horas, ac multa

Car. Montonius. Ioan. Mocenicus D. lxxii. 1477. Croianorũ deditio. Recẽs Scodræ obſidio. Anto. Legius. Att. acerrimam oppugnationem.

multacum cęde,diſtracta eſt:Demũ victa Turcorum pertinacia è ſummo diſcrimine Scodra liberatur:bis autem oppidum paucis diebus oppugnatũ ferunt:tanto furore,tantis conatibus, vt nihil minus ab vtraque parte animis ſuccurreret: quàm mortis, periculiue vllius diſcrimen: Illudque admiratione dignum à ſcriptoribus traditur: Catellam pugnantium clamoribus conſternatam ex loco vbi erat, quærulo latratu fugientem vndecim ſagittis tergo affixis ad ſolitos lares accurriſſe:tanta poſtea miſsilium,telorumque omnis generis vis in oppido reperta eſt: quam in propugnatores Barbari inter dimicandum coniecerant: vt ad furnos calefaciendos, & ad cibaria coquenda,per multos menſes nullo alio ferè lignorum genere:quã ſagittarum faſciculis Scodrenſes vſi fuerint:cæterum repulſis cum cæde,& ignominia ab oppidi mœnibus Turcis.Othomanus tamen obſidionem cõtinuare voluit:miſitque in Italiam ingentem Turcorum manum,triginta enim equitum millia fuiſſe traduntur:qui ſecundo terram ipſam Foroiuliẽſem rapido agmine inuaſere:eoque conſilio id factum aiunt, vt Veneti finitimo, ac domeſtico bello impliciti Scodrenſes obſeſſos nequaquàm vllis leuare poſſent auxilijs:Barbari autem circa Sõciacas munitiones tumultuoſe conſedentes explicata acie Venetos, qui inſtructis copijs aderant:in pugnam prouocabant:ſed Carolus Montonius, qui militare Imperium in Veneto exercitu adminiſtrabat,ſuos intra vallum continuit, hoſtemq; certaminis auidum ad altum diẽ lõga expectatione fatigauit: neq; enim quicquàm temere recentis cladis memoria auſus eſt committere:cunctandoq; Barbarum è prouincia eiecit:qui ad radices mõtiũ conuerſo agmine:poſtquàm Venetum ad pugnam elicere non potuit:caſtra inde mouit: fineſq; ſuos per Germaniam repetens difficillimum aggreſſus eſt iter: nã per abrupta,& cõfragoſa mõtium:rupiũq; loca equitatus ductus, qui reſtibus alligatus(quando aſperrimę cautes,& inuij acceſſus trãſitum negabãt) in ſubiectas valles demiſſus in apertum euaſit,&quũ iuga mõtis,qui lancee dicitur, Alpini incolę ad impediendum iter inſediſſent: Turcę magno auſu quò ne feras quidem adire poſſe quiſquàmputaſſet,ſcutis ſubnixi in arduũ mõtem per ſaxoſam, & inaceſſam rupem ad hoſtem repſere: viſo Turca territi illi, qui præſidio erant:trepidare cœperunt:inde fuga arrepta,turpiter locus ab indigenis relictus: ſed dum hæc in Italiæ finibus geruntur: Othomanus in Epyrro circa Scodram bellicis operibus erectis arctiſsima oppidum obſidione premebat:Dryuaſto interim capto,quingenti oppidani in Scodrenſium conſpectu Othomani iuſſu ferro contrucidati ſunt:Lyſſum quoq;ad Drynonis ripam cum duabus triremibus Barbari occuparũt:in quibus ducentos remiges captos ante Scodram crudelis hoſtis interemit, tenuit inde ea obſidio octo menſes:valido terra,aquiſq; ad Bolianę caput militũ prę ſidio impoſito,nequa auxiliũ Venetus vllũ obſeſsis poſſet immittere,in tãta aũt rerũ perturbatione cęptũ eſt cũ Othomano de pace agi:per Ioã.Dariũ

Nota.

Aſcenſus Barbarorũ in Forumiuliũ.

Att. Turcorum ferociam.

Ioan.Darius.

Turcicę linguę peritū Senatus ſecretariū, quę poſt longas cōtrouerſias his
Pax cum Othomano. conditionibus ſecuta eſt, vt Scodram Venetus Othomano traderet: Et Te
narum Laconię promōtorium, cum Lemno inſula, atq; inſuper quotānis
octo aureorum nummum millia illi perſolueret, eo nomine, vt in Pōtum,
ad aliaq; Græciæ emporia nauigatio Venetis negociatoribus tuto pateret:
è Scodra autem omnes ferè oppidani ſuum vetus in Venetum nomen ſtu
Not. Scodrenſiū fidē in Rēpub. diū ſequuti lęto animo egreſsi ſunt, relictaq; patria, penatibus, villis, prędijs
extorres fieri malluerunt: quàm ſub Othomanica eſſe ditione, ſtupereq; eo
rum cōſtantiam, & fidem Barbari: nec ciuitas ingrata fuit, quæ Scodrenſes
benigne amplexata perpetuū illis ex publico Salarium ſtatuit, beneficiaq;
pro conditione, & priſtina fortuna, vnicuique ampla decreta: Nec miretur
quiſpiam, ſi forte iudicabit: Venetos indecora pace nomen ſuum dehone-
Att. excuſationem. ſtaſſe: Id autem iuſtiſsimis cauſis factum aſſeritur: nam diu Veneti cum
potentiſsimo Rege terra, mariq; bellum ſoli geſſere, nullumq; eis vnquàm
auxilium a Chriſtianis Principibus latum: quin cum riſu, & gaudio clades
eorum auditæ, itaq; diuturno bello feſsi neceſſariam, & ſalutarem Reip. pa
cem Veneti complexi ſunt: populorumq; ſuorum indemnitati conſulen-
tes Imperij aliquam iacturam facere malluerunt, quàm in bello cum fero-
ciſsimo Rege perſeuerare, qui terreſtribus, maritimiſq; pollēs viribus, om-
nia vincebat: Ad idq; potētię (domitis terrarum gētibus) peruenerat, vt in-
ſuperabilis omnibus bellis haberetur: nec parū Veneti feciſſe viſi ſunt: qui
per viginti, & amplius annos aduerſus potētiſsimū hoſtē belligerādo, eius
impetū ſuſtinuerint: multiſq; ob id terra, mariq; cladibus affecti, quū vide
rēt Pōtifices, Reges, Principes Chriſtianos nō ſolū opē ſibi vllā afferre, ve
rum etiā hoſtili in ſe animo eſſe: Suo, ſociorūq; periculo moti pace (vt dixi
mus) cū prępotēti Rege ſancita, ſe iure optimo grauiſsimi belli onere leua
rūt: Nec Turcę tamē quieuere: qui dominādi cupidine accēſi ęſtate ſequēti
cum valida claſſe in Ioniam ſunt delati, eiectiſq; Regulis Cephalleniā, &
Italiæ motus. Zaciathum armis occuparūt: & hæc mari. In Italia autem poſt Turcorum
pacem Veneti pro Florentinorum libertate ſocia aduerſus Sixtum Pōtifi-
cem, & Ferdinandum Regem arma iunxerunt: Cęſo enim a coniuratis Iu-
liano Medice ciuitatis lōge Principe maxima rerum turbatio ſequuta eſt:
Florētini namque tanti viri caſu conſternati, in eius ſceleris conſcios fer-
Antiſtitis Piſani ſupplicium. ro ſtatim irruunt: necatiſque eorum plurimis Saluiatum Piſanum Antiſti
tem nulla religionis habita ratione tanquàm cædis authorem laqueo pu-
blicè ſuſpendunt: atrocitatem rei Pontifex deteſtatus Florentinos vno, eo
demque tempore, & Anathematis ſpiculo petit, & fœdere cum Ferdinan-
do Rege, & Senenſibus inito, bello aggreditur: ſtatimque validus in Hetru
riam exercitus ſub Alphonſi Calabriæ ducis, & Federici Vrbinatis Imperio
immiſſus eſt: cōtra quē Florentini Venetorū adiuti opibus copias eduxere:
Rubertuſq; Ariminēſis vir belli artibus clarus illis pręfuit: & in caſtris Frā-
ciſcus

ciſcus Michael Veneti Senatus nomine Legatus aderat: cum Carolo Montonio validiſsimi exercitus Duce: Vicecomes quoque, Eſtenſis, & Gonzaga, Princeps rem Thuſcam ſocijs viribus fouebant: & Ber. Bembum patres Floreutiam miſſere: qui toto ferme biennio, quo Hetruria bello exarſit: publico decreto laborantes ſocios conſilio, gratia, fauore, proſequutus eſt: hoſtis interim valido, florentique exercitu in æquum deſcendens. Rentium, Caſtellinam, Radam, Broiam, & Sabinum montem florentinis ademit: at Carolo Montonio Cortonæ vita functo. Rubertus Malateſta Hetruſcarũ copiarum Imperator ad Traſimenum lacum conſedit: inde in Peruſinos fines tumultuoſe irrumpens. quædam hoſtium loca armis oppreſsit: poſt modum ſtructa acie ad montem Sperellum profectus, aduerſus Matheum Campanum pontificij exercitus Ducem pari armorum apparatu cõflixit: pugnatumque eſt vtrinque acerrima concertatione duabus ferme horis: demum primis hoſtium turmis profligatis, reliquæ copiæ fuſæ, fugatęque ceſſerunt: impedimentaque omnia adempta, ac ęquitum ingens numerus captus: ſociorum clade Alphõſus, Vrbinaſque permoti: in Rubertum ſtatim cum omnibus copijs feruntur: at ille per ocium ſe, & ſuos in paccatum recepit: nec eſtate illa quicquam aliud memoria dignum geſtum: ſub medium vero autumnum quum hoſtium Duces reſciſſent: Florẽtinorũ exercitum, tribunis, militibuſque ob caſtrẽſem diſcordiam extenuatum, ad Podium Imperiale conſediſſe: ne delendi hoſtis tantam occaſionem amitterent: continuo quadrato agmine in eum ſpei pleni mouere: inopino autẽ, ac præferoci hoſtium incurſu nequaquam Thuſcus miles exteritus Duce And. Burgenſi manũ conſerere auſus eſt: diu tamen reſiſtere non potuit: Arragonij enim, Vrbinateſque magno impetu in ſummum iugum euadentes, ſubitum pauorem Thuſco iniecere: ſemelque turbatis ordinibus, ac in fugam diſiectis. claram eo die victoriam Pontificiæ copiæ adeptæ ſunt: inde ad collem oppidum itum: quo vi capto. Florentini fractis animis ad pacem reſpicere cœperunt: miſſuſque eſt Neapolim ad Regem Laurẽtius Medices: vt periculoſo bello patriam liberaret: pace autem firmata: Veneti ex Hetruria ſuas copias Antonij Donati, & Hieronymi Marcelli Legatorum ductu in Galliam reuocarunt: ac ſub id tempus Othomanus magna claſſe ſub Meſith. & Achomath Imperio comparata, eductaque Rhodum inuaſit: eſt autem ea inſularum omnium fere, quæ in Ionio, & Aegeo ſunt: non tam magnitudine, quam ſitu, & amęnitate pulcherrima: centumque, ac vigintiquinque millibus paſſuum circuitu patet: triaque in ea oppida quondam extitere. Camyrum, Lindum, & Ialyſſum, nunc vero tantum Rhodus. Liberi iuris ciuitas, & optimis inſtitutis ornata. Hieroſolymitanorumque equitum Sedes: penes quos totius rei ſumma eſt: multis igitur, varijſque armorum conatibus Turcæ vſi Inſulam adoriuntur: ac diſiectis aſsiduo tormentorum iactu mœnibus, nonnunquam intra oppidum irrupere:

Ber. Bembus.

Att. prælium.

Pax.

Rhodi deſcriptio.

pere:

perc:verum propugnatorum virtute cum cęde,& ignominia hoſtis ferox à mœnibus repellitur:oppidumq́ue eo tempore,non tam humana, quam diuina ope ſeruatum ferunt: nam viri duo forma humana auguſtiore incēſis facibus ſæpe pro muris excubare viſi ſunt: ac inter pugnandum minaci occurſu,terroq́ue ſtricto in Barbaros impetum feciſſe dicuntur: creditum vulgo:Principum Apoſtolorum ſimulachra illa fuiſſe:Turcęq́ue non multo poſt ſiue religione tacti,ſiue bellica Rhodiorū virtute repulſi, ex inſula ſoluta obſidione abiere:è Rhodo re infecta Othomanus digreſſus in Calabriam cum claſſe venit:Hidruntumq́ue ſubito incurſu adortus bellico furore expugnauit:apparebat autem oppido tam vicino oppreſſo, maximū totius Italiæ periculum imminere:futurumq́ue, vt breui magnam aliquā cladem Chriſtianæ rei ferox Tyrannus infligeret: ſed diuina prouidentia factum eſt:vt medio belli apparatu ille extinctus matura morte omnem metum ſoluerit,quem itali conceperant:& Ferdinandus defuncto Othomano,ſtatim oppidum recepit: Veneti interea Corryctam Dalmatiæ inſulam Quæ Vegia vulgo appellatur, Imperio ſuo adiunxere: principatūq; illum ſponte Veneto tradidit:Ioannes Regulus Bannis filius:nam & eum Pannon ad ſe armis trahere moliebatur:multæq́ue,ac variæ bellicæ expeditiones ſecutæ ſunt:demum Coryctano Regulo vltro cędēte,inſula haud ignobili Venetus poitur: Paulo autem Pont.Maximo morbo apopletico repente vita functo. Sixtus eius nominis quartus vrbe Sauona in Lyguria oriundus,magno Cardinalium conſenſu ad Pōtificatum euehitur: ad quē ſtatim congratulandi cauſa nobiliſsima legatio eſt decreta:in qua Ber.Iuſtinianus, M.Cornelius,& And.Leonus viri Ampliſsimi fuere, excepitq́ue eos Romana ciuitas togatos ſumis,exquiſitiſsimisq́ue honoribus: pereleganteméque Iuſtinianus(vt erat facundia inſignis) ad Pōtificem habuit orationem: Poſt hæc Ferrarienſe bellum ſequutum:quod varium,atroxq́ue fuit:nam terra,mariq́ue ancipiti fortuna pugnatum:iuſtæq́ue cauſæ Venetos in Herculem Ducem arma induere coegerunt,is autem Leonora Ferdinandi Regis filia in vxorem ducta magna animo concipere cępit: nec Venetam(vt antea)amicitiam ſincera fide colebat:quin cōtra antiqua fędera ſalem circa Comaclum fieri ab hominibus ſuæ ditionis permiſerat:& in vectigalibus Reip.ſoluendis fraude vtebatur:erexerat ad hæc circa caput aggere munitiones quaſdam tanquā Venetos occupaturus fines: quos ipſe ſuo ſtatuit arbitrio:nouiſsime magiſtratum Vicedominatus, quē Veneti in Ferraria ex fędere habebant: plurimis iniurijs ignominioſe affecit: ea propter indignati Patres arma,bellumq́ue minabātur: priuſquàm tamē in apertum bellum prorumperent: nunc per literas,nunc per oratores Herculem amice monere voluerunt:vt ab huiuſmodi iniurijs abſtineret: nolletq́ue Venetum nomen nil tale de eo meritum à ſe alienare:quin Borſium fratrem amiciſsimum Venetæ Reip.Principem,& alios ſuos maiores imitatus

Att.miraculum.

Hydruntū Turca occupat.

Hydruntū recipitur.

Veggia in Venetorū poteſt. Redacta.

Bellū Ferrarienſe.

Not.Ferr. Ducis iniurias.

tatus Venetam amplecteretur ſocietatem: ac in antiquo amiciſsimi populi fœdere perſeueraret: quod ei bene verteret: his adhortationibus, quũ homo alioqui ingentis ſpiritus; & noua affinitate elatus: minime moueretur: tentarunt Patres per Sixtum Pontificem in veteri illum amicitia retinere. Sed fruſtra omnia fiebant: quare Pontifex ſocia cum Veneto arma coniũxit: bellumque inde conſtanti animo in Herculem ſuſceptum, tenuit tamẽ varijs dictis ſententijs ea conſultatio plures dies: Mocenicusque Princeps nullo modo bellum Herculi inferendum eo tempore cenſebat: ac talem orationẽ habuit: Neſcio Patres conſcripti an vnquam maioris momenti cauſa ad hunc Senatum in cõſpectũ veſtro venerit: proponitur enim hodie bellum: cuius flamma ingens in tota Italia excitatura eſt incẽdium: nos autem illud extinguere debemus: qui Pacis ſemper ſtudioſi fuimus: videndumque, ac diligenter curandum, ne præpoſtera noſtra vlciſcendæ iniuriæ cupiditas in aliquod graue diſcrimen Remp. conijciat: alieno etenim tempore res tanta mouetur: feſſa iam longo bello Othomanico ciuitas, ſe ſi ſocij, feſſæ vectigales vrbes quietem quandoque exoptãt: diu bellis terra, marique Patres optimi agitati vix reſpiratis: nũc preſto eſt acerba memoria Turcici furoris? Qui foroiulienſem prouinciam deſolatam pene reddidit: vidimus fumantia tecta, viciniumque hoſtem, ſtrepitumque armorum exhorruimus: aliusque nunc recens paratur terror: Herculem enim hunc bello aggredi vultis: armis iniurias vindicaturi: at ego incertos belli caſus timeo: fortunæ varietatem, rerum humanarum inconſtantiam, & ſapientes ſecutam pacem dubijs martis euentibus ſemper præpoſuere: in nos Patres optimi. (mihi credite) Itali, exteriq; Principes perſuicaci, hoſtilique ſunt animo: quod ſi in hunc Herculem arma mouebimus: Italia omnis inuidiæ facibus agitata, aduerſus nos in vnum cõſentiet: ſocijsque ſtatim armis. Pannon, Hiſpanusque inſurgent potentiſsimi Reges, & Herculi arcta affinitate coniuncti: hos reliqui Italiæ Principes cum militiæ flore ſequentur: Ferrarienſemque potius, quam Venetam rem ſaluam eſſe curabũt: Adde Eſtẽſis ducis excellentes in re militari virtutes: ſummus is Princeps, egregius bellator habetur: diuitijs abundat, armis, fauoribus, clientelis, regijs affinitatibus, populorum beniuolentia, difficillimum itaque reor. Hunc poſſe debellari, tot innixum viribus: diſpendia quoque me mouent: & pecuniarũ profuſio: quas bellum abſumet: nam validiſsimæ & maritimæ, & terreſtres copiæ parandæ erunt: quum nulli dubium ſit: quin Ferdinandus Rex ad primos belli motus, pro Genero ſtatim exercitum, claſſemque contrahet, ad eiusque auxilium terra marique aduolabit, quod ſi Pannonica quoque arma acceſſerint: in magno diſcrimine Patres conſcripti (vtinam mentiar) res veſtræ conſtitutæ erunt: at Pontifex nobis fœdere iunctus. Eccleſiaſtica ſubminiſtrabit auxilia: communem hoſtem oppugnabit: Dij faxint: vt ita eueniat: at vereor ne & ipſe dolo malo agat: ſucceſsibusque noſtris inuidens,

Moceni P. oratio.

dens inexpectatam aliquam cladem infligat:tutius igitur eſſe cenſeo, rem differre:armaque continere,nõ quia id honeſtum,iuſtumque ſit:ſed quod alieniſsimo tempore res tanta mouetur: imitamini Patres optimi maiores noſtros:qui pacis ſtudium ſequuti,tot ſęculis raro cuiquam Principum bella,vimque intulere:Venetumque non tam belli,quã pacis artibus Imperium auctum:florebitque perpetuo:ſi vim, armaque continuerimus:ſi amice cum omnibus Patres conſcripti egeritis:quod profecto Reip.ſalutare erit:atque vt tandem dicendi finem faciam:ad pacẽ patrij inſtituti memores,quãto poſſumus maiore animi affectu,vos hortamur: vbi Princeps perorauit:multi ex Senioribus Patrum eius ſentẽtiam,opinionemque approbabant:ſed Bernardus Iuſtinianus ea tempeſtate Senator,oratorque præſtantiſsimus:Longe ab his diſſentiens,ſic locutus,orſusque eſt: Ber. Iuſtiniani oratio. Prudenter ſane,& diſerte Princeps noſter optimus de bello,& pace hoc in loco diſſeruit:ſingularemque laudem meretur:qui ad clauum Reip. ſedens. Ea in medium affert:quæ patriæ ſalutaria eſſe arbitratur:mihi vero (ignoſce Princeps optime)alia mens eſt:Herculem enim iſtum odi, & deteſtor, cuius acerbiſsimę iniurię iuſtam nobis in eum arma mouendi cauſam prębent:quis veſtrum neſcit Patres conſcripti Tyrannicam huius inſolentiã? ac inexpiabile in Remp.Venetam odium? quæ vnquàm euidentiores iniuriæ? quæ maiores offenſæ patere poſſunt? quas in nos, pluſquam hoſtili animo Hercules iſte effudit: antiquas immunitates veſtras ſanguine partas neglecto diuino,humanoq; iure toto Principatu ſuo ſuſtulit: veſtri Imperij finibus violatis munitiones inſolitas propria authoritate erexit:Vice dominum:qui veſtro nomine cum poteſtate ampliſsima Ferrariæ reſidet: quia honeſtiore via non potuit:velut impium,& ſciſmaticum Chriſtiano cætu,ſacrisque,per cõtumeliam excludi paſſus eſt:has iniurias Patres optimi ęquo animo feretis?Inſurgent in vos vnius exemplo alij finitimi Principes:ac dę induſtria quærent: qua ratione Veneti Imperij fines occupare poſsint:armis igitur agendum eſt,quando tanta arrogantia hoſtes vtũtur: licetque vim vi repellere:nec dubitandum, ne ciuitas omne belli onus ex Imperij dignitate ſuſtinere valeat:hęc enim iãdiu armis aſſueta bellicas vires,ſtrennuitatemque priſtinam reſumpſit:opes ad hęc adſunt ampliſsimę tam publicæ,quàm priuatæ,iuuentus armigera, militaribusq; innutrita ſtudijs:ſtipendiaque noſtra clari bello Duces ſequentur:ac peditum,equitũq; ſelecta manus:vnde florentiſsimo exercitu contracto,quidnam formidandum erit?ex Pannonia forſan motus aliquis orietur? nihil profecto ex hac parte timeri oportet,quum rex ille perpetuum,atroxque cum Federico Imperatore diu gerat bellum: Turcos quoque infeſtiſsimos habet: qui Pannonias,vicinosque ad Danubium.Fines incurſare,populari que non deſinunt,ac ſatis,ſuperque Rex ille facturus eſt,ſi aduerſus Othomanica,Germanicaque arma Regni fines tueri poſsit: Ferdinandum ſocerũ Princeps optime

optime memoras: Hunc ais pro Genero Hercule terra,marique arma cõ-
tinuo ſumpturum: Eum autem Patres ampliſsimi,parum timeo: quippe
qui vix bene adhuc priſtinas vires recepit:Hidruntineq́; cladis memor,ar-
ma prorſus abhorret:ſed fac Rex ille ferrum moliatur:Nos contra illi exer
citum,claſſemq́; obijciemus:quæ maritimam Appuliæ, & Calabriæ oram
deuaſtabit:itaque domeſtico bello implicitus,vellet,nolletque.Ferdinan-
dus à Ferrarienſi expeditione auocabitur:Adde,quonammodo cum inſtru
ſtis copijs ex Calabria in Ciſalpinam Galliam tranſire poterit: ad ferẽdum
Genero auxilium: quum omnia loca,per quæ tranſitus faciendus. Ponti-
fici pareant: cum quo ſocia arma iunxiſtis: Eccleſiaſticæ enim ditionis — *Nota Eccleſiæ ditionem.*
præter Latium,vt ſcitis, Sabinia, Vmbria, ac Picennus eſt ager: nunquid
igitur Pontificis armis obſtantibus, alatos Ferdinandus habebit milites:
qui præpeti penna per aerem delati huc aduolent: Deſtitutus profecto
omnibus auxilijs meritas ſuæ peruicaciæ Hercules nobis dabit pennas: vl-
ciſcimini igitur iniurias, ignominiam delete, iſtamque Patres optimi pa-
tientiam (ne dicam mollitiem animi) exuite: Quidnam expectamus?
vt bellum, quod iamdiu animo euoluit, contractis vndique in vnum fœ-
dere inito totius Italiæ viribus ipſe prior vobis inferat:tum è ſomnio ex-
citabimur, qui nos (vt video) in præſentiarum occupat:tum vi,armiſque
agemus: quibus nunc vti recuſamus: Non his artibus maiores noſtri tam
amplum terra,marique Imperium adepti ſunt:bellando,audendo,rem Ve
netam auxere:Benignitate anteavſi ſumus:in ampliſsimoque eum noſtris
armis collocauimus Ducatu:nunc iiſdem, ingratiſsimum Principem deij-
ciamus:omneſque intelligant:ſcire Venetos,iniurias vlciſci:Ite igitur Pa-
tres optimi, & maiorum noſtrorum veſtigia ſequuti: qui ad retinendam
publicam dignitatem ſemper accenſi fuere: Ferrarienſem Ducem bello
perſequimini: ac incendium hoc vicinum:quod noſtra patientia tot flam-
mas excitauit:quia aliter non licet:armis reſtinguite: Senatus & ſi iam an-
tea Herculis iniurijs laceſsitus per ſe ſatis ad bellum inclinabat: Vehemen
ti tamen Iuſtiniani oratione adhuc magis impulſus armis agendum terra,
marique contra Ferrarienſes miro conſenſu decernit: Bellumque pro cõ- — *Att. belli ſuſceptũ in Eſtẽſ.*
cione populi hoſti publice indictum: tanta alaritate exceptum dicitur: vt
incredibilis vocum fauor ex tota concione ſublatus, non obſcura ſuſcepti
belli comprobationis ſigna reddidit: tumque manifeſtè apparuit: quan-
ta apud omnes totius ciuitatis ordines Ferrarienſe nomen inuidia, atque
odio flagraret: præter itaque terreſtres ingentes copias: quibus duo Ru-
berti Seuerinas,& Malateſta fortiſsimi Imperatores præerant:duplex claſ- — *Not terreſtres maritimaſq́; venetorũ copias.*
ſis decernitur:vna quæ ſub Victoris Superantij auſpicijs Appuliæ,& Cala-
briæ littora ad Ferdinandi motus inhibendos infeſtaret:altera quæ per Pa
di fluenta Damiano Mauro Duce in hoſtium fines ageretur: multi autem
ex plebe,ſociarumque vrbium non magis prædæ cupidine, quàm odio in

Ferrarienſes, ad ſubitum belli apparatum exciti ſinè vlla ſtipendij mercede Veneta ſigna ſunt ſequuti: adhortationes quoque mutuæ, populareſque voces paſsim tota vrbe exaudiri: Alterque alterum ad Ferrariæ excidium inuitare: primo itaque belli conatu, per Tartari fluminis ſtagna haud procul à Leniaco oppido in hoſticum copiæ ductæ: Rubertumque Seuerinatem Imperatorem habuere: & Antonium Lauredanum Legatum: Cæterum præſens admonet occaſio: vt de Galliæ Ciſalpinæ ſitu hoc in loco pauca ſubijciam: Alluitur ea terra à Meridie, & à Brumali ortu mari Adriatico, ab Aquilone autem montibus ferè perpetuis, aſperiſque cincta: excurruntque hac parte Apennini iuga: qui Lyguriæ incubant, atque hinc Hetruria, atque Vmbria relictis: Anconem vſque montium illa aſperitas extenditur. Tyrrheni hæc antiquitus loca tenuere: eoſque proprijs ſedibus Galli terræ fœcunditate allecti expulerunt: qui poſtea citra, vltraque Padum conſedentes clariſsimas vrbes, Veronam, Brixiam, Cremonam, Bergomum, Mediolanum condidiſſe dicuntur: Hoſque intra fines, atque Alpes, Lebetij, Inſubres, & Cenomani gens Gallica ſedes tenuere, vltra vero Padum Boij, Eganes, & Senones, vnde poſtea Gallia dicta: & à Longobardis procedente tempore, qui in ea terra per ducentos circiter annos rerum potiti ſunt: Lombardia nuncupata: In hac prouincia præter ampliſsimas vrbes, magna, claraque extant flumina: Ticinus, Olius, Atheſis, Abdua, Mincius, & Padus, qui & à Græcis Eridanus appellatur: In gremioque hunc veſuli montis ortum habere aiunt. In planiciem inde ille lapſus magno impetu ad meridiem primo defluit: præcipitemque ab Oriente per profundas valles, ac patentes campos trahens curſum, haud minus triginta auctus fluminibus ſex oſtijs in Adriaticum mare euoluitur. ita vt nec magnitudine, nec rapiditate Danubio, Niloque inferior haberi poſsit: Augent Padum præter tot flumina liquatæ niues circa Caniculæ ortum. Ipſe autem ſuis lętus incrementis, aquarumque abundanti profluuio Ferrariam vſque delabitur: Polyneſſumque facit: ſciſuſque in plures partes diuerſum agit curſum: nec celeberrimi quoque deſunt Lacus: Larius, Verbanus, Benacus, Iſeus, Lambrus, ſecundo autem loco Atheſis inter Ciſalpinæ Galliæ flumina poſt Padum celeberrimi nominis habetur, qui & ipſe pluriſariam ſciſus Rhodigianam Poleſinum facit: Ex Arbonaque monte labitur: ac mediam interſecat Veronam: inde infra Leniacum decurrens per ſtagna, & paludes Caſtagnarium cognatis aquis ſe placide inſinuat: ac duobus oſtijs circa Foſsiones, & Brondulum in mare prorumpit: Venetę igitur copiæ in hoſtium fines delatæ ad Crucellam primum, mox in Melariam oppidum ductæ: Quod in Padi ripa poſitum eſt: primoque impetu miles Venetus hoſtium munitiones arci ſubiectas ferociter adortus vi expugnat: oppidumque ſtatim amiſſa arce capitur: At hoſtes profundam foſſam

Italiæ Ciſalpinæ deſcriptio.

Italię lacus

foſſam Venetó obiecerunt: qua tamen ſtatim tumultario opere repleta ad Caſtrumnouum oppugnandum Seuerinas exercitum admouit: eoque deditione potito haud leues excurſiones ab equitibus, Græcisque antecurſoribus in hoſticum fieri ceptæ, ingensque vis mortalium, pecorumque è Ferrarienſi abducta in caſtra quotidie agebatur: ex qua fama volũtarijs militibus ſpe prædæ Veneta caſtra adeo ſunt repleta: vt breui ſupra triginta armatorum millia in illis connumerarentur: His igitur cum copijs à Caſtronouo ad Ficarolum Venetus proceſsit, ſuperataque ingenti foſſa: quã hoſtes ad impediendum tranſitum manufecerant, iam oppidum bellicis machinis quatiebatur: excitusq; rei periculo Federicus Vrbinas hoſtium Imperator cum validis copijs ex Ferraria hoſtiliam venit: vnde ex propinquo Venetos aggredi poterat: tum Seuerinas id veritus continuo motis caſtris cum omni bellico apparatu in tutum abijt: Padanum interim aggerem inter Mellariam, & Hoſtiliam tumultuario opere reſcindi iuſsit: ne ea parte in Venetos hoſtis impetum faceret: denuoque ad Ficarolum Seuerinas caſtra admouit: Atque vt non vno tantum loco Venetus hoſtem fatigaret: Adria vrbs vetuſtate inſignis naualibus armis petita eſt: ad quam expeditionem Chriſtophorus Amulius Damiani Mauri Padanæ claſsis Imperatoris iuſſu cum lembis, ac minoribus nauigijs ferociter mouit: primo autem certamine oppidum Ferrarienſis miles egregie eſt tutatus: reiectique Veneti cum cæde à mœnibus receſſerunt: Cecíditque Dominicus Eritius vir fortiſsimus, poſtea redintegrato prælio periculorum omnium obliti nauales ſocij munitiones intrepide ſubiere: Et quamquàm loci natura inexpugnabilis prope eſſet: quippe qui aquis, paludoſaque vligine magna ex parte cingitur: Venetus tamen cunctis difficultatibus ſuperatis, impigre rem egit, nam hoſte è propugnaculis deiecto, in mediam vrbem irrupit: cædesque oppidanorum, ac militum primo ingreſſu à Victore irato, & vltionis cupido paſsim ædita eſt: tecta quoque direpta, atq; incenſa multis vrbis locis: Demum Amulius pietate motus, ne eo die Adria Veneto nomini cognata euerteretur: ſuos à præda, & cæde edicto reuocauit: Comaclum quoque iiſdem diebus in Venetorum poteſtatem venit: Nauigiaque ibi aliquot ad præſidium relicta, & quum ex altera parte claſſem aduerſo Pado Maurus in hoſtiles fines ageret: ingens citra, vltraque flumen accolarum fuga facta eſt: In oppidaque metu acti cum coniugibus, & liberis Agreſtes ſe receperunt: Communierat autem Hercules Padum ad Piloſellam tribus ligneis Caſtellis: vnumque medio amne poſitum valido firmarat præſidio: reliqua circa ripas erexerat: In quibus ingens Bombardarum, telorumque vis inerat: ac ſexcenti equites cum peditum numero pene pari: ſub Sigiſmundo Eſtenſi, & Ioanne Bentiuolo Ducibus: At Maurus hoſtium apparatus parum timens, audax capit conſilium: Caſtella enim claſſe adortus acerrimum cum hoſte prælium terra, aquiſque

Noc. Venet. copias

Chriſto. Amuli.

Dom. Eritu mors.

Adria à Veneto capta.

commiſit: ac vtroque loco Venetus egregie vicit: nam & in ripis Eſtenſes ſuperati, victique ſunt: & Caſtella armis, vique expugnata: ac incendio abſumpta: Inde dextra, leuaque tanta parta victoria nauales ſocij cum mercenario milite circa flumen, agrumque hoſtilem prædatum miſsi: Illi vero in Ferrarienſe nomen odio accenſi, villas, vicoſque, & tecta latè circumpadanis campis ſparſa crudeliter diripiunt, gregeſque, ac armenta abducta à Dominis ad naues in prædam aguntur: atque ita populabundus terra, aquiſque Venetus ingentem Ferrariæ incuſsit terrorem: & claſsis ſub idem ferè tempus quo Seuerinas terreſtres copias Ficarolum admouerat: eò appulſa oppidum circumſedit: Quo ſtatim militum corona cincto, bellicis tormentis res geri cœpit: Nec Vrbinas qui cum valida peditum, equitumque manu ad Stellatam è regione conſederat: ſuorum diſcrimen ocioſe intueri: Sed quum ęneas machinas vir bello acer in aduerſa ripa conſtituiſſet: cuncta Veneto infeſta reddebat: affligebanturque milites aſsiduo fuſilium machinarum iactu: ita vt non arma, non vallum, non aggeres violentos ictus ſuſtinere poterant: At ſolo omnia ęquata proſternabantur; Nec Venetus tamen Ficarolum armis, obſidioneque præmere omittebat: commiſſaque inter nautas, & milites Ferrarienſes in Padana inſula tumultuaria pugna hoſtes profligati ſunt: ſeptuagintaque ex his capti: in victoris poteſtatem venere: nec multopoſt Eſtenſis pari fermè clade Venetum affecit: nam quum Antonius Martianus ductor fortiſsimus Seuerinatis iuſſu cum duabus peditum cohortibus ad muniendum locum infra Ficarolum profectus eſſet: Hercules ad eum opprimendum tacito agmine aduolauit: ſubito igitur acceſſu Martianum adortus, Venetam aciem primo turbat, mox iniecto pauore loco ſummouet: At Martianus ſuos hortando aliquandiu hoſtium impetum repreſsit: Verum inclinata ſemel acies reparari amplius non potuit: Itaque victi Veneti ceſſere: Captuſque eſt Martianus, & Falcerius Duces, & cum his complures milites, multi quoque ibidem cæſi: pulſo inde Veneto locum poſtea hoſtes communiere: qui valido præſidio firmatus magno Ferrariæ adiumento fuit: Seuerinas interim, vt Herculem non vno tantum loco fatigaret: copiarum partem ſub Fracaſsi, & Ioannis Marię filiorum auſpicijs cum Petro Marcello Legato ad Rhodigianę Poleniſsi oppida expugnanda mittit: Iuuenes autem paterna ſequuti imperia in prouinciam ſtatim cum exercitu proficiſcuntur: primoque acceſſu Caſtellum Guelmum, & Turris Donatia in ſtagnis capta ſunt: pari inde fortuna Rodigium, Lendenaria: Abbatia, armis ſubacta: in hiſque oppidis expugnandis plurimum eſt elaboratū: prælijs, inſidijſq; & certaminibus, in quibus pręter alios clari nominis viros Hieronymus Martiani filius iuuenis impiger occubuit: nouis populis Veneto Imperio adiunctis, ad confirmādos eorum animos Auguſtinus Barbadicus vir claro ingenio, ſummaque

No. depredatioem

Hoſtium cædes.

Venetorũ clades.

Noc. oppida Polleſini a Veneto captas

ſummaque in Rep.authoritate, qui tum Patauij præfectus erat: decreto Patrum Rodigium acceſsit:ibique ſummo honore exceptus ad Venetam ſancte colendam amicitiam, ac ſocietatem, Blanda oratione omnes hortatus eſt: Barbadico autem Poleſsino decedente. Petrus Triuiſanus prætor in prouinciam venit:eique intra paucos dies vita functo Rubertus Venerius ſucceſſor datus eſt: vir pacis artibus admodum clarus: qui populorum animos Tyrannicis deprauatos Imperijs comitate, manſuetudine, dexteritate ingenij non ſolum in fide continuit, ſed magnopere etiam confirmauit: & Seuerinas ad Ficarolum rem & ipſe proſpere geſsit: qui lōgioris moræ impatiens quum nihil aſsidendo proficere videret, ſtatuit oppidū acerrima oppugnatione aggredi: murisque iam propemodum bellicis operibus, viique armorum ſolo æquatis, per ruinas armatæ acies in oppidum irrumpere tentarunt: magnoque impetu promurale arcis primo captum eſt: inde miles ferox certamine ad mediam vſque noctem protracto hoſtem territum munitionibus deijcit: denſoque agmine pluribus locis in oppidū irrupit: Eſtenſes vbi rem perditam videre: in fugam verſi abiectis armis victori ceſſerunt: multi tamen ferro ſunt oppreſsi: nec pauci aquarum vndis abſorpti, qui ſe ſe in flumen metu acti præcipitarunt: Venetus Ficarolo potitus mœnia, ac turres irrequieto opere reſtituit: oppidumque ad vſum belli opportunum egregie communiuit: interim circa Autumnum graui cœli intemperie oborta plurimi de exercitu morbo cōtracto periere: inter quos Maurus Padanæ claſsis præfectus, & Lauredanus Legatus (præter innumerabile militum vulgus) extincti ſunt: Vrbinas quoque hoſtium dux acerba valetudine conflictatus Ferrariæ interijt: & hæc æſtate illa in Gallia geſta: in Flamminia vero Rubertus Malateſta hoſtem & ipſe armis vexabat: cęterum quum ſub primos Venetorum conatus Alphonſus Calabriæ Dux Ferdinandi Patris iuſſu cum quattuor millibus armatorū tentaſſet ad Herculem Sororiū tranſire: vt eum bello leuaret: & Columneſibus, Sabelliſq; adiuuantibus, qui aperte Vrſinorū inuidia à Pontifice deſciuerant: in agrū Romanum deſcendiſſet: Veneti ne res eccleſiæ in aliquod diſcrimē conijcerentur: ſtatim Malateſtæ iubent: vt citato agmine ad vrbem graui bello, Alphonſique armis liberandam properet: Senatus Imperata facturus Rubertus ſtatim ex Flamminia cum valido exercitu mouit: Romæque appropinquans Pontificis copias ſuis adiunxit: Alphonſus audito Malateſtæ acceſſu in Veliternum agrum magnis itineribus ſe recepit: huc Venetus Imperator pugnandi cupidus quadrato agmine proficiſcitur: in hoſtemque ſpei plenus vadit: nec Arragonius prælium detractauit: certatum eſt igitur vtrinque magnis animis: habebat ferox Hiſpanus lectiſsimum equitatum: ac peditum vim ingentem: ſed in Venetis caſtris maior bellatorum numerus erat: ſex horis acerrime vtrinque dimicatum: inſtabatque Malateſta manu, voce, Imperio, contra Calaber ad victoriam aſpirans ſuos in præliū accendebat:

Aug. Barbadici authoritas.

Pet. Triuiſanus. Rub. Venerius.

Ficaroli expugnatio.

Not. funera ex æris in clementia.

Alphōſus.

Rub. Malateſta.

accendebat: demum Pontificius, Venetusque miles bellatorum numero melior hoſtem deuicit: conatusque eſt Alphonſus ſæpe aciem reparare, qua iam inclinata, ac in fugam omnino verſa, nobiliſsimam Rubertus victoriam reportauit: cæſi, captique multi ex hoſtium exercitu: qui honeſtos ducebant ordines: Alphonſus autem cum paucis equitibus ex acie dilapſus in paccatum abijt: ouansque vrbem Malateſta ingreſſus ingentem captiuorum numerum, militariaque Arragonēſis Regis ſigna prælio adēpta Pontificis, populique Romani oculis ſubiecit: ipſeque per hæc ſingulare decus conſecutus intra paucos dies ſummo omnium mœrore vita deceſsit: percrebuit rumor: hoſtium inſidijs eum Veneno ſublatum: ſed nimio potius ęſtu, & labore armorum Martium virum fatalis hora abripuit: Sepulchrum eius Romæ Cæſarianum illud habet: Veni, vidi, vici, Laureā Pontifici rettuli: & hæc in latio: at in Gallia Rubrij Parmēſes Venetorum partes ſequuti in Sforcianas opes impetū fecere: variaque fortuna vtrinq; bellatum: illi tandem inſubrum armis fatigati præpotenti hoſti ceſſerunt: & Seuerinas quum diu ęger decubuiſſet: morbo iam leuatus in caſtra redijt in quibus ſummæ rei pręerant (donec ille valetudinis cauſa abſuit) duo legati Lucas Piſo, & Ioannes Hemus, ſed Piſone poſtea ob ægritudinem domum redeunte: Federicus Contarenus, & Fr. Sanutus noui Legati in caſtra venerunt: nilque eo tempore memorabile geſtum: acris inclemētia militibus, nautisque adhuc languentibus: his autem vertente iam Autumno in priſtinam valitudinem reſtitutis ne amplius tempus terreretur, vndique arma parari cœperunt: miſitque Seuerinas Fracaſſum filium iuuenem impigrum cum valido equitatu ad munitiones in ripa Padi ad obſcurum Lacum ab Eſtenſibus erectas oppugnandas, quas ille bellicis machinis ita cōminuit, & cōcuſsit, vt diſiecto hoſtis præſidio, apertus ſit Venetis nauibus citro, vltroque commeantibus, fluminis ad eum locum tranſitus: ex altera quoque parte Victor Superantius, qui ſuperiori anno maritimum tenens Imperium, Calabriæ, & Appuliæ littora fęde populatus fuerat: in Padum iuſſu Senatus cum vna, & viginti triremibus, biremibusque, & minoribus nauigijs circiter quattuordecim delatus in aduerſam padi ripam non procul ab Argenta municipio ſupra quadringētos equites, ac milites, nautaſq; ſexcentos expoſuerat: eo conſilio, vt Ianiolum oppidum, quod ad Vaterni Oſtium ſedet: oppugnaret: in eos igitur ex militari licentia vagos, palanteſque Sigiſmundus Eſtenſis, Nicolaus Corregianus, & Huggo Seuerinas hoſtium Duces cum tribus, & amplius hominum millibus ex Argenta ſub ſignis egreſsi repente impetum fecere: improuiſoque incurſu Veneti primo turbati ſunt; inde And. Burgenſi Centurione fortiſsimo animante in vnum coacti ferociter in pugnam ruunt: contractumque eſt ſubito ingēs, cruentumque certamen: accurrentibusque ex propinqua claſſe ſocijs naualibus, hoſtium aliquanto repreſſus eſt impetus: pugnabant hi tamen acerrime:

Rub. Malateſtę interitus.

Legati in caſtris.

Vict. Superantius.

Præliū circa argētā.

me:locumque retinere totis viribus enitebantur: dum treceti Peloponeſſiaci equites ſubito à latere apparuere:quibus conſpectis tantum terrorem Herculani animis concepere, vt ſubito ſigiſmundus, alijque Duces magno terrore concuſſi ne circũuenti ad vnum caderent, fugam moliri cœperint. Valareſsia ad hæc triremis infeſsis à tergo aquis timorem hoſtium auxit: omnes itaque abiectis fœde armis profugiunt, alij aquis, alij ferro oppreſsi cadunt: capiuntur plurimi: pauci incolumes, ſaluique euaſere. In quibus ſigiſmundus fuit, qui velociſsimo equo vſus ex acie præcipiti fuga Argẽtam pene ſolus abijt, cæteri Duces Corregianus, Seuerinas, ſeptuagintaque alij circiter armorum ductores in Superãtij poteſtatem Venere, quos ille omnes Venetias captiuos miſit: cum ducentis æratis, ac micantibus Galeis Caphracto hoſti ademptis, quæ in inclytæ victoriæ memoriam publico loco ſuſpenſæ ſunt: his fœliciter à Superantio geſtis. Seuerinas vt & ipſe præclaro aliquo facinore exiſtimationem ſuam retineret: ſtatuit trãſmiſſo Pado Ferrariam copias admouere: pontemque ex Galleonibus infatigabili ſtudio conſtrui mandat. Ipſe autem cum Hemo, & Sanuto Legatis nocte profectus ad mille circiter paſſus procul à loco, vbi hoſtis aderat, copias põte iam flumini impoſito traijcere cœpit. Laboratum tamen prius eſt. Deficientibus nauibus in iungẽdo ponte: quo legatorum induſtria tãdem perfecto, omnis exercitus in hoſticum vltra flumen traducitur: tum vero Eſtenſes, qui loca circa Padum præſidio tenebant: Venetorum aduentu territi, ſuiſque diffiſi viribus, munitiones, præſidiaque cuncta deſeruere: ac Ferrariam celeri curſu ſe trepide receperunt: hoſte inde decedente, omnia continuo circa Padum Venetus miles occupauit: apertoque irrumpendi aditu in Ferrarienſem agrum prædabundus ſe effudit, vbi villas, ac ſuburbana tecta ferro, flammaque crudeliter deuaſtauit: ad Parcumque vſque quadrato agmine eſt progreſſum: nouoque põte, ac firmiore priore illo Pado impoſito: ad mille paſſus florentiſsimæ Venetorum copiæ circa Ferrariam cõſederunt. atque vt ab hoſtium incurſu caſtra tuta redderentur: conuerſus Seuerinas ad præſidium, quod ab Eſtenſi milite iuxta flumen relictum fuerat: muniendum: latiorem amplexus planiciem foſſa vicenum pedum profunda irrequieto opere ducta, firmiſsimum circũquaque illi aggerem cum propugnaculis, & pinnis, tormentorumque vi ingenti ad hoſtẽ procul ſum mouendum impoſuit: præfixiſque propinquo Ferrariæ loco Venetorũ ſignis: ad portas vrbis ocioſe adequitat: completque omnia metu: ciues his bellicis horroribus circũuallati vno ore actum de ſua, omniumque ſalute, prædicare: actum de Herculis principatu, hoſtem nimis acrem, præpotentem, iratum imminere: ſuperaſſe tot flumina, ſtagna, paludes, ſigna ſuperbiſsima ante vrbem ſtatuiſſe: nil reliquum iam eſſe: niſi vt aut iniquiſsimas pacis conditiones, aut frenum accipere ciuitas tot malis circũuenta cogeretur: hæc illi dolere, lamentari, Venetus interim vigili cura omnia moliri:

Not. hoſtiũ cladẽ.

Seuerinates cõſiliũ.

Not validiſsimas circa Ferrariã muniriones.

No. Ferrarieſiũ querelas.

quæ

quæ ad victoriam maturandam pertinere arbitrabatur: arma, pecuniæ, milites, commeatus, affatim præbiti: nilque omiſſum: quod hoſtem domitũ, debellatumque redderet: idque ſecutũ breui omnino fuiſſet: nisi Sixti Pontificis inexpectata defectio (victoria è manibus Venetorum extorta) rem Ferrarienſem pene deploratam ſeruaſſet: nam poſt Ruberti Malateſtę obitum, prælium que in Veliterno agro fęliciter commiſſum: id quod ad rem Venetam fouendam Põtificis animum potius inflammare debuit: ille ſtatim à priſtina ſocietate alienatus ad hoſtes defecit. Veritus enim Sixtus, ne Hercule Principatu deiecto, Venetorum potẽtia nimis excreſceret: ſtatim cum eo; ac Ferdinando Rege totiusque Italiæ Principibus fędere percuſſo, Venetos per literas monuit: vt continuo ab armis diſcederẽt, abſtinerẽtq; non ſolum deinceps à Ferrarienſi bello, ſed reſtituerẽt etiam Herculi quęcunque ad eam diem armis terra, aquisque illi ademiſſent: eoque conſilio id facere Pontifex atteſtabatur: vt Italiam bello liberaret: Chriſtianisque Principibus pacem redderet: quum ad Pontificem ſpectet, qui vicem Dei gerit in terris, diſcordias Principum è medio tollere: ac ea procurare: quæ Reip. Chriſtianæ ſalutaria eſſent, vt concordibus poſtea animis ferrum in infideles vertatur: Patres ea denunciatione moti, cuius antea à Fr. Diedo oratorem tum Romæ publico nomine agente certiores facti fuerant: & ſi ſtatuerant, inchoatam victoriam proſequi: cenſuerunt tamen Sixto reſpõdendum: literasque Ber. Iuſtinianus vir ſingulari eloquentia, ac eruditione preditus Senatus nomine ad Pontificem exaraſſe dicitur: quarum hęc ferè ſumma fuit: Vt quę nuper egerat ſua ſãctitas, ciuili Senatus tulerat animo, Venetosque grauibus laceſsitos iniurijs ad arma nunquã recurrere voluiſſe: quàm Pontifex prius bellum approbaſſet: eiusque authoritate, & hortatione Herculi arma illata: nec Patres tamen dicere, à pace multum abhorrere: quin veteri Reip. maiorumque inſtituto libẽter ad eam reſpicere: ſed rem indignam proponi: quum nil aliud ſit, Senatum hoc tempore ad arma deponenda hortari: quàm Venetum nomen, quum iam debellatum eſſet, omnibus irridendum exhibere: ſapienter nihilominus beatitudinem ſuam facere, quæ (vt optimum decet Pontificem) paci, ac tranquillitati Italię cõſulat: verum ſatis, ſuperque apparere, fraude, doloque Venetam rem peti: quòd dum viceſimum prope annum cum Othomano terra, marique bellum gereretur: ſtuderetque Venetus, vt communem hoſtem procul Italia armis diſtineret: nemo tamen conſpiraſſet in Barbaros: qui rem Venetam grauiſsime prẽmebant: nunc vero periclitante Hercule ad arma omnes concurrere: ad pacemque iniquam ſub quietis Italiæ ſpecie ſuſcipiendam Patres inuitari: ſed id planè agi, vt victoria à Veneto auferatur, demum ꝙ ad arma deponenda attinet, ſtatutum eſſe in Senatu bona illius venia bellum proſequi: cuius fœlix exitus omnino ſperarę poterat: quum ſummus ipſe Pontifex primum author, impulſorque fuiſſet, hęc, & alia in hanc ſententiam

Att. Sixti Pont. defectionem.

Not. fędus i Venetos.

Att. Pont. denunciationem.

Senatus reſponſum.

tentiam à Veneto ſunt perſcripta: Pontifex autem diuini, humaniq́ue iuris, ac priſtini fœderis oblitus, vbi Senatuſconſultum de proſequendo bello allatum eſt. Anathematis Spiculum ſtatim in Venetos detorſit: Alphõſus interim iam apertis ex Pontificio fœdere itineribus, cum duobus millibus equitum, in quis quadringenti Turcæ fuere. Hidruntina obſidione in ſeruitutem redacti, Ferrariam celeri curſu venit: Sed non multopoſt illa Barbarorum manus Arragonenſem exoſa militiam ad Venetos transfugit: Et Calaber paucis diebus Ferrariæ moratus inde Mediolanum conceſſit: Decretoq́ue ad Caſale Maius in Cremonenſi concilio, vbi plurimæ Italorum Principum aderant Legationes: Bellum Venetis communi ſociorum nomine indictum eſt: Copiarumq́ue Imperium, ac totius rei ſumma Federico Gonzagę Mantuano Principi demandatur: Patres ſubita tot Principum conſpiratione permoti ad res ſuas maturis viribus firmandas ex Gallia per Antonium Vinciueram Scribarum vnum Renatum Lothoringię Ducem militari diſciplina clarum in Italiam ingenti ſtipendio acceſſunt: cum ducentis igitur ille equitibus, ac mille peditibus, Alpibus ſuperatis in Italiam tranſijt: Cui Tridentum vſque officij gratia patrum decreto Bartholameus Vetturius, & Nicolaus Foſcarenus obuiam proceſſere: Ad maturandumq́ue iter Gallum hortati ſunt: qui Allobrogas, aliaſq́ue Alpinas gentes, ſecum ducens, in Veneta caſtra ſe contulit: Ad eaq́ue Petrus Priolus, & M. Antonius Maurocenus Legati aduenere: In Mediolanenſem autem agrum cum copiarum parte Seuerinas nouo Senatuſconſulto tranſire iuſſus eſt: vt Inſubrum arma intra Galliæ fines ſuo acceſſu cõtineret: exciretq́ue aliquem motum: qui facile in vrbe oriri poterat: per homines aduerſæ factionis: ſed nil actum eſt: quin irritatus hoſtis arma aliquanto citius induit: quàm quiſquàm putaſſet. nam conſpectis Venetorum ſignis Ludouicus Sforcia cum validiſsimo equitatu ex Parmenſi agro, vnde Rubrios Regulos eiecerat: in Cremonenſem ſtatim duxit. collatiſq́ue cum Alphonſo caſtris in Seuerinatem tranſmiſſo Abdua properatum: At ille cum copijs, quas habebat, prælium detractans, Bergomum ſe recepit: Inde Olio flumine iuxta Palatiolum ſuperato inſtructa acie ad nouos Vrceos conſedit: contra hoſtis Hetruſchis, Romaniſq́ue copijs mirifice auctus, arma vbique in Seuerinatis conſpectu per prouinciam circumferebat: Occupauit præterea quicquid Brixienſis agri inter Mellam Fluuium, & nouos Vrceos patet: oppidiſq́ue ad deditionem compulſis magno terrore cuncta in Cœnomanis ſunt repleta: Venetus tamen Imperator hoſtium viribus impar nullo loco deerat: nunc à fronte, nunc à latere ſe illis ex improuiſo oſtendens: miraq́ue arte vſus eſt, vt ſocios tueretur. Vrceiſq́ue valido præſidio firmatis, ad Zenonem tria paſſuum millia à Brixia conſedit: quam vrbem pauloante Zacharias Barbaro pro prætor ingreſſus ab omni hoſtium incurſu tutam reddidit. Fuit autem hic

Noe. Pontificiã cenſuram.

Fed. Gonzaga hoſtium Imper.

Renatus Lothoringiæ Dux.

Lud. Sforciæ exercitus.

Zach. Barbarus.

Franciſci illius filius, qui bello Philippico eandem vrbem Brixiam à grauiſsima obſidione ſua eximia virtute liberauit. Dignus certè tanto parente filius: à quo Hermolaus ille Græca, Latinaque eloquentia vir inſignis procreatus eſt: Variæ interim Bellicæ expeditiones æſtate illa vſque ad principium Autumni ab Alphonſo,& Seuerinate in Bergomenſi,Brixienſique agro factæ dicuntur: vbi oppida quædam viribus ſuperior hoſtis Veneto ademit: Circa Vero Padum Gallis magna ex parte morbo conſumptis.Renatus Lothoringiæ Dux audita Ludouici Regis morte,à quo tutor filiorum, Regnique teſtamento relictus eſſet: cum ea armatorum manu, quam in Italiam ſecum adduxerat:in Tranſalpinam Galliam redijt: cuius diſceſſu haud multum Venetus permotus dicitur: quum ipſa gens ſuopte ingenio ſuperba aſsiduas in ſocio exercitu ſeditiones ſereret: quo accidit: vt ſæpius læuiſsima ex cauſa inter Italos, & Barbaros milites inimico animo ſit cum cæde dimicatum: Et in mari ſub vernum anni tempus Arragonia quadraginta triremium, biremiumque claſsis ſub Federici Ferdinandi Regis filij ductu è Neapoli profecta Anconis portum inſedit: aduerſus eã continuo patres naualem apparatum ingentem ad retinendum maris Imperium ex vrbe emiſere: Summæque rei præficiunt Iaco. Marcellum, virum, Senatoremque maritimis ſtudijs clarum: Ipſeque ſtatim in Dalmatiam profectus Iaderæ ſubſedit: vt nautas,remigesque, quot quot poſsint. in naues cogeret:proſcriptisque impunitas promiſſa:vt turmis vndique paratis claſsis celerius inſtrueretur:omniaque diligenti ſtudio curabantur,ad hoſtem ex ea ſtatione deturbãdum:ſed dum commeatus, atq; alia quibus ad rem gerendam opus erat,expediuntur: hoſtis quia parum tutum cernebat,tam propinquo loco eſſe:Vento velis repente datis,ex Ancona digreditur,Triduoq;poſt Veneta claſsis ad pugnandum parata affuit:peperit ea res apud ciues ingentem Marcello inuidiã:eiuſq;mora ſuſpecta,infamiſq; habita eſt: quaſi de induſtria tẽpus is timiditate animi protraxiſſet: ne cum hoſte dimicare cogeretur:Et hæc vulgus:æquiores autem rerum æſtimatores Marcellum rectè feciſſe iudicabant:qui inermes naues ſine milite, ſine remige hoſtibus temere in prędam obijcere nolluiſſet: At tum quũ claſſem optime inſtructam haberet:in hoſtem ſtatim directis proris impetum facere minime dubitaſſet:facile eſſe:domi ſedendo,loquendoque vincere:armiſq;,non verbis prælia committuntur: His rumoribus in vrbe iactabatur Marcelli fama:ille vero ſui in Remp. ſtudij conſcius vulgi voces alto animo ſpernebat: Et Arragonius ex Ancone digreſſus vbi altum tenuit,ad Leuam in Illyricum tranſijt: Lyſſamque inſulam ſubito cum claſſe adortus eam ferro,& igni exciſam,deſolatamq; penè reddidit: inde ſtatim in Curzolam tranſmiſit: admotaque claſſe oppidum bellicis operibus aggreditur:Erat tum inſulæ comes Georgius Viarus homo conſtantis, intrepidiq;animi:is vbi hoſtem adeſſe ſenſit:cuncta ſtatim in oppido ad defenſionem

Her. Barbarus.

Arragonia claſſis.

Iac. Marcellus.

Nota de Marcello.

Geor. Viari virtus

ſenſionem parat:turres,mœnia,machinis,telis,propugnatoribus firmat:circa portas præſidia diſponit,munitiones tumultuario opere erigit,ipſe ferro cinctus omnibus locis adeſt:At hoſtis rem armis gerens oppidum varijs modis expugnare conatur:nunc bellatorum multitudine fretus ſcalas pluribus locis vno tempore admouet,nunc crebris bōbardarum ictibus muros quatit, alij eminus ſagittas in propugnatores emittunt: alij ſub mœnibus poſiti ferro,dolabriſque muros effringere tentant,omnia armorum ſtrepitu,fragore bellico Arragonius miles implet: Cæterum ea fuit Viari præfecti virtus, ea oppidanorum fortitudo, & conſtantia, vt non ſolum hoſtilem impetum ſuſtinuerit: ſed aliquos etiam temere mœnia ſcandere auſos cum ipſis ſcalis è ſummo præcipites egerit, artem etiam viribus Viarus addens ad perterre faciendos hoſtes rem nouam, commentus dicitur: vt repente ſublato ingenti è ſummis mœnibus clamore diuulgandum curauit: Marcellum cum claſſe aduentare:maritimaque à Veneto adeſſe auxilia:iubet itaque in vulgatæ rei argumentum toto oppido campanas pulſari: hilarem clamorem tolli: aliaque lætitiæ genera confingi: qua rei nouitate, inſtantiſque periculi magnitudine perculſus hoſtis quingentis, & amplius circa mœnia bellatoribus in oppugnatione amiſsis: trepide in altum abijt: At Veneta claſsis Arragonio abeunte Corcyram venit: Ad Adriaticum tu tandum ſinum, vbi multis leuibus commiſsis prælijs citro, vltroque clades illatæ:nunquam tamen de ſumma rerum dimicatum:& hæc mari,terra vero conſederat Hiſpanus cum inſtructis copijs ad Calcinatum,apparebatq; inde ad Lunati oppugnationem tranſiturum: Iccirco Marcus Antonius Maurocenus Legatus Imperatoris iuſſu cum valida militum manu eò tutandi oppidi cauſa profectus eſt: aderat, & Iacobus Meddius vir patritius, mllitesque aliquot mercennarij: Nouo itaque Legati præſidio Lunatenſes muniti nullam amplius hoſtium vim timere videbantur: tum Alphonſus omiſſa Lunati oppugnatione in Veronenſem agrum, copias duxit:iratuſque ob id Arragonio Gonzaga Princeps Mantuam abijt:nam Lunatū,& Piſcheriam ſocijs armis oppugnare,ſuiſq; rebus adiungere vehemēter optabat:Patreſq; id veriti nauigia pleraq;ad Piſcherię,& totius Benacē ſis oræ pręſidiū quàm celerrime inſtruxerāt;quibus Pet. Duodus homo impiger pręfuit: circa Padū vero Veneti haud ſatis proſpero marte cū hoſte pugnarunt:nā quū Tho.Imulanus magni nominis ductor cum aliquot peditū Cēturijs in Stellatinę arcis munitiones impetū feciſſet, ſocijq; nauales Duce And. Zanchano mixti militibus ſtrennuè in hoſtes rē gererent: iam parte arcis capta Eſtenſes cędere videbantur: ſed de induſtria deditione in longum protracta Hercules hoc temporis ſpacio ex Ferraria ſuis laborantibus opem laturus cum expeditiſsimo equitatu ſuperuenit: atque ex improuiſo Venetis circa arcem ſe oſtendens tantum terrorem illis iniecit: vt ſtatim miles,nautaque in fugam verſus hoſti ceſſerit: pręcipiteſque omnes

Curzolæ oppugnatio.

Not. viri aſtum.

Hoſtiū diſceſſus è Curzula.

M. Anto. Maurocenus.

Pet Duodus.

Tt ij ad

ad flumen dati ſunt: ſuſtinuit tamen Imulanus ab initio non nihil hoſtium
impetum: ſed ſemel inclinata acie fuga ſiſti amplius non potuit: multi ita-
que in aquas proiecti impetu fluminis periere: nonnulli imperitia natandi
Imulani interitus. hæſitantes circa ripas ferro oppreſsi, plures tamen capti, & in his Imulanus
fuit: qui leui vulnere accepto ſequenti nocte in hoſtili hoſpicio expirauit:
venenoque ſublatus fuiſſe creditur: ſunt, qui nõ violentia, fraude ve, ſed ni-
mio mœrore animi virum bellicoſum ſubito extinctum aiunt: quum ad-
uerſam prælij fortunam ægerrime, impatienterque vir celſi, elatique animi
tuliſſet: Ioannes quoque Hemus legatus eodem ferme tempore dum ſuis
Not. Ioã. Hemi legati caſu. ad Stellatam ex caſtris auxilio exire properaret: peruicaci equo in præceps
Iac. Meddius. effuſus, animã ſubito efflauit: eius loco Iacobus Meddius, nec multo poſt
Fr. Tronus. Franciſcus Tronus Legati in caſtra venere: amboque exiguo temporis in-
teruallo cœli inclementia extincti ſunt, dum hęc circa Padum geruntur, in
Gallia Ciſalpina interim Alphonſus Carpineto occupato Mincium amnẽ
ſupra Vallegium tranſgreſſus eſt, motis inde ſignis Godium venit: hinc per
Mantuanos fines in Veronenſem agrum prædabundo agmine proceſsit:
Villa francaque oppido media planicie potitur: terroreque maximo cũctis
illius regionis populi iniecto vſque ad Veronæ mœnia ferociter adequita
uit: Miſſæ & aliquot cohortes: quæ munitiora loca occuparent: hæ modi-
co negocio Scallanam inſulam, Vigaſium, & Sanguinettum vi, armorũq;
minis ad deditionem compulerunt: ventum inde ab hoſte vſque ad Athe-
ſis ripas, quo conſpecto vltra flumen trepidatum eſt: peruaſitque ille terror
Not. fugæ. Vincẽtiam, ac Patauium vſque, ac fuga Paganorum ex agris in vicinas vr-
bes, in Municipia, Caſtellaque paſsim facta: delectuſque tumultuarij habi-
ti: quibus hoſtium audacia reprimi aliquo modo poſſet: & Calaber ſub id
tempus ad Villamfrancam, cum omnibus copijs conſederat, aduerſus quõ
Seuerinas præter Benaci ripam ducens circa Vallegium apparuit: è Luna-
toque M. Ant. Maurocenus Legatus digreſſus in Seuerinatis caſtra venit:
Alphonſus motis repente ſignis in Brixienſes abijt: improuiſaque hac pro-
fectione, omnes nouum aliquid moliri virum indomitum ſuſpicati ſunt,
id quod breui palam factum in lucem venit, nam ad munitiſsimum oppi-
dum Aſulam Calaber citato agmine profectus rem fęliciter geſsit, vixque
in conſpectu loci fuit: quum ſine aliquo maiore conatu inſigne oppidum
deditione ſubita occupat: Aſula ab hoſte capta, defixit omnium animos
Aſulæ amiſsio. incredibili ſtupore inexpectatæ huius rei nuncius: quum munitione, ſitu,
fideque ciuium, oppidum inexpugnabile haberetur: Seuerinas interim ad
Calcinatum conſedens omnia loca, quæ in Brixienſi, Veronenſique amiſ-
ſa fuerant: Calabro abeunte armis recepit: auctoque nouis militum ſup-
plementis Veneto exercitu ad hoſtem ire ſtatuerat: Alphonſus autem re
ad Aſulam fęliciter geſta, traditoque Mãtuano Principi ex fędere oppido,
ad Ferrariam obſidione leuandam continuo mouit: afferebantur enim ab
Hercule

Herculi Sororio literę querelarum plenę, nihil is aiebat. Aduentum ſuum in Galliam profuiſſe: quum ad alios, non ad ſe res ab eo præclarę bello in Venetos geſtæ ſpectarent: Ferrariam arctius, grauiusque quàm antea obſidione premi: Veneta ſigna terra, aquisque in conſpectu vrbis eſſe: foſſa, vallo, munitionibus mœnia circũquaque cincta: Padi ripas armis, ac præſidijs Venetis teneri, omnia circa Ferrariam aduerſa, formidoloſa, Hoſtilia, orare ſe proinde illum, ac pro mutua beneuolentia, & affinitate vehementer obteſtari, ne ſe, ne Leonoram dilectiſsimam coniugem ſororem ſuam, ne paruos nepotes pulcherrimi Principatus hæredes, in tanto diſcrimine deſereret: eniteretur que totis viribus, donec fauor amicorum Principũ adeſſet: Fortunaque ſecũda aſpiraret: circa Padum Venetas opes aliquo modo frangere: vt vrbs grauiſsima obſidione ſaltem ante hyemem, quæ iam inſtabat: hoſtium armis leuaretur: his itaque adhortationibus ferociſsimi ducis animo permoto noua expeditio paratur: Alphonſusque ipſe coacto ingenti equitum, peditumque agmine ſub noctem Aſula profectus terreſtri itinere Hoſtiliam feſtino curſu ire pergit: Rubertus per exploratores cognita hoſtis celeri profectione, ratus quod erat, ad res Venetas circa Ferrariam infeſtandas illum properare: ipſe quoque ſub aurora cum duabus expeditiſsimis cohortibus ex Brixienſi profectus Veronam venit: ibique pręſidũ Fr. Diedi, & Fr. Marcelli diligentia nauigijs pluribus celeriter comparatis: militibusque in ea impoſitis, confeſtim in hoſtem ſecundo Atheſi itum: reliquæ Venetorum copiæ ſub Fracaſſo filio, & Mauroceno Legato Seuerinatem Imperatorem ſequutæ ſunt: vt ſi qua occaſio pugnandi neceſsitatẽ obtuliſſet: pares, iuſtasque vires ad confligendum Venetus haberet. Secundo itaque fluuio Seuerinas vectus eodem pene tẽpore, quo & Calaber affuit, circa Caſtrũnouum iuxta Ferrariam ſe ſuis improuiſus oſtẽderit: tum Seuerinatei milites ingentem clamorem ſuſtulere: ad quem ſubito perculſus hoſtis, miratusque, quid nam vellent ſibi voces illæ ex proximo redditæ? quis Dux? quæ copiæ? quæ noua præſidia ea eſſent? mox vbi Alphonſus cognouit: Seuerinatem cum copijs aduenifle: conuerſus ad ſuos, alas ergo habuit hic Senex capularis, inquit. nõ pedes, qui nos longinquiore loco poſitus curſu, & celeritate vicit: iratusque infecta re retro Hoſtiliam conceſſit: multaque poſtea ſub id tempus in Cęnomanis geſta reperio: nunquam tamen totis viribus dimicatum: ſed diu in capiẽdis Arragonius Galliæ oppidis, Venetus in his recipiendis laborarunt: ac militari Imperio in tanto belli turbine recte adminiſtrato media bruma copijs in hyberna dimiſsis Seuerinas ad Patres cum aliquot illuſtribus viris Venetias acceſsit: cui Mocenicus Princeps, Senatusque fere omnis Bucentauro obuiam officij gratia prodiere: exceptusque eſt is ſummo honore, ac maximis, ampliſsimisq; muneribus publice donatus: nam in Patauino agro Cittadellam oppidum inſigne habuit: in Veronenſi Montorium ſuburbanum amęniſsimum: in

Not. Herculis literas ad Alphonſum.

Att. Seuerinatis citatũ iter.

Att. Alphõſi verba.

Seuerinatis ad vrbẽ acceſſus.

Not. munera Senatus.

vrbe

vrbe precioſas,magnificasq́ue ædes:pari quoque munificentia Patres Rubrios Regulos proſequuti ſunt:magnumq́ue auri pondus ex ęrario, eis penſum:poſtea aliquot expeditionibus hinc,inde ſine memorabili euentu factis,pax tentata eſt:ad quam pertractandam Federicum Cornelium, & Zachariam Barbarum oratores,ambos viros eloquentia, & authoritate inſignes Cæſennam vſque Patres miſſere:ſed re diu per legatorum altercationem iactata pacis actio antiquatur: Veneti interim de belli euentu ſolliciti,ac Sixto Pontifici non parum irati,quòd eius conſilio,& ſuaſu,bello difficili,periculoſoq́ue impliciti eſſent:eoq́ue iam pene fęliciter, & ex ſententia confecto,ſubita ille defectione Venetam rem in ſummum adduxiſſet diſcrimen. Ad omnes fere Principes Chriſtianos oratores mittere ſtatuerunt:qui de Pontificis iniuria quęſti aduerſus illum auxilia,opemq́ue publico nomine implorarent:ac concilium cogerent:vbi fas eſſet: Sixti iniuſtitiam accuſare,miſsi itaque ſunt in Germaniam ad Federicum Imperatorē Seb. Baduarius eques, Ant. Lauredanus ad Galliæ Regem,ad Auſtriæ Ducem Paulus Piſo,in Belgas ad Maximilianum Cæſaris filium Nic. Foſcarenus,Patres vero quanquam per legatos hæc agebant.nihilominus ad retinendam publicam dignitatem bellum ſummo ſtudio repararunt:nam veris initio hoſte ex hybernis digreſſo nouis ſupplementis tam terreſtres,quā maritimas copias augeri placuit:ex Peloponeſſo itaque,Epyrro,& Dalmatia ad mille,& ducenti expediti equites,naualesq́ue ſocij in Italiam amplo ſtipēdio accerſiti ſunt:ij cum reliquis copijs Seuerinatis Imperatoris iuſſu circa Variolam,& Scortianū illi præſto affuere:coactoq́ue iuſto, validoq; exercitu Venetus in hoſtē vadit:& in Pado naualis turma vnius triremis: cui Chriſtophorus Duodus præerat, quum tumultuari ſubita defectione cœpiſſet:ad hoſtem,qui iuxta Philocinam in vlteriore fluminis ripa conſederat,tranſfugit,vixq́ue Duodus pręfectus euaſit:at remiges vbi primum in hoſtium caſtra venere:confeſtim ab eis ſpoliati,turpiterq́ue eiecti ſunt. Patres referentibus triūuiris aduocatoribus,vt documento alijs in poſterū eſſent,omnes publice proſcripſerunt:vt ſi quando intra Imperij fines deprehenſi in poteſtatem veniſſent,pro deſertoribus,infidisq́ue ſocijs more maiorum capitali ſupplicio afficerentur:ac ſub hos ferme dies Porcus Centurio ſupraquam dici poteſt,Veneto nomini infenſus capitur: perductusq́ue ad Ioannis Canalis conſpectum,qui Mellariæ pręſidebat,Percunctatus ab eo fuiſſe dicitur:nunquid Mellarię portis clauum affigere vellet: quemadmodum iure iurando in contumeliam facere pauloante comminatus fuerat,eoq́ue tacente,Fabrile ſcalprum Malleum,Clauum,inſtrumentaq; alia Canalis iuſsit illi afferri:tū Venetus:perfice inquit, homo vaniſsime quod te facturum(dum liber eras)tam inſolenter iactabas:& quod Victor nō potuiſti,victus(ne periurus ſis)facito: quod vt ille peregit: miſſus eſt poſtea Venetias ad ſupplicium:& hęc terreſtri expeditione circa Padum: in mari autem

Legati ad P. Chriſtianos.

Copias Veneti nouas cōparant.

Not. capti illuſionem.

ri autem Marcellus claſsis Imperator Corcyra ſub veris exitum profectus Gallipolim vrbem in Salentinis oppugnatum ire ſtatuit: habebat Venetus claſſem quinquaginta, & ſex nauium, in quibus erāt triremes ſexdecim optime inſtructæ: onerariæ quinque, cæteræ Biremes, aliaque minora nauigia: cum his Marcellus in Calabriam delatus Gallipolim armis terra, marique aggreditur: non prius tamen vim inferre ſtatuit: quam petito colloquio oppidanos hortaretur ad deditionem voluntariam faciendam: ſed quum illi ſuperbo reſponſo reddito ad arma reſpicerent, tum claſſe Marcellus littori appulſa, ac militibus, nautisque in terram expoſitis, iubet ocius arma expediri, vrbsque ſtatim acerrime oppugnatur: primique ante alios Dominicus Delphinus, Aloyſius Garzonius, Cōſtātius Lauredanus, Thomas Duodus, triremium præfecti ſignis illatis vrbem fatigant, & iam terra, marique Venetus intrepide ſcalas muro applicuerat: cędebanturque, ac depellebantur ex propugnaculis hoſtes: mœniaque his deturbatis pene capta erant: reſiſtebant adhuc tamē oppidani, at Marcellus ex prętoria naui vnūquenque appellans hortatur, vt rem ſtrennue in hoſtem gerant: increpat etiam, ſi quem intuetur turpi formidine pugnam declinare: illum ſignis, & voce adiuuat: alium præmio accendit: denique medio pugnæ ardore dum Imperatoris munere optimi defungi ſtudet (ita fato rapiente) tormēto ſtatim hoſtili pectore medio ictus, exanimis procubuit: ſtabat haud procul Nicolaus Sagudinus ſecretarius, cadentemque vidit Imperatorē, & ne quis eum iacentem inſpiceret, ſubito pallio operuit: inde cadauere è conſpectu pugnantium amoto, prælium ipſe accendit: hortaturque ſuos, vt pergant vincere, accepiſſe Imperatorem leue vulnus: ac tātiſper abſuturum: donec plaga à Medico obligaretur: ipſi vero virtutem ſuam interim oſtenderent: pergerentque vrbem ſine Imperatore expugnare: nobiliſsimaque victoria potiri: hæc ille: totis itaque viribus Venetus incumbēs vndique hoſtem fatigat: ac in primis Dominicus Maripetrus onerariarū pręfectus ſuos impellit: illi autem per tela, per ſaxa, in hoſtem eunt: demumque tranſcēſis męnibus, portisque refractis, oppidū à Veneto expugnatur: ac prima irruptione cæſi ex Gallipolitanis complures: direptæ domus, ferro, flammaque ſæuitum: vis poſtremo à victore repreſſa eſt: edictumque, vt cędi ciuium, fęminarum pudiciciæ, templisque parceretur. Gallipoli capta, Neritum, Rechaliſca, & alia pleraque vicina oppida cōtinuo deditionem fecere: totaq; prouincia Veneta arma plurimum expauit. Oppidū interim Maripetrus, qui Marcelli loco ſummę rei pręerat: egregio opere communiuit: vt ibi ſtabilem belli ſedem aduerſus Ferdinandi motus haberet: verum enim vero vbi is Veneta arma in Mediterranea regni penetrare vidit: tum impendentes Martis caſus, proximumque hoſtem præpotentem reformidans, ad pacem Ferdinandi animus, quam antea prorſus abnuere videbatur, inclinauit: nuncius autē Gallipolitanę victorię Venetias allatus ob Marcelli interitum

Claſsis veneta.

Gallipolis oppugnatio.

Noc. Marcelli Imp. caſum.

Nic. Sagudini hortatio.

Dom. Maripetrus.

Gallipolis capitur.

ritū haud ſatis lætus ciuitati aduenit:caſus enim fortiſsimi viri æque omnibus grauis,acerbusque fuit:his mari geſtis,Alphonſus,qui in Cremonēſi copias habebat:motis ſtatim inde caſtris ad quintianum conſedit,& Veneti olio ſuperato calcem,& nōnulla alia oppida Arragonijs antea armis occupata ſubito incurſu recepere:calaber quoque parū in ocio fuit: qui motis repente ſignis nouos vrceos bellico apparatu petijt: Seuerinasque celeriter inſequutus in hoſtium cōſpectu improuiſus aderat,nouiſsime è Turbulis profectus ad Zenonem iuxta Brixiam caſtra metatus eſt: hic de pace

Actio de pace.

inter duces ex propinquo cęptum agi:quæ nuncijs citro, vltroque miſsis, longiorem aliquāto moram habuit:& ſub id tempus dum de pace agebatur:aut certo non multo ante Venetus circa Ferrariam parum proſpere pugnauit:ſubito etenim incurſu plures peditum centuriæ in Eſtēſes circa vrbem ex Veneta ſtatione proruperant:omniaque ijs pauore complentibus Ferrarię,viciniſq́; oppidis vehementer trepidatum eſt: quo motu Hercules dux coacta ſtatim fortiſsimorum militum manu,euocatisque alijs copijs tacito agmine in Venetum vadit:inopinantemque,ac imparatum aggreditur:is vero turbatis ordinibus in fugam ſubito actus perfoſſas,& agge res pręceps datus eſt:multi autem cecidere,plures vulnerati,captique ſupra quadringenti:& hæc vltima hoc ſociali bello pugna fuit:quod biennij, ſeu

Pax cum eius conditionibus.

paulo plus ſpacium exceſsit:Pax autē ſtatim ſequuta huiuſcemodi habuit conditiones:vt Veneti Aſulam,Romanium, & quicquid hoſtium armis occupatum in Gallia amiſiſſent:reciperent: priſtiniſque cunctis immunitatibus gauderent:tam in Ferraria,quàm eius finibus: Rodigium ad hæc, Lendenariam,Abbatiam,Adriam,Oppida iuſto bello parta retinerēt: ipſi vero Mellaria,& Ficarolo Herculi reſtitutis:præſidia, ac munitiones circa padum erectas demolirentur:Gallipolim quoque,& quæ in Calabria maritimis occupaſſent armis,Ferdinando reſtituerent:& hunc exitum habuit Ferrarienſe bellum:quod Veneti ſoli aduerſus omnes Italiæ Principes terra,mari,fluminibus geſſere,gratiſsimaque vniuerſæ ciuitati,ſocijsque populis pax fuit:quæ ex Reip.dignitate ſancita Venetum nomen inſigni laude honeſtauit.Proinde gratiæ primum circa diuorum Aras pie actæ, ſupplicationesq́; triduo inſtitutæ,totaque vrbe nocturni ignes, & alia lętitię ſigna publice per plures dies ædita ſunt:indicta ad id ex Senatus decreto haſtarū

Att. ſpectacula.

certamina,& aurigationes:ad quas ingens mortalium ex tota Italia cōcurſus factus eſt:mediaque Area equeſtre præludium repreſentatū: certarūtq́; tres Seuerinatis filij,Rubrij Parmenſes,Leo Ludouici Sforciæ filius, & Iulij Camertium Principis ex fratre nepos,iuuenis rarę indolis, ſumptuoſiſsimi autem illorum fuere apparatus,ac admirabilis pompa.Qui in certamen venerunt,ſinguli enim vicenos quinos deſultorios equos auro,purpura,verſicolorique ex Serico opertorio inſtratos habuere:armisque ipſi fulgētibus, militarique deſuper,ſagulo conſpecti in certamen prodierunt : ac centum

hominũ millia tanto ſpectaculo interfuiſſe dicuntur: cui Mocenicus Princeps cum primoribus patrum excelſiore ſuggeſtu præſedit: vnde,& Eſtenſis Hercules acerrimus nuper hoſtis, cum Seuerinate, & alijs viris illuſtribus ſpectator affuit:aureus,& argenteus pannus certantibus propoſitus:ex equo que omnibus premia tradita: Sed Mariotus adoleſcens patria Parmēſis,quia ſupra ætatem ſtrennue haſta decertarat, incredibili populi fauore, Phalerati equi precium accepit: nulluſque omnino in tanto diuerſarum gentium concurſu tumultus ortus eſt: Vnius ſolum militis temeraria uoxrem pene turbauit: qui Rubertum iterato acclamans nefariæ cuiuſdam ſeditionis motum excire videbatur: Sed cō ſtatim Decemuirum iuſſu laqueo ad geminas columnas publice necato, tumultus omnis ſedatus eſt. Creauitque Sixtus Pontifex complures Cardinales: in quorum numero fuit, Petrus Foſcarus patritius inſignis: Confecto autem bello ducarlæ ſedis pars,quæ antea conflagrarat,ne informis,dirutaque iaceret: cępta eſt inſtaurari: Et paulopoſt pœſtilentia ciuitatem inuaſit: eaque in Autumnum paulatim aucta ingentem,ac fœdam in populoſiſſima vrbe fecit veſtitatem:alia quoque atrocior procul domo clades acceſſit:exierant enim ad Anglica negocia de more quattuor triremes, earumque penes Batho. Minium erat Imperium,ſed quum hæ ingenti emenſo maris ſpacio Ibericum proſpera aura nauigarent Oceanum:Ecce Columbus iunior, Pyrata ea tempeſtate inſignis cum ſeptem longis nauibus. ſub noctem circa promontorium (quod Vincentij caput hodie dicitur) ex inſidijs erumpens Veneto fit obuius: Iter autem ſuum proſpero ventorum flatu Venetum proſequentem.Pyrata tota nocte velis,remiſq; innixus,inſectatus eſt:poſt vbi dies illuxit,quum iam triremiũ puppibus proxime hæreret:cōtinuo vi, armisque omnia miſcens Venetum aggreditur: excepit is ferociter irruentem hoſtem: & nauium,& bellatorum numero potiorem: pluribuſq; horis atrociſſimo vtrinque pugnatum eſt:Et Venetus Pyratis nullo modo cedens ab his crudeliter obtruncatur: ad trecentique fermè ex turmis eo certamine occubuere: In quibus fuit Laurentius Michael,& Ioannes Delphinus viri ambo patritij,quorum virtus ea dimicatione non obſcura fuit:demum deditione facta triremes à Pyratis capiuntur: nauteque, qui ſuperfuere, in Lyſbonæ, Luſitaniæque littora, expoſiti ſunt: Factaque eſt omnibus ab Olyſponenſi Rege abeundi poteſtas: viaticoque, & indumento vnuſquiſque donatus, Regis ſenſit munificentiam: Ferunt autem veſtuſtum hoſpicium Veneto nomini cum Luſitaniæ Regibus antiquitus intercedere: Idq; ex eo euenerit,quòd olim quum ex ea gente Rex Venetias ignoto habitu viſendæ vrbis gratia cum paucis acceſiſſet:multis hoſpitalitatis, honorumque officijs tanquàm priuatæ fortunæ homo à patribus exceptus grati animi memoriam, in poſteros vſque tranſmiſit: Regaliſque illa ſtirps Venetam ſemper ſancte,pieque coluit amicitiam: Hac à Pyratis

Marioti. virtus.

Nota aduerſa.

Not. cladē à Pyratis.

Not. Regis officiũ

Vu clade

clade illata, ciuitas non parum commota præſentem iniuriam grauiſsime tulit: Conſtabat autem ad ducenta, & amplius aureorum nummum millia ex raptis precioſiſsimis mercibus amiſſa: ſedvltionem in aliud tempus differendam patres cenſuerunt: Miſere interim ad Regem in Luſitaniã Hier. Donatum oratorem virum Philoſophiæ ſtudijs clariſsimum: qui publico nomine ei gratias ageret: ꝙ pio ſtudio amicus Rex Venetarum triremium turmas Columbi prædonis iniuria littoribus Olyſponentibus diſiectas, errantesq́ue hoſpicio, & viatico iuuiſſet: & in Italia Hier. Riarius Sixti Pontificis Nepos, & Imolæ, Forliuijq́ue Princeps in cubiculo a ciuibus conſpiratione occulte inita occiſus in forum de palatij feneſtra proijcitur: Galeotus quoque Manfredus Fauentiæ Dominus vxoris inſidijs perijt: Ac ſub id tempus in Foroiulienſi agro repentino Pannonici equitatus incurſu nonnihil tumultuatum eſt: ſed ille in Italiam à Mathia Rege aduerſus Federicum Imperatorem miſſus aduenerat: paccatiſsimeq́ue per Venetorum fines progreſſus, quum nulla benegerendæ rei occaſio ſibi oblata eſſet: Italia exceſsit: Miſereq́ue Patres ad Federicum Imperatorem Ant. Bolduum, & ad Mathiam Pannoniæ Regem Domin. Bollanum oratores, ad emolliendas eorum iras, ne inter ſe bello contenderent: Legatorum itaq́ue perſuaſionibus pace compoſita Reges ab armis retracti ſunt: Et Rubertus Seuerinas magnis pollicitationibus ab Innocentio octauo Romano Pontifice per Legatos accerſitus, Senatu non permittente, neq; omnino recuſante, in Flamminiam primo, inde Romam, cum duobus filijs Fracaſſo, & Galeatio, ad eius ſtipendia tranſijt: Vrgebatur enim Pontifex Ferdinandi armis, Vrſinorum quoq; opes Apoſtolicæ ſedi infeſtæ erant: Multaq́; hinc, inde ſequuta ſunt armorum geſta: ea autem ſigillatim enarrare prætermittam: vtpote ad rem Venetam parum ſpectantia: Mocenico interim Principe anno Ducatus ſui ſeptimo vita functo, & in Gemellorum templo inſigni tumulo condito: vbi Hier. Mollinus eleganti eum oratione laudauit. M. Barbadicus omnibus fermè ſuffragijs in demortui locum Princeps à Patribus creatur: Et vacante ob Mocenici Principis mortem Ducatu, a quinque viris correctoribus, Zach. Barbaro, equite, & procuratore, Fed. Cornelio, M. Barbadico, Petro Priolo, & Thoma Triuiſano, lata lex eſt. quam ſupremum Patritiorum concilium iuſsit, vt poſt hac a ſeniore conſiliario Ducalis Infula gemmis ornata noui Principis capiti ad ſuperiorem Palatij arcum publice imponeretur: Hac verborum præfatione. Accipe coronã Ducatus Venetiarum: quum antea priuatorum manibus Principes veteri inſtituto intra domeſticos Ducarij parietes eam aſſumere conſueuiſſent: Et in Barbadico Principe, id primo ſeruatum eſt: magnoq́; is Remp. Charitatis ſtudio amplexus. Ad Ducarij inſtaurationem animum adiecit: Moleſq́ue eius cura, & diligentia ad conſumationem ſuperbo opere perducta eſt: placuit ad hæc ciuitate pœſtilentia grauiter laborante. Triumuiros

Not. Principũ cædẽ.

Legati veneti.

M. Barbadicus P. lxxiii. 1484.

Not. de P. infula decretum.

icrear

creari: quibus negocium datum, vt quantum humanæ vires poſſent. Saluti omnium in leuanda lue publice conſulerent: Et hæc domi, foris autem in Cyprum, aliquot peditum Centuriæ ab vrbe ad regni præſidiũ, ſunt miſſæ. nam Syriæ inſula propinqua Sultani arma reformidabat: Et per id tempus Maximilianus Federici Imperatoris filius Rex Romanorum a Germanis proceribus eſt declaratus: huiuſcemodi autem filij electionem Federicus pater Venetis veluti amiciſsimo populo ſtatim per literas ſignificauit: ea propter ad vtrunque nobiliſsima decreta Legatio: Miſsiq́ue Dominicus Triuiſanus, & Hermolaus Barbaro Zachariæ procuratoris filius, ex Patauina Achademia in vrbẽ paulo ante reuerſus: vir Græcis, Latiniſq; literis eruditiſsimus: qui publico nomine illis non ſolum Regalem, Cæſareamq́ue appellationem gratularentur: ſed pacem, fœduſq́ue priſtinum confirmarent, ambo ob egregias animi dotes equeſtri ſunt dignitate donati: Hermolauſq; is tantum Graio valuit eloquio, vt decem, & octo natus annos Græce ſcribere exorſus. In Latinum conuertit ſermonem Rethoricem Ariſtotelis, Dialecticemq́ue vniuerſam, Dioſcoridem quoque, poſtea, & Plutarcum, de Iſide, & Oſyride, ac Themiſtij Peripatetici Paraphraſim Phiſicem interpretatus eſt: Edidit & Plinianas caſtigationes, cum quęſtionibus Geometricis, & compendijs Galleni, item de conſcribendis Hiſtoriæ præceptis de Cęlibatu, de re Vxoria, de Aſtronomia, & cõtra Barbaros Philoſophos elegantiſsima opuſcula, libroſq́ue perſcripſit: Ingenioq́ue is vir planè fuit, perſpicaciſsimo, ac prope diuino: Romæ poſtea dum apud Innocentium Pontificem pro Rep. oratorem ageret, mœrore animi confectus obijt: nã Aquileienſe Sacerdotium repudiare à Senatu coactus eſt, quod illi Pontifex contulerat. Lege enim cautum erat, ne quis Legatione publico nomine perfungens munera, beneficiaq́ue vlla à Pontifice acciperet: Itaq́ue Hermolaus publicæ offenſæ dolore tactus, intra paucos dies extinctus interijt: Epitaphiumq́ue hoc eius ſepulchrum Romæ habet.

Oratores Veneti in Germaniam.

Not. Her. Barbari eruditionem.

Barbarus Hermoleos latio, qui depulit omnem
Barbariem, hic ſitus eſt, vtraq; lingua gemit,
Vrbs Venetum vitam, mortem dedit inclyta Roma:
Non poterat naſci, nobiliuſq́ue mori.

Poſt hæc quum Barbadicus per nouem menſes Reipubli. præfuiſſet, è vita ſummo ciuitatis mœrore deceſsit, incredibileq́ue deſiderium ſui reliquit, ob ſolertem, rectamq́ue eius adminiſtrationem: nam vbertate, pace, opulentia, rerumq́ue omnium copia eo tempore ciuitas floruit: ac publicis, priuatiſq́ue incrementis adeo res Veneta tum potens, claraq́ue erat: vt ab vrbe condita nullum conſtet, beatiorem ciuitatis ſtatum fuiſſe: acceſsit ad hanc temporum fœlicitatem, quòd Veneti tunc terra, mariq́ue paccate agebant: Venitq́ue illis ipſis diebus ad Patres ex Aſia Bayſethi Legatus, cum amplis muneribus, nec cubantem Principem adire potuit:

Att. fęlicẽ ciuit. ſtatum.

Vu ij qui

qui quum iam exigua ſpe animam traheret, conuocatis in cubiculum ad ſe quattuor filijs, multa ad eos grauiſſimo ſermone alloquutus fuiſſe dicitur: vt memores ij perpetuo eſſe deberent. Beneficij a patria accepti: quæ ex priuato ordine ad ſummum dignitatis faſtigium genitorem euexiſſet: Ideoq; eo impenſius niti oporteret: vt quam ipſe morte præuentus non potuerit: Filij grato animo debitam patriæ pietatem exoluerent: Hæc, atq; alia fatus paulopoſt expirauit: & in Charitatis Aede aureo tumulo locatur: Eiuſque manibus filij, poſt funebrem orationem à Paulo Piſone facundiſſime habitam, mira pietate parentarunt: Ciuitas vehementer illius interitu turbata eſt: Incredibili omnes affectu lamentari, admirari prudentiam, prædicare iuſtitiam, manſuetudinem, candorem animi, cæteraque præclara vitæ ornamenta: quo factum eſt, vt ſummo omnium conſenſu, repulſis Ber. Iuſtiniano, Th. Triuiſano, & Pet. Priolo viris ampliſsimis. Augu. Barbadicus eius frater Princeps eligeretur: ita enim perſuaſum ferè omnibus erat: neminem alium creari poſſe: qui defuncto ſimilior futurus eſſet: accedebat quoque in Auguſtino præſentiæ dignitas: ac maieſtas quædam, decorque eximius canæ barbæ, & ad pectus vſque propexæ, cuius conſpectus venerabilis reddebatur: Eratque tum Italia in tranquillo, paccatoq; ſtatu: miſſiq; ſunt, ad Innocentium Pont. Seb. Baduarius, & Ber. Bembus oratores, ad renouandum publico nomine cum eo fędus. Innocentius poſtea Pontifex in Cardinalium Collegium cooptauit, Mapheum Gerardum Patriarcham Venetiarum, virum ſummę in Deum pietatis. Aegyptioque Rege, nouum quid mari Syrio moliente. Veneti claſſem inſtruxere, cuius Franciſco Priolo demandatum eſt Imperium: Is in Cyprum delatus bellicos Sultani motus ita compreſsit, vt omnia breui paccata redderentur. Venetiasq; poſtea claſſem Priolus incolumen reduxit.

No. P. pietatem.

Aug. Barbadicus D. lxxiii. 1486.

Legati ad Innocentium Pontifi.

Fr. Priolus cl. Im.

FINIS.

PETRI IVSTINIANI
RERVM VENETARVM
HISTORIA.

LIBER DECIMVS.

NOVVS ex Germania motus Italiam quum aliquan
diu ea prouincia ab armis reſpiraſſet: bello repente
inuoluit. Idq́ue ob ambiguos circa Benriacū fines,
& argenti fodinas. Inter Sigiſmundum Auſtriæ Du Bellū Germanicum.
cem, & Venetos conflatum ita exarſit: vt crudeliſsi-
me ferro, flammaq́ue diu eo bello ſit ſæuitum: Ar-
cuenſium autem Regulorum impulſu, qui in Sigiſ-
mundi fide erant, arma ſunt ſtatim Venetis illata:
qui ad vim hoſtium propulſandā erecti copias contrahunt: finesq́ue tueri
mandant: aduerſus Barbarorum conatus: nam illi nullo prius indicto bello
per Tridentinum agrum rapido agmine effuſi Roboretum oppidum ho-
ſtiliter inuadunt: magnaq́ue vi adhibita ad deditionem faciendam Vene-
tum compellere tentant: ipſe vero intrepide hoſtem ſuſtinet: erat enim ibi
præfectus Nicolaus Priolus cum Fr. Craſſo Centurione viro fortiſsimo:
qui rem impigre in Germanos gerentes oppidum aliquandiu ſtrennue tu-
tati ſunt: auctis poſtea viribus, quum Rhoeti, Vindelici, Norici, Suithēſes, Roboretū captum.
magna manu in hoſtium caſtra adueniſſent: oppidum præter arcem amit-
titur: circunſedentibusq́ue Germanis Venetæ copiæ ſub Ruberti Seuerina
tis Imperio eò celeriter mouere: verum priuſquàm in prouinciam acceſſe-
runt: arx Roberti quoque in hoſtium poteſtatem venit: miſsiq́ue Priolus,
& Craſſus in Germaniam captiui: Iulius interim Camertium Princeps Se-
natus literis ex Vmbria accerſitus copiarum Imperium recepit, pariq́; iu-
re cum Seuerinate exercitum Venetum regebat: placuitq́ue his concordi
animo Ponte Atheſim iungere: vt citra, vltraq́ue aduerſus Germanorum
inſultus ſuis præſto ſubſidio eſſent: dimicatumq́ue aliquoties inter partes
varia fortuna: ſed leui, tumultuarioq́ue congreſſu: Vna ſingularis pugna ſa
tis celebris, & memoranda fuit, duorum ex vtroque exercitu virorum for-
tium: qui ex prouocatione in Pratalinis campis circa Atheſim permitten-
tibus Imperatoribus in ſingulare certamē prodiere: ex Italis Antonius Ma Not. duellum.
ria Seuerinatis filius, ex Germanis Georgius Gombergius ambo militari
gloria, & ætate florentes concertatores fuerūt: equeſtris primum inter eos
pugna commiſſa: qua haſtis ex aduerſo infeſtis acerrime vtriq́ue congreſ-
ſi ſunt: mox ex equis deſilientes pedeſtre prẹlium capeſſunt: gladioq́ue ali-
quandiu vſi parem virtutem facile oſtenderunt: poſtremo abiectis gla-
dijs

dijs ſe ſe conſertis manibus cōplectuntur:amboque poſt varios conatus,ac
pedum,membrorumq́ue laborioſam concertationem in latus concidunt:
hic Germanus aliquanto humi depreſsior pugione quo ſe in vſum hunc
accinxerat:bis infra inguina Seuerinatem improuiſo ſauciat:confeciſſetq́;
haud dubie inermē repetitis ictibus,niſi ferox alioqui iuuenis ſe victū do-
lens.frendensq́ue voce declaraſſet:attollentes itaque ſe ambo è certamine
diſcedunt:Seuerinas ad Victoris libitum in caſtra hoſtiū equo ſedens per-
ducitur:ac mox in libertatem reſtitutus ad ſuos redijt:nec poſt multos hos
dies ad Rapacionem parum proſpere à Venetis in hoſtes pugnatum eſt:nā
ſubitario prope commiſſo prelio Germani in Seuerinateos milites irruen
tes eorum plurimos interfecere:vixq́ue Dux ipſe Seuerinas euaſit, cecidiſ-
ſetq́ue proculdubio hoſtili ferro, niſi Antonius Maria filius, & Venantius
Camertium Princeps iuuenes impigri ferocius pugnam ciēdo omnem in
ſe Germanarum cohortium impetum auertiſſent:qui dum Ducem ſerua-
re ſtudent:eo liberato ipſi capiuntur:bisq́ue fortunæ temeritate paucis die
bus Seuerinas filius ab hoſte intercipitur:& per idem tempus Veneti in Su
gana valle ad Griuium cum hoſte congreſsi proſpere pugnarunt : duplici
Barbarorum præſidio circa vallis fauces capto:flammisq́ue abſumpto:con
Leuia inter partes certamina tra Germanus ad Celacium duas peditum centurias ex Venetis per inſi-
dias oppreſsit:ſed(vt eſt fortuna in rebus bellicis varia) & inconſtans, non
multo poſt noua clades Germano in eius finibus repenſa eſt : cecidereq́ue
ex hoſtibus complures,tectaq́ue direpta, & incenſa,ad locum, qui Burgus
vocatur:his geſtis Gaudētius Amaſiæ comes,qui in caſtris hoſtium copia-
rum Imperium habebat,deficiente commeatu,militeq́ue in dies ſtipendij
inopia abeunte,ne aliquam maiorem cladem adiret.Roborti arce incenſa
Roboretū a Venetis recipitur. cum exercitu nocte tacito agmine in Germaniam conceſsit: & Veneti cō
tinuo oppidum recepere:immiſſęque inde in Thelesſinos Alpium accolas
aliquot cohortes ferro,& igni omnia fędarunt:Seuerinas autem, quum ho
ſtis receſsiſſet,ne ea temporum opportunitate abuteretur,cum legatis. Lu-
ca Piſone,& Hieronymo Marcello cœpit occulte agere,de bello in Tridē
tinum agrum transferendo.Inuitoq́ue,ac diſſentiente Piſone Legato viro
prudenti hæc ſuſcepta eſt expeditio,qui multis diſſeruit rationibus, hoſtes
minime in ſuis finibus tentandos eſſe,futuramq́ue cladem quaſi vates prę-
dixit, contra Marcellus vir ferox Piſonis collegæ conſilia veluti timida
aſpernabatur,ac ex dignitate publica eſſe aſſerebat.Veneta arma in hoſtilē
agrum inferre,fęlicesq́ue ſucceſſus gloriabundo ore iactās, in Germaniam
florentes Reip.copias traducere Imperatorem cohortatus eſt,placuit autē
primum ne quid à tergo hoſtile relinqueretur.Ibanium,& Nomum expu-
Oppida hoſtiū capta. gnari.Admotis itaque bellicis machinis deditione facta oppidis Venetus
potitur:nec multis inde diebus interiectis ponte Atheſi inter Petrā, & Biſ-
ſinum impoſito in hoſticum Seuerinas copias traiecit:& quum in ripa flu-
minis

minis caſtra poſuiſſet:nullo imperio miles prædæ auidus contineri potu it. Quin temere ſine ordine huc,illuc è caſtrorum munitionibus effuſus v aga retur:omniaque terroris,& fugæ complet,qui in agris erant,viſo ho ſte, celeri curſu Tridentum delati nunciant. Venetum adeſſe:duæ itaque Germanorum equitum alæ,totidemque peditum cohortes,& cum his oppidanorum turba plurima ſubito tumultu vrbe erumpunt. Venetoſque diſpalatos,ac prædæ intentos aggrediuntur:ij autem(n irum dictu)vix conſpecto hoſte in fugam acti cedere trepide cœperunt:& ad pōtem abiectis turpiter armis feſtinantes cęteros pauoris comites ſecum trahunt: Seuerinas tāto tumultu excitus,eò pene ſolus accurrit: ac voce,manuque ſuorum fugam ſiſtere tentat:verum animis perterritis,vanum Imperatoris in retinēdo milite ſtudium fuit:quiſque enim per ſe ſalutem effugio quærens vltra pontem in paccatum abire nitebatur. Inſtat ferox Germanus,in trepidanteſque infert ſigna,tum aperta fit fuga. In qua dum alius alij obuius, colluctanſque medio ponte incredibili omnia tumultu miſcet: armatorum pōdere,multitudineque fugientium pons confractus, præruptusque repente ſoluitur:præcipiteſque decidere in ſubiectum amnem plurimi equites,pediteſque,qui conglobati ex ponte pugnabant: Seuerinas quoque eo caſu in flumen prolapſus cum toto equo perijt: vnus autem Guidus Rubrio Parmenſis circa Amnis ripam ſuorum equitum ala ſeptus non ſolum Germanorum impreſsionem fortiter ſuſtinuit,verum etiam temere victorē progreſſum auertit. Huiuſque ſolius virtute reſtituta Veneta res eſt. Cecidere tamen tum ferro oppreſsi,tum vorticoſo,violentoque Amne abſorpti,cōplures viri fortes:ex hoſtibus quoque non pauci occubuiſſe dicuntur. Seuerinatis corpus circa ripam fluminis inuentum hoſtes Tridenti honorifice ſepeliendum curarunt:at Veneti ea clade accepta nouis aucto ſupplementis exercitu in hoſtem arma induere iterum ſtudebant:aliquotque expeditiones in Rethos,Theutonas,aliaſque Alpinas gentes proſpere ſunt factæ: ſed parum memoria dignæ:interim de pace actum:Sigiſmundo iam ad eā ob Principum Germanorum diſcordiam reſpiciente:quæ his tandem conditionibus confecta eſt:vt redditis vtrinque captiuis fines de quibus ambigebatur,Venetis intacti manerent:de Ibanio, & Nomo oppidis ex hoſte captis. Innocentius Pontifex iudicaret:ea autem Venetus tandiu teneret: quoad pontificis declaratio ſequuta eſſet: Pace confecta res Italiæ aliquādiu quietæ fuere: Prodigiaque ſub id tempus quædam vulgata mentes hominum conturbarūt:nam Bicipitem infantem Patauij puerpera enixa eſt: atque alter puerulus Venetijs æditus in omnium oculis apparuit,habens in Vertice Genitale Membrum,& ex Gallinæ ouo prodigioſe Baſiliſcus in Patricia domo natus totam vrbem ſtupore repleuit:noua inde cura Venetorum animos inceſsit,quum ſubito allatum fuiſſet:Bayſethum per idem tempus opulentam Byzantij claſſem comparare:quæ in Aegyptium Regem

Pontis ruina.

Nor. Seuerinatis Imperat. caſum.

Pax.

Att. Prodigia.

gem inſtrui dicebatur:ob idque Othomanus per legatos à Senatu petijt,vt in Cyprum claſſem illi liceret appellere: quod ipſum patres omnino negarunt: addubitare autem Ciuitas ne vim aliquam Bayſethus & Reginę, & Venetis rebus inferret:claſſem itaque magno ſtudio ſtatim comparat: at ea Turca Aegyptum petente,in Cyprum nauigauit:manſitque eo tempore Pax Venetis cum Bayſetho terra,& mari inuiolata: ſtatuit poſt hæc Senatus,quum ſuſpicio incidiſſet,aliquos rerum nouarum cupidos in Cypri inſula eſſe.Qui ad occupandum Regnũ occultas,nefariasque Reginæ inſidias molirentur:vt ad tutiorem inſulæ ſtatum. Regina in patriam reuocata.

Cypri regni acquiſitio.

Cyprus in Reip.fidem reciperetur: miſſusque eò ſtatim eſt Franciſcus Priolus claſsis Imperator. Qui Regno validis præſidijs firmato populorũ animos in Veneti Senatus fide,& beneuolentia confirmaret: & vt Regina maiori cum dignitate in patriam reduceretur:Georgius Cornelius eius frater Senatus iuſſu in Cyprum nauigauit:Sororemque allocutus cum ea non minus prudenter, quam magnanime egit,vt Regia Sede relicta in patriam ipſa accederet,vbi ab omni tuta periculo libera, fęlixque Regalem vitam duceret:quandoquidem Venetus Senatus non minus illam in patria, quã ſi in Regno maneret:Reginam,filiæque loco omni tempore eam eſſet habiturus: fratris igitur Blandientis conſilium puella ſequuta cui tamen diu refragata fuerat,è Cypro in patriam multis Regni proceribus comitata na

Regina in patriã accedit.

uigauit: vrbemque ei appropinquanti Barbadicus Princeps, Senatusque ferè omnis Bucẽtauro, alijsque minoribus ingenti numero nauigijs obuiam proceſſere:exceptaque eſt Regina ſummo honore,& ad Eſtenſes ædes per

Publica in Geor.Cornelij gratitudo. M. Cornelius Geor. filius Cardinalis.

mediam vrbem triumphanti ſimilis deuecta: ſtatimque Geor. Cornelius publico decreto,de patria benemeritus equeſtri dignitate ornatur: ſecutũ inde recens decus,quòd Marcus Cornelius Georgij filius altæ indolis Adoleſcens ad Cardinalatum ab Alexandro ſexto ſummo Põtifice aſſumptus fuit vnaque Dominicus Grimanus vir doctiſsimus:Regina autem aliquãdiu cum ſuis in priuata domo verſata,mox Aſilo amœniſsimo in Taruiſino agro oppido à patribus tradito, ibi Regiam tenuit: primusque Locũte

Fr.Barbadicus P. Cypri locum.T.

nens Franciſcus Barbadicus creatus Cypri Regnũ publico nomine gubernandum ſuſcepit: poſt hæc Veneti Petrum Diedum ad Aegypti Regem oratorem miſere:& Othomanica claſsis per id tempus, ex Helleſpõti faucibus egreſſa inexpectato aduentu ad Corcyram tumultuoſe conſedit:eodemque impetu terreſtris Turcorum exercitus in Epyrum ſubito irrupit: quem motum Veneti haud ocioſis auribus audire potuere:continuo itaq; Corcyra valido milito pręſidio munitur:& ex Methone cũ naui vna optime inſtructa.And.Lauredanus vir impiger eò acceſsit:nec non aliæ naues ex vrbe,& proximis inſulis ſub Laurentij Paſqualici ductu miſſę ad Corcy

Chimerina.

renſes tutãdos,ſed vis illa Othomanica in Chimerinos terra,marique verſa eſt:ſedesque hi populi habent in Acroceraunis loco aſpero, & inhoſpitali:

tali:tributumque aliquandiu Bayſetho pendere obſtinate recuſarant.freti loci natura,petiti igitur ob id ſunt bello terra,marique, cuius terrifico apparatu illi permoti inuictiſsimi Regis armis ceſſere:Chimerinis autem ad Imperium retractis:Othomanica claſsis paccata retro abijt:Et Veneti magno ſunt metu liberati:Noua deinde diſcordia inter Maximilianum Romanorum,& Carolum Galliç Regem nuptiarũ cauſa ſuborta.Veneti miſſis oratoribus Regum animos placare tentarunt: Germanica autem Legatione Geor.Contarenus,& Paulus Piſo,Gallica Fr.Capellius,& Zach. Cõtarenus functi ſunt,ac precibus,hortatuq; obtinuerunt vt Reges armis,belloq; abſtinerent:miſsi quoq; & in Hiſpaniam Hier. Leonus,& Geor.Piſo vt Ferdinando Regi publico nomine Bethicam victoriam gratularentur: Habuit & M. Dandulus Pannonicã ad Vladiſlaum Legationem: vt Regi amico communem Senatus lætitiam declararet,ob adeptum Mathię illius ſummi loco opulentiſsimum Regnum: Et hæc à Venetis per Legatos cũ Regibus diuerſis orbis partibus amice tractata: atq; iiſdem fermè temporibus maritimę Venetorum res à Camallio Pyrata hoſtiliter infeſtabantur: Quare ex Ionio And.Lauredanus in Lybicum mare cum aliquot onerarijs delatus prędonẽ ſęuiſsimum in ea Aphricę ora adeptus eſt,diuq; inſectatus ex alto trepidum,fugatumq; cõpulit ad littus, Pyraticiſq; aliquot nauibus partim captis,partim incenſis,liberum,apertũq; nauigantibus mare reddidit:Secutũ eſt poſtea magno Italiæ motu Gallicũ bellũ, quo Carolus Rex breui admodũ tẽporis ſpacio euocatus a Ludouico Mediolani Duce Neapolitanũ Regnũ ſubegit:maximis ſiquidẽ is copijs ĩ Italiã deſcẽdẽs omnia armis perdomare videbatur, prius vero quàm Rex ex Gallia ad deſtinatũ bellũ mouit:per Philip.Argentonũ,& Peronẽ Belgã Legatos ſuos Venetis ſignificauit:ſe ad legitimũ hæreditario iure Regnũ Neapolitanum ſibi vẽdicandum cum copijs in Italiam deſcendere:paccateq; per Venetorũ loca ſe tranſiturũ pollicetur: adepto autẽ Regno in Turcos ſtatim omiſſa Italia ipſe terra,mariq; arma illaturus eſſet:omnẽ pręterea Appuliã, & maritimã Adriatici à dextra,lęuaq; ſinus orã Venetis offert:proinde amicũ populum hortabatur,ad fędus ſecũ in Ferdinãdũ iungẽdũ,aut ſi id facere negaret,nullã ſaltẽ Regi,Galliſq; iuſtũ bellum gerentibus iniuriã inferret:Ad ea Venetus reſpondens amice Legatos hortatus eſt: ac perſuaſionibus,precibuſque cum eis egit:ne Italiæ ſtatum bello Rex turbaret: Quãdo nulla inde iniuria,nulla offenſa eſſet in Gallicũ nomen profecta:q̃ ſi Carolo omnino ſtaret animo fixũ,bellum proſequi, iure veteris amicitię ab eo poſtulabat, ne Venetos in fędus,bellumque traheret. quod eſſet media Italia atrociter gerendum:quam ex maiorum inſtituto tranquillam, quietamq; ſemper Patres optaſſent: Boni proinde Rex conſulat, ſi nõ ſocia contra Ferdinandum arma patres decernant: ſi oblata noua maris Imperia renuant: nec id animi timiditati, ſed hæreditariæ modeſtiæ imputetur: Illud autem

Not. Legatus.

Bellũ Neapolitanũ.

Not. Senatus reſpõſum.

Patres conſtantiſsimę polliceri: nunquàm fore, vt Venetus Regem iniuria afficeret: Eiuſque motibus (quod ad Neapolitanam Rem ſpectet) vires ſuas opponeret: Et cum his Legati è Curia dimiſsi: eratque interim Italia in noui belli expectatione erecta: Alpeſque iam Carolus cum florentiſsimo exercitu tranſcendere cœperat: quum Ferdinandus Rex dolore animi confectus ſubito obijt: Alphonſuſque filius in Regnum ſucceſſit: qui ſocia ſtatim cum Alexandro Pontifice arma iunxit: tentauit, & Venetos in fœdus pellicere, Verum illi neutras partes ſequuti ſunt: ſincerumque, ac æqualem Regibus cultum præſtitere: non tamen in tanto Italiæ motu ocio obtorpuerunt: At nequa improuiſa vis aliunde ingrueret: & claſſe, & exercitu Imperium muniri placuit: naualemque cum ſumma poteſtate Antonius Grimanus vir ampliſsimus obtinuit adminiſtrationem: iuſſuſque eſt, omnem maritimam oram ab Adriatico ſinu dextra, læuaque vſque in Græciam diligenter tueri: nam Gallica claſsis Genuæ opulentiſsima parari dicebatur: Cui Salernitanus Princeps præerat: At Carolus paccato agmine Italiam ingreſſus, in Flamminiam primum venit: ibique apud Ceſennam Ferdinandum Calabriæ Ducem cum exercitu ad confligendum parato obuium habuit: eumque leui certamiue iniecto facile in fugam vertit: Inde Carolus ſex millibus equitum ſeptus, Ticinum proficiſcitur: vbi Ioannes Maria Galeatij Sforciæ Mediolani Ducis filius graui morbo preſſus iacebat: qui non multopoſt non ſine veneni à Ludouico Patruo inſidioſe dati ſuſpicione è vita deceſsit: Ipſeque Ducatum per violentum Nepotis obitum Tyrannice inuaſit: Carolus autem ex Mediolani finibus digreſſus in Hetruriam mouit: Petierat enim pauloantea Rex per Legatos à Florentinis, vt per eorum fines exercitum ſibi ducere, ac vrbem paccate ingredi liceret: quibus poſtulatis Florentini vehementer commoti, quid Regi reſponderent, ſuſpenſis, ambiguiſque animis verſabantur: proinde Legatio ad Venetos decreta: Qua Thuſcus eniciſsime petebat: vt ſibi Patres conſulerent: quid potiſsimum ad Regis poſtulata reſpondendum eſſet: multum enim Florentini Venetorum prudentiæ, virtuti, fœlicitati tribuentes, Senatus conſilia omnino ſequi ſtatuerant: tum à Patribus re mature diſcuſſa, ita eorum Legatis Reſponſum.

Ferd. Regis interitus.

Ant. Grimanus cl. Venet. Im.

Not. Flo. i Ven. ſtudium.

Haud ſatis Recte ſcire ſe, quid in tanto Italiæ motu agendum ſit: quum plerunque eueniat, vt quæ maturo conſilio, & recta ratione conſtituta fuerint: in contrarium fortunæ temeritate rapiantur: Proinde ad Deorum immortalium opem confugiendum: in quorum arbitrio, & diſpoſitione cuncta ſunt poſita: atque eos planè ſcire: quid pace, belloque terrarum Principes aut ſequi, aut fugere oporteat: At Rex dum hæc Thuſcus per Legatos agit: in Hetruriam cum exercitu profectus Sarzanam primum Florentinis ademit: deinde & Piſas: ibique claſſem ſuam ſtationem habere iuſsit: Et Petro Medice ciue Primario rem ad Gallũ trahente.

Not. prudẽs Senatus reſpõſum.

Florentia

Florentia quoque in Regis poteſtatem peruenit: excepitque cum ciuitas maximis, exquiſitiſsimiſque honoribus: Hic Carolo adhuc ſedenti duo a Venetis Oratores Dominicus Triuiſanus, & Antonius Lauredanus ſummo ingenio vtrique præditi officij gratia affuere: Ille vero Romam ſtatuit proficiſci. Senaſque adiens, vrbem magnis affecit incommodis: inuito demum Pontifice, Columnenſium fauoribus adiutus Rex cum omnibus copijs Romam Flumentana porta ingreſſus eſt; noctuque Gallicum agmen in vrbem immiſſum: Armatorum autem numerus varie traditur: ad quadraginta milia qui rem augent, alij quinque, & viginti millia peditum, equitumque fuiſſe memorant, in quibus plurimi ex tota Italia ſpe prędæ, & nouarum rerum cupidi Gallorum caſtra ſponte ſequuti fuerant: Ad Diui Marci ædes Rex eſt diuerſatus, & Pontifex in Adriani molem ſe recepit: tumultuatumque aliquoties in vrbe militum inſolentia: cędesq; nō vno loco inter Gallos, Romanoſque ędita: cęterum Cardinalium ſuaſionibus qui frequentes circa Regem aderant, in colloquium cum Pontifice in Vaticanum Carolus venit: quem humiliter ad pedes demiſſus de more adorauit: veneratusque eſt, pacemque cum eo ſanxit, quibuſdam conditionibus: Nec multis inde diebus interiectis, Rex cum toto exercitu Roma digreditur, manusq; vna Gallorum continuo per Sabinos in Campaniam irrupit, Aquilanique conſpectis Regijs ſignis, ſtatim ad Gallos defecerunt: Eſt & circa Fucinū in Marſis trepidatum: magnaque populorum ea in ora ad Carolum inclinatio ſecuta: eapropter Alphonſus Rex ſuis opibus diffiſus fortunæ cedere ſtatuit; Regnique corona Ferdinando filio tradita ad præſentem inuidiam leuandam cum quinque triremibus in Siciliam nauigauit: nam populi cum quia ſuperbe, & auare ſemper imperaſſet, parum diligebant, maiore autem filium ob amabile, miteque ingenium pietate, cultuque proſequebantur, At Ferdinandus Regno a patre per manus accepto, Et ſi Pontificis, ſociorumque deſtitutus eſſet auxilijs, cum omni tamen robore copiarum, quas colligere potuit, intrepide in Gallos ad Germanum vſque oppidum proceſsit; Erant enim illi ad quinque millia equitum leuis, grauiſque armaturę, cum quattuor millibus mercenariorū peditum, imparq; omnino his copijs hoſti prępotēti habebatur, veritus itaq; ne a Gallo cicūueniretur, ad Vulturnū iuxta Capuā caſtra trāſtulit. et Galli ad Corbionem cōſederunt, in quos ſunt, qui dicant, Ferdinandum maioribus auctum copijs explicata acie impetū feciſſe, pręliūq; a Gallis detractatū, vt pote qui ſedendo vincere Arragoniū ſperabant. incertoſq; martis caſus, dubiamque prælij fortunam verebantur, Neapolim poſtea ille profectus, ciuium animos ſua præſentia confirmauit, non diu tamen in fide populi permanſere, nam Gallis paſsim fortuna arridente, Capua primū, mox & Neapoli Carolus potitur, curſumq; victoriæ ſequens duodecim dierum ſpacio totum regnum fęliciſsime ſubegit, omnibus vrbibus, oppidiſque ſe ſe vltro

Venetorū Legati.

Gallorū copiæ.

Romæ tumultus.

Alphonſi conſilium

Not. Caroli Regis ſucceſſus.

dedentibus, prẹter Brunduſium in Appullia, & Gallipolim in Salentinis: Ferdinandus vero res ſuas perditas reſpiciens cum duabus, & viginti triremibus in Prochitam inſulam ſubito tranſmiſit: euentum ibi belli expectaturus: qui ſibi infauſtus accidit: cedereque potētiſsimo hoſti coactus eſt: cæterum quum Gallus non contentus Neapolitano Regno, ad totius Italiæ Imperium anhelaret: Veneti futurorum ſolliciti tantis Caroli ſucceſsibus non parum animis commoueri poterant: alij quoque Italiæ Principes, atque exteri Reges Gallorum arma perhorrebant: venerunt itaque ex tota ferme Europa ad Venetum Senatum Legati, ita vt vno tempore decem Regum, ac Principum oratores ſint circa curiam obſeruati: quibus procurantibus, fẹdus tandem ictum eſt, inter Alexandrum Pontificem, Maximilianū Cæſarē, Ferdinandū Hiſpaniẹ Regē, Venetos, Inſubres, Eſtenſem, & Gonzagā, aduerſus Carolū, & Francorū gentē: in cuius fẹderis pertractatione Hiſpanū oratorē Laurentiū Suartē elegātiſsimi ingenij virū Hieronymus Donatus in Apologia ſua pro Venetis hæc verba in curia alta voce enunciaſſe refert: vulneri, quod Chriſtianẹ Religioni à iuuene Rege Duce furore, atq; licentia, illatū eſſet: medellā in ea ciuitate repertā eſſe: quæ à ſenum prudētia, ratione, modeſtia, ẹqua poteſtate, ac optimis cōſilijs, regebatur: primū itaque Veneti ingenti cōparato exercitu, cuius Imperiū Fr. Gonzagẹ Mantuano Principi Senatus demandarat: rem armis gerere cœpere: omniſq; exercitus cū ſociorū appēdicibus in parmēſi agro ad Tarrū amnē, qui ex Apennino labitur, conſedit: nil in Gallos moturus: vt Senatus iuſſerat, niſi primum ab his iniuria profecta eſſet: Carolus autē cum magna copiarum parte è Neapoli ſub ſignis profectus, Romā iterum petere ſtatuit: atq; ita armis ſeptus itineri ſe accinxit: at Pontifex ſuſpectum Regis ad vrbē acceſſum habēs, Roma relicta, Oruetū primū, inde Peruſiā cōtendit: & Carolus vrbem ingreſſus triduo ibi cū exercitu hoſtiliter verſatus eſt: inde poſtea ad vicina oppida delatus Thoſcanellā, & Montēflaſconum cẹpit, & diripuit, Pontremulum quoque in Apēnini faucibus, & Nouariam Sforciẹ ademit, quibus ſociorū cladibus Veneti cōmoti Gonzagæ Imperatori mādarunt, vt Gallorū vim ferro arceret, Sociorumq; res tueretur: armis igitur Gōzaga agendū ratus, cū hoſte dimicare ſtatuit: qui iā ad dexterā Tarri fluminꝰ ripā quadrato agmine incedebat: cœperatq; Venetū telis, bōbardiſq; quieſcentē inceſſere: tum Gonzaga (vt iuuēta ferox erat, & prælij cupidus) cōuerſus ad Melchiorē Triuiſanū, & Lucā Piſonem legatos, qui armati in acie aderant: quid ſtamus inquit in tanta benegerendæ rei occaſione? Laceſſunt nos Galli. Italicam virtutem extinctam reputantes. Ad ea Triuiſanus: age igitur Imperator. Signa in prouocantem infer. Atque paternæ, Auitæque virtutis memor Barbarum hodie Italicis viribus prior inuade: nec vlla deinceps prælij mora fuit: canentibus ſtatim Imperatoris iuſſu Bellicis ſignis, vno tempore in Gallorum aciem ferociter ex aduerſo

Noc. Hiſpani oratoris verba.

Fr. Gonzaga.

Pont. fuga

Att. Gonzagẹ verba, ad legatos.

Prælioū ad Tarrum.

uerſo

uerſo eſt procurſum turbatusq; primo congreſſu hoſtis loco pellitur cõfu ſum autem pene certamen erat:maioreque animo,quam conſilio vtrinq; dimicatũ:nã equites peditum Cẽturijs temere immixti prçliũ ciebant : tetraque pugnantium colluctatio iuxta fluminis ripã reddebatur:fuit nihilominus circa Gõzagã Imperatorẽ pugna ſecũdiſsima:ille etenim omnium primus vt erat corpore præualido, in aduerſam aciem equo inuectus armatum hoſtem,qui ſibi obuiam ex Gallorum legione furens venerat,lancea transfixit: alij quoque à noſtris equo deiecti interficiuntur : quo facto peruaſit ſubitus metus ad Regem vſq;:qui medio Imperatorijs cultus inſignibus erat agmine:eaque creſcente certamine (vt quidam tradunt) exuta depoſuit:ne conſpectior haberetur,ſi aduerſa pugna cõtingeret: Cæterum Galli Rege adhortante,monenteque , multa vi connixi Venetum iniquo loco dimicantem primo turbant:mox ferocius inſtãtes per decliuia in præceps agunt:qua fortunæ ſubita mutatione multi viri illuſtres, armorumq; peritia clari alij ſuper alios ad retinendum militare decus fortiter mortem occubuerunt:In quibus ex Venetis fuere Rodulphus Gonzaga,Ioãnes Piccininus,& Renutius Ferneſius,& ex Regijs, Iulianus, & Daſſonius Alarum Legati: Verdeusque Hyppotoxatarum Dux:multi quoque alij ex vtraque parte deſiderati:erumpente poſtea ex Venetis caſtris leuis armaturæ Epyrrhotico equitatu,Duce Bernardo Contareno viro fortiſsimo, in hoſtium impedimenta:magnus Gallis incuſſus eſt terror:Et niſi prædæ intenti milites Veneti ſpacium reſpirandi hoſtibus dediſſent:Rex eo die victus,fugatuſque fuiſſet:Verum dum hoſtium ſpolia miles auidus diripit:Clariſsima è manibus Italorum victoria emiſſa eſt: non pauci tamen ex vtroque exercitu viri clari cecidere:parique prope clade diſceſſum:ſed res Veneta eo ſuperior fuiſſe traditur,quòd impedimentis Gallo ademptis , Regius exercitus male habitus ad montium radices ſe primũ receperit: Et Veneti in caſtra redierunt:immiſſuſque eſt equitatus ad perſequendum hoſtem . Borboniusque , & Miolenſis Duces a Gonzaga in ea trepidatione capiuntur: Carolus poſtea ad Aſtam oppidum cum exercitu proceſsit:Inde Nouaria Sforciæ Principi poſt confectam cum eo pacem reddita, in Galliam tranſijt:Ferdinandus autem paucis diebus poſt Caroli diſceſſum ex Sicilia profectus circa Neapolim conſedit:In vrbemque magno ciuium conſenſu admiſſus munitiſsimas arces à Gallis,qui eas præſidio obtinebant,armis recepit:Capua,quoque, & Auerſa vrbes clariſsimæ Arragonijs ſignis in publico erectis ad priſtinum obſequium rediere : Mari vero Antonius Grimanus Venetæ claſsis Imperator in Appuliã profectus Monopolim inuaſit: vrbemq; non ſine magno certamine adortus à Gallorum poteſtate ereptã vi cœpit:in qua oppugnatione Petrus Bembus nauis longæ præfectus tormentali pila ab hoſte interficitur.captæq; vrbi Nicolaus Cornelius prætor datus eſt : Pulignanum deinde, & Molam munitiſsima oppida Grimanus

Att. illuſtrium vi rorũ cædẽ.

Ferd. Regis ſucceſ ſus.

Appuliæ vrbs a grimano expugnatæ.

eadem

eadem hora expugnauit. Venetoque adiecit Imperio:& in calabris per id tempus Galli, Arragonijque inter ſe arma miſcebant:ac multi, varijque prę liorum caſus illis contigere: nam circa Ebulium non procul à Sarno pugnatum eſt, vbi Arragonius victus ceſsit:& alio loco Gallus profligatur: fortuna nunc triſtia, nunc læta bello miſcente, Ferdinandus interim ad Regnũ recuperandum toto animo intentus, arma, milites, pecuniam vndique parabat: contra Carolus nouas in Italiam copias miſit: bellumque diligenter inſtaurat, vt tanto labore quæſita armis retineat: cęterum Arragonius Rex quatenus vires ſuas aduerſus Caroli potentiã infirmas, tenuesque eſſe agnoſcebat, per legatos cum Venetis pactus eſt: vt illi Gõzagam Principem cũ tribus equitum millibus in auxilium in campaniam mitterent: quicquid au-

Not. fœdus inter Arr. Regem & Venetos.

tem auri ob id à Venetis expenſum foret, ipſe integra fide perſoluere pollicebatur: ac Tranum, Hidruntum, Brunduſium, Appuliæ vrbes Venetis tantiſper oppigneratas dabat: quouſque expenſam eo bello pecuniam exolueret. Inito in hunc modum fœdere Senatus iuſſu Mantuanus Princeps cum validis copijs in prouinciam venit: cuius virtute, ac auxiliari Venetorũ manu Ferdinandus vniuerſum breui temporis ſpacio Regnum terra, mariq; recepit: atque ita Veneti maritimis Appuliæ oppidis potiti ſunt: inde pau-

Federicus Rex Neapo.

lopoſt Ferdinandus vix in Regno firmatus vita deceſsit: Federicusque patruus nepotis loco abſq; liberis extincti Rex eſt ſalutatus: orto deinde inter Florentinos, & Piſanos bello, quum iſti libertatem defendere, illi cõtra oppugnare, & opprimere tẽtarent: Veneti pro Piſanorum libertate aduerſus Thuſcum arma induerunt: miſsisque auxiliaribus copijs rem Piſanam aliquandiu ſtrẽnue tutati ſunt: ac multum, diuque in Hetruria armis diſceptatum: & Piſani à Florentino nomine abhorrentes Venetorum ſponte Imperio ſe ſubijcere voluere: reque in Senatu magnis cõtentionibus iacta-

M. Bollani de piſis ſententia.

ta. Marcus Bollanus vir ſapientiſsimus Piſas minime in fidem recipiendas eſſe cenſebat, grauiſsimaque oratione habita Senatus conſultum in eius ſententiam factum eſt, vt vrbs in libertate retẽta aduerſus Thuſcorum arma à Veneto defenderetur: eratque Italiæ ſtatus per hæc aliquanto inquietior: tentauitque Dux Sforcia per legatos Venetis amice ſuadere: vt rem Piſanam omitterent: nec alienam cauſam amplecterentur: quæ magnos in Italia motus concitatura eſſet: legatis vero ita publico nomine eſt reſpon-

Senatus reſponſum.

ſum: Venetos ſemper Italiæ pacem optaſſe: atque id bellum non ſua ſponte, ſed Sforciæ, & aliorum ſuaſu ſuſcepiſſe, vt Piſanorum libertas à Florentinis oppugnata ſalua, incolumisque maneret: plurimumque auri ob id à Venetis expenſum: itaque ſi Sforcia, ſocijque abſumptam eo bello pecuniam, acceptaque damna reſarcirent: nec aliquo modo Piſani, qui in fidem recepti fuiſſent, armis vexarentur, quorum libertati, nulla dominandi libidine permoti Patres conſultum omnino volebant, Venetos paratos eſſe: ab armis diſcedere: dum vero hæc in Piſana cauſa aguntur. Sforcia, Florentiniq; multo

multo infeſtius coorti. Venetos vario modo impugnant:omniaque Apennini loca armis ab his obſepta ſunt:ne Venetis iter pateret: ad opem Piſanis laborantibus ferendam:venitque hoc tempore in Italiam Maximilianus Romanorũ Rex,ad quem officij gratia Legati Veneti, Antonius Grimanus,& M. Antonius Maurocenus à Senatu miſsi ſunt:accidit autem, vt dum Derthonæ eſſent:obuiam forte facti Legatis Florentinorum, quum hi oratoribus noſtris petulanter de via minime cederent:Maurocenus,qui egregia corporis forma,& celſa ſtatura eminebat. Alterum ex Legatis Florentinorum ita manu perpulit:vt in lutum ille ſubito prouolueretur: conuerſusque ad eum. Diſce inquit. Maioribus tuis cedere, atque ita Venetus cum ſumma dignitate iniuriam vltus eſt. Demum poſt varias expeditiones Herculis Eſtenſis arbitrio Patres bellum Piſanum quibuſdam honeſtis conditionibus ſoluerunt:Ac ſub id tempus Carolus Gallorum Rex poſt præclara bello in Italia ædita facinora,naturæ conceſsit:ſalutaturque Rex eius loco ſummo populorum conſenſu Ludouicus Aurelianenſis inſigni inter Gallos genere ortus:cum quo Veneti fœdus, ſociaque arma iunxerunt:at ille Mediolani ducatum, qui poſt Philippi Vicecomitis mortem Aurelianenſium domui legitime ſpectabat:armis ſibi vendicare ſtatuens: magnum in Italia bellum exciuit:primumque cum Venetis Legatis Antonio Lauredano,Nicolao Michaele,& Hieronymo Georgio,qui in Galliã à Senatu in noui Regni congratulatione miſsi fuerãt:publico nomine pactus eſt:vt Ludouico Sforcia Principatu eiecto. Mediolanum,ac reliquas vrbes Rex ſuæ poteſtati adijceret,pręter Cremonam, quam vrbem cũ Abduana Glarea Veneti haberent:quo quidem fœdere magna in Italia facta eſt rerum mutatio:conſultumque Venetæ rei melius fuiſſet:ſi Italus, & nõ alienigena Princeps Mediolani Imperiũ habuiſſet, nam illius potius, quã huius vicinitas præoptanda erat: Attulerunt autem Legati Regi munera. Sexaginta Aquilas in Creta inſula captas,quibus Reges in aucupijs, venationibusque vti ſolent:poſt hæc cum ingentibus copijs Rex in Italiam deſcendens primo impetu Derthonam,& Alexandriam Sforciæ ademit. Mediolanique vehementer trepidatum,quum Gallica, Venetaque arma inſubres horrerent:itaque Sforcia Dux ratus ſe tantas hoſtium vires ferre non poſſe:Mediolano digreſſus in Germaniam abijt:ibique Maximilianũ Regem(vt præſentiſsimo erat ingenio)in Gallos armare ſtuduit:parique arte vſus curauit,vt Bayſethus Turcorum Imperator ruptis fęderibus Venetũ terra,marique armis aggrederetur:Ludouicus interim Rex cum florentiſsimis copijs in mediam Inſubriam progreſſus,non ſolum Mediolano cũ munitiſsima arce potitur:ſed totum Sforciæ Ducatum populis ad Gallorum obſequium ſponte accurrentibus,occupat:Veneti quoque ex altera parte cum magna armatorum manu ſub duobus legatis. M. Ant. Mauroceno, & Melch. Triuiſano,mouentes,Cremonam vrbem ampliſsimam,Picegatonum

No. Veneti legati factum.

Ludouic⁹ Gallorum Rex.

Legati Veneti.

Regis Gallorũ i Italiã aduẽtus.

Ludouici Ducis fuga.

Cremona aliisq; oppidis veneti potiuntur.

tonum, Carauagium, Soncinum, Caſtellionum, oppida ſibi ex fœdere ſpectantia fęliciſsimo victoriæ curſu in poteſtatem ſuam redigũt: inexpugnabilemque Cremonæ arcē Petrus Antonius Batalea vir bello inſignis, qui eam Ludouici Ducis nomine præſidio tenebat, voluntaria deditione Venetis tradidit; atque ob eam cauſam ipſe cum liberis, & poſteris grato animo in patritium ordinem aſſumptus fuit: miſſere autem Patres congratulatum pro adepto Mediolani Ducatu ad Ludouicũ Regem, quattuor hos oratores viros inſignes, Benedictum Triuiſanum, M. Georgium, Nic. Michaelem, & Benedictum Iuſtinianum, profectique deinde ſunt Cremonā à Senatu delecti ad regendam eam vrbem nuper Imperio partam duo ampliſsimi Senatores Dominicus Triuiſanus eques, & Nicolaus Foſcarenus: accidit autem, vt dum vrbē ingreſsi magna ab omnibus lætitia, ſummisq; honoribus excepti fuiſſent: voces quædam ſine certo authore Ducis Sforciæ nomen ſæpius acclamantes ad eorum aures peruenerint. Quod graue, indignumque omnibus viſum eſt, tum Triuiſanus (vt erat ſingulari prudētia præditus) conuerſus ad ciues, & populum, qui frequens officij gratia aderat: non miramur nos, inquit ſubridens, aliquos eſſe in hac vrbe, qui adhuc Sforciæ Ducis nominis ſtudioſi ſint, quum diu ſub eius Imperio vixerint: Sed quando tanto temporis ſpacio, quo Sforcia huic vrbi dominatus eſt: Cremonenſem rem Venetus adminiſtrabit: nil veremur, quin parem hæc ciuitas erga Remp. noſtram fidem, affectumque retineat: cæterum edicimus, ne poſt hac amplius has voces quiſquam publice emittat: ita prudentiſsime loquutus ingentem moderati animi eo die gloriā Triuiſanus apud omnes adeptus eſt: creaturque Cremonenſis arcis præfectus Petrus Donatus vir impiger, ſingulisque oppidis Prætores dati: & Rex Aſiæ Bayſethus, qui Gemē fratrem, alij Zizimum appellant, ne paterni Imperij conſortem haberet, Regno expulerat: timens ſecundos Venetorum, Gallorumque in Italia ſucceſſus, Sforciæ quoque ſtimulis impulſus, claſſem ingentem comparauit: qua proſpere geſtarum rerum curſum remorari poſſet: animaduertebat enim ſi eiecto principatu Sforcia, Galli, Venetique Italiam ſubigerent: dominandi cupidine accenſi (vt ſunt mortalium ingenia) Aſiam ij cōtinuo formidabili bello coniunctis ſimul terra, marique viribus inuaſuri eſſent: ad reſtinguendum igitur tantum incendiũ Othomanica arma ſunt mota, maritimamque Bayſethus expeditionem ſuſcepit: at Veneti & ſi fœdus cum eo antea ſolenniter ictum habebant, fidem tamen Barbare gentis ſuſpectam, fallacemque timentes, vt Bayſethi animum explorarent: And. Zanchanum Legatum Byzantium miſerunt: qui à Barbaro benigne exceptus, nihil hoſtile ab eo in Venetos moueri cognouit: pacemque cum amiciſsimo populo ſe ſeruaturum Bayſethus aperte pollicitus eſt: Patres autē eius fidem ſuſpectam habentes, ne maritima ora præſidijs deſtituta in tanto, Turcorum apparatu maneret: validiſsimam claſſem decernunt, eiuſque

Veneti legati.

Cremonę rectores.

Att. Triuiſani prudētiam.

Not. Turcorũ motus.

And. Zāchanus.

Imperium

Imperium Ant.Grimano ſummo ciuitatis conſenſu ſecundum demandatur Bayſethi interim perfidia ingens clades in Dalmatia accepta eſt: nam ad octo Turcorum millia repente in eam prouinciam irrupere: magnoq́; illato terrore omnia fuga, & trepidatione replerunt: alia quoq; manus in Foroiulienſem agrum delata ad Liquentiam vſq; Prędabunda proceſsit: qua irruptione Othomanus Veneto nomini hoſtem factum eſſe ſe palam & aperte declarauit: Grimano igitur Imperatori continuo à Patribus mādatum, vt omnia in Turcas hoſtiliter agendo enixe ſtudeat, oram maritimam, ac rem Venetam à perfidiſsimi hoſtis iniuria ſtrennue defendere: Ille autem Senatus Imperata facturus, omni cura, & vigilantia claſſem inſtruit: Et cum ea in Peloponeſſum delatus hoſtem ab Italiæ curſu, Venetisq́ue finibus auertere curabat: Nec Othomanus in ocio fuit: nam trecentarum varij generis nauium claſſe conflata, ex Helleſponto in Euboeam ſubito tranſmiſit: inde Methonum verſus nauigans Venetum mari medio obuium habuit: qui ad confligendum paratus circa Sphagiam inſulam claſſem inſtructam agebat: Et in Appulia hoc tempore Corui, Vultureſque tanta multitudine inter ſe ſupremo Aethere conflixere, vt duodecim plauſtra eorum Cadaueribus explerentur: quod quidem portenti loco habitum eſt: Sed Turca non congredi auſus ſe in portum longum recepit: erat autem Venetus numero nauium inferior: quippe qui ſexaginta tantum longas naues habebat, triremes maiores viginti, cetheas quinquaginta, biremeſq́ue, & alia minora nauigia penè totidem: Sed maritimæ rei ſcientia, bellicoq́ue apparatu longe Barbaro præſtabat: Statuitq́ue ob id Grimanus Imperator habito cum Legatis, & præfectis conſilio, cum hoſte medio mari confligere: Legatiq́ue erant Nicolaus Peſareus, Dominicus Maripetrus, & Symeon Gorius, nauibus vero præerat Aloyſius Marcellus. Et hoſtis non multos poſt dies è portu Sapientino cū tota claſſe egreſſus ad Iuncum conſedit: nec procul terreſtris Barbarorum exercitus ſequebatur: itaque & terra, & mari hoſtium arma ingruerant: Venetus interim vbiq́ue ex alto occurſare: nunc a fronte, nunc à tergo, vim intendere. Demum cum in anchoris Othomanica claſsis eſſet: Veneto cum ea confligere ſtatuente, primum Albanus Armerius vir pugnax vnius nauis præfectus Cetheam hoſtium immenſæ magnitudinis bellatoribus, armiſq́; refertam ferociſsime adortus eſt: Armerium in certamen ruentem Andr. Lauredanus cum alia naui ſequutus alterum hoſtilis cætheæ latus magno impetu inuadit: iniectiſq́ue confeſtim cathenis, ferreiſque Harpagonibus veluti ſtabili ſolo atrox pugna cōſeritur: cruorq́ue vtrinque ad primum prælij congreſſum ingens effuſus eſt: obtenebratusq́ue aer telorum multitudine penè videbatur: diu tamen, & atrociter dimicatum: tanto poſtea animorum ardore res eſt à Venetis geſta, vt Turcæ deſperatione acti, quum iam prope ſe debellatos viderent: iniectis ſubito flammis naues ipſas cum omnibus

Ant.Grimanus cl. Imperat.

Ingēs Turcorū claſſis.

No. prodigium.

Cōſilium Grimani de confligendo. Legati maritimi.

Alba.Armerii virtus. And.Lauredani ſtrēnuitas.

Nauiū incendium.

nibus ferè propugnatoribus concremarint: Ambuſtique vexillam in manibus tenentes Armerius, & Lauredanus pro fide, pro patria glorioſe exſpirarunt. Licet Bembus Armerium Conſtantinopolim captiuum abductum, necatumque ibi, ac ſectum in duas partes fuiſſe ſcribat. At Turcorum plurimi ex propria cethea igni eam quoq; corripiēte in ſubiectum mare deſilientes, ſuorum occurſu ſeruati ſunt: pauciſsimi autem ex Venetis euaſere: qui cum totis nauibus, ferro, flamma, & aquis extincti miſerabiliter perierunt: quod ſpectaculum ita omnium animos conſternauit: vt pauci poſtea aperto mari congredi auſi fuerint: Vnus tantum Vincentius Pollanus ſua cum triremi in confertiſsimas hoſtium naues ferociter inuictus acerrime depugnauit: Sed quum ſolus innumerabili Turcorum multitudine penè circumuentus eſſet: Vento ſecundo adiutus prę ter ſpem omnium per mediam Turcorum claſſem incolumis ad ſuos redijt: quo vnius facinore apparuit: Hoſtem facile deleri potuiſſe: Conſtanſque multorum opinio fuit, ſi Veneti Duces eò die in conſerendo prę lio Imperijs parere voluiſſent: hoſtis facile ingenti cum Veneti nominis gloria (deleta eius claſſe) debellari potuiſſet, multi Grimanum imperitię, ac timiditatis accuſant: qui tanta benegerendæ rei occaſiône vti neſcijt, aut potius noluit, alij a Duce culpa amota triremiū præfectos, inobſequentes, contumacesq; dānant, eorumq; inſolentia factum aiunt: vt nobiliſsima victoria ea die è manibus Venetorū ſit extorta: His geſtis Grimanus Imperator cum tota claſſe Corcyram verſus curſum tenuit, inde dextrū Peloponeſsi littus legens apud Clarentiā conſedit, eo cōſilio, vt quod antea ad ſapiētiā factū non fuerat, Euboico mari in hoſtes fęlicius ageret, At illi haud procul a terra nauigantes ad Papatus pontā proceſſerunt: vbi pleręq; Turcorum naues à Veneta claſſe diſiectę fuere: Demū Barbari pugnā cōſulto detractantes in Naupati ſinū ſe receperūt: Veneti autē locorū anguſtias hoſtiumq; inſidias timentes abducunt inde claſſem: Zacinthūq; celeri curſu petijt. qua occaſione vſus hoſtis Naupactū aggreditur, vrbēq; olim inſignē eò etiā Bayſethe Rege cū terreſtribus copijs accedēte, deditione ab oppidanis facta, occupat: Ea clade accepta: recentiq; adhuc noxa ambuſtarū nauiū patres permoti, Grimano Imperium abrogant: eūq; ſtatim Venetias accerſitū Triūuiri Aduocatores viri magnę, priſcęq; ſeueritatis Nic. Michael, M. Sanutus, & Pau. Piſo in comitijs ad totius ordinis ampliſsimi conſpectum cauſam dicere iubent, Grimanuſq; male adminiſtrati Imperij publice cōuictus, in Abſyrthidū vnā in Lyburnię era (Oſſarus nūc Inſula appellatur) oīum ſentētijs relegatus eſt: ſed vir celſi, elatiq; animi ęgre tū vile exiliū paſſus, tacita fuga ex īſula elabitur: Romāq; ad Dominicū filiū Cardinalem ſe cōtulit: Et ne maritima ora nauali pręſidio careret: nouus claſsis Imperator Melchior Triuiſanus legationē Caſtrēſem ad Cremonā gerēs, creatus eſt, & in eius locū Nic. Foſcarenū patres ſurrogarunt. Triuiſanus autem

ſtatim

Armerii, & Lauredani interitus.

Not. Vincen. Pollani ſtrenuitatem.

Naupacti amiſsio.

Triumui. Aduocat.

Grimani damnatio

Melchior Triuiſanus claſsis Imper.

ſtatim in prouinciã accedẽs Cephaloniam inſulam bellico apparatu inua ſit:oppidũq; adortus armis,machinisq; illud vndiq; terra,mariq; cinxit:ve rũ firmo Turcorũ pręſidio initũ Veneta nõ ſolũ arma ſuſtinuit.Sed ẽt à mę nibus Turca miles oppugnatores cũ cęde repulit. Triuiſanusq; re infecta. abſcedere coactus eſt ex quo nõ parua poſtea iactura Venetis rebus acceſ ſit:ſiquidẽ hoſtis in omnẽ occaſionẽ intentus proxima ęſtate claſſem nouis triremiũ,militũq; ſupplementis auctã ex Naupacti ſinu eduxit: quæ in Peloponeſſum Duce Achmat Baſſa profecta Methonẽ applicuit. Mox & Bayſethus Rex cum centũ,& quadraginta armatorum millibus affuit: cõtinuoq; oppidũ terra,& mari terribili eſt oppugnatione petitũ:diſiecti ęneis machinis muri,Turres cõcuſſę,in tectaq; vſq; vrbis immiſsis ſupeme ſaxorũ molibus bellicus furor peruaſit:comminus poſtea à Turcis in cõſpectu Bayſethi certatũ tanta rabie, vt caterụ militũ multitudine ſuorũ in pugnã ruentiũ à tergo impulſę,ac in pręceps actæ foſſas vrbis inter murorũ ruinas innumerabili corporũ ſtrage repleuerint, cæſiq; ex vtraq; parte pugnando plurimi:defenſa eſt tamẽ vrbs egregie à Veneto:ad eã interea quum quatuor triremes commeatibus,& bellicis inſtrumentis onuſtę,quarũ pręfecti erãt Ioannes Maripetrus,Valerius Marcellus,Alexand. Gothius, & Cachuris Appulus,Patrũ iuſſu adnauigaſſent,vt ſubſidiũ obſeſsis afferrẽt:ij per medias hoſtiũ ſtationes plenis velis in portũ vrbis curſum direxere:verũ multis obijcibus ingreſſus à Methonẽſi fuerat dudũ obſtructus, ne hoſtis portũ occupare poſſet:vento igitur ſecundo,ac vi ſua ſub Muralibus vadis triremes impactę,quaſi cęlitus miſſę omnium oculos in ſe illico vertũt: accurriturq; eò à tota ciuitate:ac milites, oppidaniq; pariter relictis murorum cuſtodijs,cęteriſq; vrbis locis ad excipiendum pręſidiũ præ nimia lætitia portum,mareque petunt.Quã callidus hoſtis occaſionem nactus facto repente impetu vrbem magno agmine aſcenſis męnibus, quę defenſoribus nuda erãt:ingreditur: ac longe, lateq; Turca victor vnumquemque obuium cædit:obtruncanturque ſine vllo ferè diſcrimine armati, inermesque: perijtque vna cum pleriſque alijs fortiter pugnando Anto.Centanus prætor. Interficitur quoq; Andreas Falco vrbis Epiſcopus,vir ſanctiſsimus, & Antonius Fabrius pręſidij pręfectus:ac prius oppidũ ſubita irruptione captum eſt:quã armato hoſti occurri in tãto ſtrepitu potuerit:Methone in hũc modũ capto.Corono inde,Iuncoq; hoſtis deditione potitur: Naupliaq; mox fruſtra tẽtata,Bayſethus victor cũ claſſe,& exercitu incolumis Byzantium redijt: his Reipub. Aduerſis Triuiſanus Imperator mœrore affectus, non multo poſt expirauit,eo defuncto Patres ſtatim Benedictum Peſareum virum nauali arte inſignem ad Imperium maris ſuffecerunt: qui aſsidua nauigatione ſtatim in Græciam delatus ad viginti Turcorum biremes medio mari intercepit: Barbaroque intra Helleſponti fauces profecto: Iuncum recuperauit:inde Zacinthũ petens Conſaluum ibi Ducẽ cũ Hiſpana

Not. Methonis oppugnationem.

Subſidiariæ triremes.

Methonẽ Turcę occupant.

Triuiſani mors.

Ben. Peſareus claſ. Imp.

claſſe à Ferdinando Rege miſſum inuenit: iunctis itaque viribus Peſareus Cephalleniam fruſtra antea à Triuiſano oppugnatã, armis aggreditur: primiſque conatibus non mediocriter vtrinque eſt laboratum: tanto deniq; animorum ardore, tanta vi rem Veneti, & Hiſpani terra, marique geſſere: vt victis hoſtibus, maiorique ex parte cum Giſchare pręfecto, aut cæſis, aut conterritis, ac fugatis, oppidum expugnarent: vniuerſaque inſula Ionio mari haud ignobili Venetus fęliciter potitus eſt, eique Aloyſius Salamonius rector pręficitur: & Regia claſſe hoc facinore ędito, domum abeunte Peſareus Corcyram venit: vbi per exploratoriam Scapham, certoque comperit indicio, nouam Turcorum duodecim longarum nauium claſſem ſedere in Ambracio Sinu: ad eam autem opprimendam celeriter profectus, audax capit conſilium: per ſinus enim anguſtias, quas hoſtes magno numero inſederant, cum octo triremibus tacite ingreſſus in Barbaræ claſsis conſpectu improuiſus apparuit: ac ſtupentibus, trepidantibuſque hoſtibus triremem vnam ſubito ad perterrefaciendos eos incendit: vlteriuſque per internos fluctus progrediens, vndecim alias inſtructas, roſtrataſque naues à Venetarum puppibus vigilantiſsimus Imperator religare iubet: frementibusq; circa littus Barbaris, per denſa tela, crebroſque tormentorum ictus ex medio ſinu in altum abductas ouanti ſimilis Corcyram pertraxit: interim Camallius Pyrata ea tempeſtate inſignis tumultuaria claſſe Bayſethi iuſſu ex Helleſponti faucibus in altum exierat: qui in Peloponeſſum curſu maturato Iuncum ſubito adortus recepit: tribuſque in portu triremibus oppreſſis: inde aliò curſum tenuit: & Peſareus præfectum Carolum Contarenũ, quo dedente. Camallius Iuncum occuparat: in poteſtatem redactum capitali ſupplicio affecit: nec multo poſt aliud aggreſſus eſt facinus: ſtabat enim ad Eanthem fluuium in Macedoniæ ora Bayſethi claſsis: ad eã itaq; delendam Peſareus animum adijciens, aliquot tecta nauigia: quæ vulgo Barbotæ vocantur, inſtruenda occulte curauit: impoſuitque in his ſub Marci Aurij ductu ex turmis naualibus viros lectiſsimos: qui Oſtium fluminis tacite ingreſsi ſubito incurſu Turcicas naues adorirentur: eaſque incendio abſumerent: quod facile eueniri poſſe videbatur: dum tutam hoſtis ſtationem intra ſocios, Amicoſque fines habere credit: verum re præcognita Turcæ parati Venetos ſub primum appulſum inſidijs excipiũt: eoſque male habitos toto fluuio, telis, miſsilibuſque inſequuntur: at dum Venetus è Turcorum manibus ægre elapſus ad fluminis Oſtium peruenit: vt ad ſuos rediret, in aduerſam ventorum vim, æſtuatiſque pelagi fluctus incidit: colluctatique multum remiges, militeſque vt imminentem tempeſtatem ſuperarent: victi tandem pertinaci ventorum flatu naufragium circa proximum littus fecere: hoſtiſque eos omnes, qui ſupra ducenti fuiſſe dicuntur: cæſos, captoſque oppreſsit: ac in his Aurius præfectus, qui ſe poſtea ingenti pecunia redemit: & ſub id tempus dum hæc in Græcia fiunt: Alberti Sarmatiæ

Cephaloniam Peſareus expugnat.

Triremes Turcorũ captæ.

M. Aurius

Not. Venetorũ fugã & cædem.

matiæ Regis Legati ex Pollonia Venetias acceſſerunt: Senatumque hortati ſunt: vt aduerſus Turcas bellum gereret: Regem quoque ſuum paratū eſſe, ex Sarmatia Bayſethem armis aggredi, adiuturumque pro viribus Pollonum cum Turcis bellare aſſuctum rem Venetam: Gratias Regi Senatus egit: pollicituſque eſt, rem in Turcas terra, marique fortiter gerere: modo & Regia adeſſent auxilia: quibus Venetus fultus facile communem hoſtē reprimere poſſe ſperabat: & in Germaniam per id tempus duo oratores à Venetis ad Maximilianum miſsi ſunt: Hieronymus Donatus, & Antonius Lauredanus, viri eloquentia clari, vt Germanos in Turcas cōcitarent: Exarſitque etiam hoc tempore (Cæſar Borgia authore) nouum, graueque in Italia bellum: Is enim Alexandri Pontificis filius, Cardinalatum ad quē à patre promotus fuerat, per aliquot annos ī Romana curia ſplēdidiſsime geſſit, Eccleſiaſticam poſtea dignitatem perteſus, ea vltro ſe abdicauit, Vxoreque ex nobiliſsima Francorum gente ducta, ad Dominium temporale ambitioſe animum applicuit: quod paterno fauore ſibi facile in terra Italia aſtrui poſſe ſperabat: militari itaque ſuſcepto Imperio: Romanum exercitum in Forliuium primo duxit, vrbique vis illata ea de cauſa ferebatur, ꝙ tributum diu Forliuienſes Apoſtolicæ ſedi pendere recuſaſſent: oppidoque tandem Borgia eſt potitus: Ad Fauentiam poſtea caſtra admouit, vrbemq; fame domitam in poteſtatem ſuam redegit: Aſtorgiusque Princeps Borgiæ iuſſu Romæ necatur, Bononiæ quoque is ſtatum turbare molitus eſt: Sed fruſtra res mota. Bentiuolis omnia ad patriæ ſalutem maturo conſilio agentibus: excitatique ſunt ob hæc magni bellorum motus in Italia: quum ferox iuuenis dominandi libidine arderet: cæcoque furore ageretur, in occupanda ditione aliena, hoſque illi animos ſuprema Pontificis patris authoritas dabat: vxoriſque præclarum Stemma: quæ Regem ipſum, Gallorumque Principes, arcto conſanguinitatis gradu tangebat: Fœdus præterea ſub id tempus inter Ludouicum Francorum, & Ferdinādum Hiſpaniç Reges ictum eſt, aduerſus Federicum Arragonenſem, qui Campaniæ, Appuliæ, & Calabriç imperitabat. iſque tandem magnis cladibus affectus regno pellitur: Gallique Appuliam cum Capua, & Neapoli armis ſibi vendicarūt Et Hiſpanis Calabria ceſsit: Statimque Patres tris in Galliam oratores miſere. Senatores illuſtres, viroſque ampliſsimos, Dominicum Triuiſanum Hieronymum Donatum, & Franciſcum Capellium, qui Neapolitanam, victoriam, fęliceſque belli ſucceſſus amico, & ſocio Regi publico nomine gratularentur: Iuere & in Pannoniam Legati ad Vladiſlaum a Senatu miſſi, Seb. Iuſtinianus, & Victor Superantius, mox & Petrus Paſqualicus in Luſitaniam: qui omnes ad bellum gerendum contra Bayſethem Reges hortarentur: Erant enim Veneti plurimum Turcico bello occupati: reſque eorum maritimæ in Græcia hoſtiū armis grauiter infeſtabantur. At Peſareus (eo quo erat animi vigore) ſtrennuam patriæ operam nauali Imperio pręſtabat:

Legati in Germaniam.

Not. Borgiæ mot'.

Borgiæ ſucceſſus.

Legatio in Galliam.

Legati ad alios Reges.

ſtabat: Gallorumque forte amicam claſſem ad Melum aſſecutus, conſiliũ cum Gallis Ducibus ſtatim capit. Lesbum inſulã oppugnãdi, eoque vtraq; claſsis profecta. Mythilenem vrbem acerrime milite è nauibus deſiliente terra, marique inuadit: & pars murorum Aeneis machinis diſcuſſa, prolapſaque corruit: biſque nauta, ac miles vtriusque claſsis muros aſcẽdit: nec tamen Turcæ ceſſere, quin oppido ſtrennue defenſo, Galli, Venetique obſidionem ſoluere coacti ſunt: & Regia claſsis à Veneta digreſſa in altum repente vela fecit: Peſareus vero ex Paro in Melum inſulam curſum intẽdit. vbi Richius truculentus Prædo captus Imperatoris iuſſu palo infixus eſt: atque igni poſt modum combuſtus: Sed dum hæc mari geruntur: Auguſtinus Barbadicus Princeps poſt quintumdecimum annũ ex actum. quibus Reip. ſapienter præfuit: vita deceſsit: & iuxta Marci fratris buſtum magnificẽtiſsimo tumulo reponitur, laudatusque eſt à Dominico Venerio And. Procuratoris filio: ac noua lege in comitijs triumuiri creati ſunt, inquiſitores appellati, poteſtasque eis ampliſsima tradita, circa occonomicã adminiſtrationẽ, quam Dux in eo faſtigio obſeruare debet, primique in eo magiſtratu Ant. Lauredanus, Leonardus Grimanus, & Ant. Tronus eliguntur. Barbadico Leonardum Lauredanum Patres Ducem ſurrogarunt: virũ prudentia, conſilio, & pietate inſigni, multis autem, varijsque fortunæ caſibus ſub eius Principatu (vt ſuo loco dicemus) Reſp. iactata eſt: hoſtiumque ſigna in extremis ſtagnorum littoribus præfixa, ac non procul ab vrbe cõſpecta nouum, inaſſuetumque Venetorum animis incuſſere terrorem. Stetit tamen in tot aduerſis immota Patrum virtus. Quæ collapſum poſt varias belli clades reſtituit Imperium: acceſsit autem per hos dies Vladislai Pannoniæ Regis vxor ex Gallia ad Venetam vrbem: quam Princeps Lauredanus cum Patrum primoribus obuiam progreſſus Bucentauro honorificentiſsime excepit, multi vero, & exquiſiti honores Regiæ puellæ in amicorũ Principum gratiam habiti: Ludosque publice ciuitas magnificentiſsimos egit: nam procurſu Cymbarum medijs aquis in magna populi frequentia veluti in Olympico Agone eſt certatum: celerrimasque nauiculas puellæ ſuccinctæ remis agitarunt: actus quoque eſt in comitio nocturnis luminibus Myceneæ Helenæ raptus, vbi affuit Regina: ſaltauitque in Orcheſtra nobiliſsimis ad tempus aulæis extructa: de in Veneta vrbe puella digreſſa frequenti comitatu, magnisque muneribus publice donata Seniam triremi delata eſt: in Pannoniam ad virum abitura: relegatique ſunt in Cyprũ Gabriel Bonus, & Franciſcus Falerius, quadragintauiralis conſilij præſides ſub penna capitali, ne inde abſcenderẽt, & ob eam cauſam, quia legẽ Reip. perniciofam ferebant: vt cẽtum nummos, hoc eſt libram Auri, patritijs his omnibus quot annis quæſtores ex Aerario numerarent, qui re familiari tenui, anguſtaque præmerentur: interim Peſareus Imperator Leucada claſſe admota ferociſsime aggreditur: nunc oppidum vulgo Sancta Maura dicitur:

Not. Pyratæ ſupplicium.

Leon. Lauredanus. D.lxxv. 1501.

Not. Ludos.

Not. Patritiorũ dãnationẽ.

S. Maura.

tur:in maritima Macedoniæ ora poſitum:Corinthijque eam terram à cō-
tinenti quondam abſciderunt.Breui Euripo operoſe immiſſo: quem Ve-
netus cum parte claſsis ſub primum occupauit appulſum:obiecitque vallū
hoſtibus,ſi forte à terra Maurenſibus opem laturi affuiſſent: interficiturq;
tormento ictus in ea oppugnatione à Turcis Gabriel Superantius triremis
vnius præfectus.Nec multo poſt tria equitum millia ex proximis Turcorū
locis magno agmine aduenere:ſuoſque armis,ac vi obſidione leuare vide-
bantur:eſtque circa vallum Veneto ſtrennue pugnāte atrociter dimicatū:
multique ex hoſtibus equeſtri illo congreſſu ſunt interfecti:Alij vulnerati, Leucas capta.
nonnulli capti,reliqui in fugam verſi retro abiere:ſtatimque oppido dedi-
tione ab inſulanis facta Venetus potitur. Summam autem,& ſingularē Pe
ſareus ex hoc facto tulit laudem:cuius virtus triplici in oppugnatione plu-
rimum enituit,quum ipſe Imperatorium munus circa Leucada fortiſsime Not. Peſarei virtutē
obijſſet,mirum enim fuit,qua vi oppidum ſit adortus,quo conſilio, qua cō
ſtantia irruentem à fronte hoſtem repulit: qua animi magnitudine Mau-
renſes minis belli territos deditionem facere coegit, vt in dubium prorſus
venerit,maiore ne fortunæ ſucceſſu, an Imperatoria virtute victoria illa
Veneto contigerit:quæ Bayſethi ferociam adeo fregit,vt ad pacem ſubito
ille reſpicere cœpit,ea autem per Zachariam Friſcum Byzātij tractata. his
conditionibus ad poſtremum ſancita eſt,vt Cephallonia retenta: Venetus Pax.
Bayſetho Leucada redderet,contra Turcus terra,marique arma à Venetis
finibus amoueret:ac Ponticam nauigationem tutam negociatoribus prę-
ſtaret,redderenturque hinc,inde res ablatæ.Othomanico per hunc modū
Veneti bello leuati ad ſolitam maris negociationem rediere: miſsiſq; one
rarijs pluribus triremibus ad Aegypti,Syrię,Gręcię,& Gallici Oceani Em-
poria ciuitas,ad priſtinum maris ſtudium cōuerſa eſt: ac per id tēpus adeo
aſpera,horridaque Hyems fuit:vt omnia vrbis per gyrum Aeſtuaria con- Not. prodigioſum gelu.
gelauerint,neque pedibus modo,ſed in equis etiam homines ex continen
ti per aquas glacie concretas in vrbem ventitarent: Meſtrinuſque Prætor
ad Diui Secundi fanum per duo fere millia paſſuum quadriga vectus per-
uenit:Canalique magno alta glacie conſtricto per ludi ſpeciem Græci ha-
ſtati equis inter ſe concurrerunt:quod prodigij quidem loco fuit: turbata
eſt autem Reip.tranquillitas dum Galliæ,ac Hiſpaniæ Reges Venetos ad
nouum fœdus ſecum ineundum per legatos vnuſquiſque ſollicite requirūt:
fuereque multi ex patrum numero,qui Gallicę ſocietati fauebant: Hiſpa-
num alij amplectabantur,propoſitæque ab vtroque Regum magnę, ac ho
norificæ Venetis erant cōditiones:viſum autem Patribus,re in Senatu ma
gnis contentionibus iactata,ad publicam dignitatem pertinere, nihil ex eo
fœdere immutare:quod cum vtroque Regum iam antea ictum ſolenniter
habebant:cæterum gliſcente motu,quem in Italia Borgia tyrannice conci
tauit:Veneti haud ſolliciti,Anxijque non eſſe poterant: multique Italiæ

Principes

Principes in vmbria,Hetruria,Flamminia,ac Latio,Borgiæ armis, ac inſidijs miſerabiliter periere: Vrſiniq́;,ac Balleonæ cum vrbinatibus pene deleti: reliqui autem domo profugi Venetias veluti in tutiſsimum ſe ſe portum recipere: ab Hiſpanis quoque,& Gallis varia fortuna in Italia bellatū: multæque vtrinque clades illatæ: ad poſtremum Gallis Appulia, campaniaque eiectis,res ſecundæ Hiſpanis fuere: obijt interim Alexander Pontifex veneno(vt fama vulgauit) epoto: quod illi pecunia corruptus Pincerna in menſa propinauit:

Pius. iii. Pont.

Pium tertium eius loco Cardinales ſtatim creauere: qui Senenſis patria fuit: Pij Secundi ex ſorore nepos: perijtq́ue poſt ſextum,ac vigeſimum diem,quàm ſedere cœperat: vir magni animi, ac raræ innocentiæ: qui ſtatim à ſua creatione illud frequenter in ore habuit, non armis opus eſſe amplius,de paceq́ue,& religione in toto orbe Chriſtiano omnibus cogitandum: ſed ſplendorem illum,quem terris cœleſtis prouidētia oſtenderat,repente mors immatura abſtulit: in demortui igitur Pij locū

Iulius ii. Pont.

Iulianus Cardinalis Oſtienſis ex Sauona Oriūdus Pontifex creatur: Iulijq́; Secundi appellationem ſuſcepit: qui dum priuatam vitam ageret magnis fortunæ caſibus agitatus fuerat. Remoq́ue triremi pyratica addictus acerbam diu captiuitatem paſſus fuiſſe traditur. Interim poſt Alexandri Pontificis patris interitum Borgia in cunctorum odia incurrit: nouasq́ue in eum res populi,qui ſuæ ditionis erant,moliri cęperunt: primumq́ue Pādulphus

Ariminū & Fauētia in Venet. fidē redactæ.

Malateſta Borgiano pręſidio eiecto,Ariminum Venetis tradidit ad eamq́; vrbem regendam Dominicus Maripetrus miſſus eſt. Malateſta autem Cittadellam celebre in Patauino agro oppidum à Senatu habuit: vbi mero, legitimoq́ue Imperio in perpetuum cum poſteris frueretur: conceſſerunt ad hæc Lamoniæ vallis Accolæ in Venetorum fidem:& Paulo poſt Borgiana re paſsim inclinante Breſegella,Ruſsium,Tuſsignanū munitiſsima oppida in deditionem venere: Sed in Fauentia ſubigēda diu laboratū,nā oppidani Heſtori de Manfredis fauebant,qui vrbis Imperio familiæ ſuæ hæreditario potiebatur. Florentini quoque quantum poterant, totis viribus obſtabant,ne vrbs in Venetam poteſtatem redigeretur,qua ſubacta,de vniuerſa Flamminia actū eſſe arbitrabantur,at Veneti ſummo ſtudio ad Fauētiam perdomandam intenti erant,copijsq́ue contractis ſub Ioan. Baptiſta Caratio peditatus ductore,& Chriſt. Mauro Legato vrbs obſideri cœpit. Mœniaque pluribus locis crebris tormentorum ictibus demolita ſunt, oppidani tamē acriter reſiſtebant,quòd vrbs egregie communita eſſet, adauctis poſtea militum ſupplemento copijs,miſſoque in caſtra à Senatu Nic. Foſcareno viro toga,belliq́ue ſtudijs claro,vt is cum collega Mauro bellū adminiſtraret,poſt aliquot oppugnationes. Oppidani deditionē fecerunt, clariſsimaque vrbs æquis pactionibus Veneto ceſsit Imperio, publicaq́ue Hector munificentia cultus dignam Principe viro Venetijs vitam diu egit, poſt hæc octo oratores ad Patres fauentini miſere,vt ciuitatis ſuę nomine

obſequium,

obſequium,obedientiamque prȩſtarent, atque in Legationem profecti hi annumerātur,Pet.Paulus Caſalius eques Hieroſolymitanus,And.recuperatus iureconſultus,Bap.Mengolinus leg. Doctor,Iob Blanchetus, Petrus de Spadis, Gabriel Mirotus, Thomeus.q. Pauli, Philippus Bazolinus,qui omnes benignè à Principe, & Patribus in curiam excepti ſunt, collaudatique,& dimiſsi lȩtiſsimis animis in patriam rediere,Fauentiaque quadringentorum militum prȩſidio ſub Lazari Craſsi ductu munitur: Arci quoque cum valida mercenariorum manu Aloy. Diedus vir fortis præficitur. At Valentinus Borgia toto penè principatu exutus Romæ in Vaticano aliquandiu ſe tenuit: Vrſinorumque factione terrefactus vrbe exceſsit,vt ſaluti ſuæ conſuleret,nec fatum tamen imminens diu vitare potuit:deſtitutus enim ab omnibus in aduerſa fortuna (vti eueniri plerunque ſolet) inimicorum inſidijs ad poſtremū perijt, per breuem deinde tēporis curſum armorum vacatio in Italia fuit: rerum poſtea humanarum inconſtantia graue, atroxque bellum in eadem terra renatum Venetos acerbis fortunæ caſibus immiſcuit:tantamque rerum mutationem,& futura mala dirum prænunciauit incendium, quo nauale qui Arſenatus patrio nomine vocatur, cum omni ferè maritimo apparatu ſubito conflagrauit: nam ſulphureo puluere fortuito igni correpto, vis ſubito flammarum ingens debacchata eſt: ac præter aliquot opifices,qui proxime ſteterant, voraci flamma hauſtos, ardentium tignorum fragmenta in altum ſublata, ſupremo Aethere volitare conſpecta ſunt: Ecclypſis quoque, & Solis deliquium ſecutum, Luxque in terris fuſca,obtuſiorq́; aliquandiu latuit: ſuperuenit nouiſsime terrȩmotus,quo nullum grauiorem, formidabilioremq́; multis ab hinc annis ciuitas ſenſit:Parresq́;,dum Senatus forte haberetur,in publicum attoniti prodiere:Ac tota vrbe viri,fœminȩque penatibus deſertis cum liberis, paruuliſque inapertum exibant: nonnullaque is motus aurei templi ſimulachra,ſublimesq́;ſtatuas diſiecit, prȩter Diui Marci marmoreā effigiē,quȩ ſublimi loco,in perpetui Imperij omen in ſuo permanſit veſtigio,multæq́; ædes,ac turres ſacrȩ ruinis deformatæ ſunt.Diuiq́; Marci turris terribili tremore ita concuſſa fuiſſe dicitur, vt veluti paluſtris harundo vento inflexa molles illa huc,illuc agitaretur. Placandasq́; eſſe has cȩleſtes minas pijs per omnia Deorum delubra ſupplicationibus Patriarcha Anto. Contarenus vir optimus cenſuit: Ad Pontificem poſtea Patres octo Oratores ciuitatis longe Principes crenuere, vt congratulationis munere Romæ publico nomine peracto,ſalutarent, ac venerarentur ſummum de more Chriſtiani orbis Principem:Legatioque hȩc demandata eſt,Dominico Triuiſano, Hieronymo Donato,Bernardo Bembo,Paulo Piſoni,And. Gritto, Leonardo Mocenico,Nicolao Foſcareno,& Andreæ Venerio,omneſque hi in Latoclauo vrbem ingreſsi inſigne ſpectaculum præbuere: Poſt hæc Pontifex Venetos occulte oderat: Bellumque in eos ad tantum euectus faſti-

Borgiæ. exitus.

Not. prodigioſum incedium.

Not.Legationem ad IuliūPontifi.

gium nocte, dieſque meditabatur: Sed altius belli, odijſque cauſas repetere operæpretium videtur, vt Hiſtoriæ cognitio clarior, dilucidiorque pateat. Non tam belli, quàm pacis artibus partum terra, mariq́ue ampliſsimum Venetus obtinebat Imperium: multa autem in Gallia Ciſalpina, in Flamminia, in Appulia, in Carnis oppida à Veneto iniuſte occupata Reges quærebantur: atque ex eorum dignitate eſſe putabant; coniunctis armis ea repetere, nam ad id potentiæ terra, mariq́ue Venetum Imperium accreuerat, vt cunctis Europę Regibus formidini eſſet: itaq́; tum liuore, inuidiaq́;, tum metu de ſumma rerum ſtimulante, In Reipubl. excidium cupientiſsimis animis conſpiratum eſt, nam nemo Regum per ſe ſolus prępotentem opibus, Imperioq́ue Venetum bello aggredi audebat: varijs illi itaque modis arma inter ſe iungere ad rem Venetam inuadendam, debilitādamq́ue annixi ſunt: Initiumq́ue tam atrox bellum habuit à Iulio Pontifice maximo, qui Franciſci Soderini Florentini Cardinalis ſtimulis impulſus Ariminum, & Fauentiam à Venetis tanquàm Eccleſiaſticæ ditionis vrbes repoſcebat: quæ iam antea à Borgia occupatæ poſt eius obitum vltro in Venetorum fidem conceſſerant: Romæq́ue eo tempore Senatus nomine Antonius Iuſtinianus Legationis munere fungebatur: Cui Pontifex longiore ſermone cum eo habito animi ſui ſenſum aperuit. Venetos dicens iniuſtè facere, qui plurima Flamminiæ oppida ad Eccleſiaſticam ditionem ſpectantia, & inter cætera Ariminum, & Fauentiam armis occuparent: proinde rem ſuam erga Romanam ſedem fide, & obſeruantia dignam facturos, ſi vrbes iniuſtis armis partas Eccleſiæ ſponte reſtituerent. Ad hæc Iuſtinianus reſpondens, ſummis Pontificem precibus orare cœpit, vt hæc ſua ſanctitas miſſa faceret. Nec Venetos de Repub. Chriſtiana benemeritos pro ſua ſumma iuſtitia in rerum diſcrimen deuocaret; Quando Veneti è Borgiæ tyrannica poteſtate Ariminum, & Fauentiam in fidem ſuam recepiſſent: In ſententia tamen Pontifex inſiſtens, Angelum Epiſcopū Tyburtinum Venetias Legatum ad Patres miſit: iſq́ue in curiam admiſſus Pontificis mandata expoſuit. Patresq́ue hortatus eſt, ad reſtituendas vrbes, vt Eccleſia Borgiano tumultu amiſſa recipiat: in priſtinamq́ue dignitatem reſtituatur: Patres autem ex veteri Reipubl. inſtituto rem ad Senatum rettulerunt, vbi multa ab eloquētiſsimis viris in vtranq; partem dicta, diſputataq́; fuere: tādem cenſuit Senatus, vt Legato Princeps ex decreto publico ita reſponderet: Patres dolere, Pontificis animum ex iniuſta cauſa à Veneto nomine alienatum eſſe: exploratum autē id omnibus, legitimo titulo Venetos Ariminum, & Fauentiam, vrbes poſsidere: eaſq́ue à Borgiæ tyrannide ereptas iuſtis armis ſibi vendicaſſe: pro quibus cenſum Apoſtolicæ ſedi pendere vicario nomine Patres non recuſaturos, nulloq́ue vnquàm loco deinceps defuturos (ſalua Senatus Veneti dignitate) ad Romanæ Eccleſiæ ditionem tutandam, ac amplificādā: Hoc reſponſo Pontifex vehementer

commotus

Not. belli Camaracenſis cauſas.

Venetus Orator.

Epiſcopus Tyburtinus.

Senatus reſponſum.

cōmotus irā ad tēpus diſsimulauit: Oratoriq; Iuſtiniano ſæpe poſtea affir maſſe dicitur: Quatenus agnoſcebat, Eccleſiæ vires nō eas ſuppetere, quæ tuto Venetis obijci poſſent, euocaturum ſe in Italiam exterorum Regū auxilia, ad Romanam dignitatem tuendam, aduerſus eos, qui illam tam temere impugnarent: atque ita minacibus dictis facta reſponderunt. Miſitq; Iulius Legatos ad Ludouicum Galliæ Regem, & ad Maximilianum Cæſarem, ac vtrunque illi in Venetum nomen execrabili odio accendere annixi ſunt: Contra ad reſtinguendam Regum inuidiam per Oratores ſuos Senatus eorum animos delinire, purgareque obiecta tentauit, atq; illi iden tidem nequaquàm fœdus, quod cū Rep. ictū habebant: violare vnquā ſub Regia fide ſpōſponderunt: Poſtea Maximilianus Cæſar ad accipiendā de more Imperij coronam cum inſtructis copijs in Italiam deſcendere ſtatuerat: Venetoſque in ſuas partes trahere, & à Gallorum ſocietate reuocare nitebatur: tentataque apud Patres res ea eſt: per nobiliſsimos Germaniæ Oratores Corradum, Laudarcum, Rainaldum, & Selimum, ad hæc etiam Cęſar Vincentium Quirinum, qui apud eum per id tempus Legationis munus publico nomine magna cum laude obibat, de tranſitu ſuo in Italiam admonere voluit, iuſsitque ad Patres ſcribere, ſe paccate per Veneti Imperij fines ad accipiendum Romæ coronam tranſiturum: nullo autem Oratori Quirino per plures dies reſponſo dato: nouiſsime aliam Legationem Maximilianus ad Senatum miſit, qua eadem petebat, pollicebaturq; paccatiſsimū iter ſuū fore, adijciēs, ſi ex Fœderis Formula, qua Gallo Regi Veneti tenebantur, non poſſent Maximiliani rebus ſatis honeſte fauere, aperte affirmabat: nullam fidem, nullum iuſiurandum in Gallo Rege eſſe, nihil penſi habere, quo minus rem ſuam ſpreto gentium iure agat: Cæſar vero ſancte, ac inuiolabiliter fœdera, quæ maxime expetebat, omni tempore cum Veneta Rep. ſeruaturus eſſet: vellent igitur Patres ſocia cum Cæſare arma iungere. Certioremque fecerunt patres Gallorum Regem per literas de fœdere, quod Maximilianus Imperator, cum Republi. iungere per Legatos poſtularat, literis autem Senatus à Rege ad Cæſarem tranſmiſis, incredibili indignatione, atque odio in Venetos Cæſar accenſus eſt, quòd conſilia ſua Veneti inimico Regi aperuiſſent: atque hinc Cameracenſis fœderis cauſa potiſsimum orta fuiſſe dicitur. Re autem in Senatu propoſita, Dominicus Maurocenus, Paulus Barbus, & Andreas Venerius viri ætate, conſilio, & prudentia longe clari ad Germanam amplectendam ſocietatē Patres hortabantur: Vicit tamen ſententia ſeruandi cū Gallo fœderis, reſpōdendūq; in hūc modū Cęſaris Oratoribus Senatus cēſuit: Si Maximilanus in Italiam ſine exercitu per Reip. fines proficiſci Romā vellet, paratos eſſe Venetos læto animo trāſitū ei præbere, miſſuroſq; officij gratia ſuos oratores, qui Cæſarem publico nomine honorificè excipiāt: Verum ſi ille viam armis, ferroq; tētaret: pro fœdere ſeruando, quod cum Gallorū Rege antea

Germani Oratores.

Vin. Quirinus.

Senatus reſponſum.

Zz ij Patres

Patres ictum habebant, armatas Veneti acies ad prohibendum tranſitum obiecturi erant: Hæc vbi in Germaniam perlata ſunt, Maximilianus indignatus, ꝙ Veneti Gallorum ſocietatem ſuæ prætuliſſent, armis iniuriam vindicare ſtatuit, coactiſque ſtatim copijs in Italiam deſcendit: Cadubriumque in carnis oppidum repente aggreſſus expugnauit: In Taruiſinosq; vſque fines Germanica arma penetrarunt: quare patres iniuria laceſsiti exercitum ſtatim contrahunt: Eiq; Bartholameum Liuianum pręficiunt, virum armorum peritia inſignem: Romæque ex illuſtri familia Vrſina natum, miſſuſque eſt in caſtra Legatus Georgius Cornelius, in hoſteſque ſtatim itum: quos Venetæ copiæ in Cadubrinis campis ferociter adortæ magna clade profligarunt: plurimiq; præter militumvulgus ex Germanorum primoribus ſunt obtruncati: Cadubriumque eodem temporis momento recipitur: Nec his contentus Liuianus in hoſticum cum Victore exercitu eſt tranſgreſſus: Goritiamque iuxta radices alpium armis adortus capit, parique fortuna vſus Tergeſtum expugnat: Alia quoque minora Hiſtriæ oppida debellata Veneto adiecit Imperio: Poſt hæc Maximilianus Cæſar aduerſam fortunam timens, per Ioannem Raublerium Legatum ſuum pacē à Senatu petijt: ea vero abnegata, inducię poſtea in triennium pactæ ſunt: quas cum paulo Lincſternio Cæſaris nomine Zacharias Contarenus Venetus orator publico nomine firmauit: tulitq; has inducias Ludouicus Gallorum Rex moleſtiſsimo animo: quippe quas inconſultis, ac inſcijs Legatis ſuis Ioanne Iac. Triultio, & Carolo Guifredo Venetus pepigiſſet: deq; his grauiter conquæſtus eſt cum Antonio Condulmerio Reipu. Oratore: Hinc itaque Regis animus alienatus Venetam colere amicitiam minus cœpit, & Maximilianus Cadubrinæ cladis memor iniuriæ authorem Venetū occulte oderat: Mox in apertam inimicitiam prorumpens horrendum Cameracenſis fœderis incendium excitauit: Ferdinandus quoque Hiſpaniæ Rex Germanica ſequutus eſt arma: Et Iulius Pontifex ex inſito, veterique in Venetum nomen odio, ob Fauentiam, & Ariminum vrbes Eccleſiæ occupatas, Regibus facile adhæſit: ferturque pauloantea Pontifex dum relaxandi animi cauſa Roma digreſſus nauicula Centumcellas peteret: Et cum eo Georgius Piſo Venetus orator: Altero Legato Ioanne Baduario in vrbe ob inualitudinem ſedente, veheretur: familiari in colloquio quum iam ira eius deferbuiſſet. Conuerſus ad Piſonem hilari vultu dixiſſe, cur Senatus aliquem mihi ex ciuibus veſtris non proponit? Quibus Arimini, & Fauentiæ Vicarium tradem Imperium? Romanaque ab his capiat cenſum Eccleſia? Et ita Veneti voti compotes facti vrbes illas ſub ciuium ſuorum nomine legitime poſsidebunt: Pontifici autem Piſo inconſulte reſpondit. Non conſueuiſſe, Venetos ex priuata conditione ciues ſuos Reges facere: Nec de his poſtea Piſo ingenij auſteri vir collegam ſuum: nec Senatum vnquàm reddidit certiorē, qui fortaſſe re mature diſcuſſa ſalutari

Bellū cū Maximiliano.Im.

Not. Regū fędus.

Not. Pontificis poſtulata.

Not. Legati reſponſum.

conſilio futuris malis opportuna remedia adhibuiſſent: ſed vel fortunæ, fati uæ acerbitate, vel potius diuino ita euenit Conſilio: vt Veneta Reſpublica quæ opibus, potentia, famaque ad eam diem toto orbe illuſtris late terra, marique fines Imperij propagaſſet. In inuidiam Principum Chriſtianorum adduceretur: aduerſaque tanta ſubiret, vt ab his mortales documenta acciperent, omnia fortunæ ſubiecta eſſe, ac res humanas, Regna, & Imperia, ineuitabiles, aſsiduasque pati viciſsitudines: demũ Pontificius, Germanicus, Gallicus, & Hiſpanus Oratores ad Camaracũ in Belgis oppidum fœdus ſimul publico Principum ſuorum nomine in Venetos percuſſerunt, acceſſere & huic fœderi Eſtenſis, & Gonzaga: ſollicitati & Britanniæ, & Pannoniæ Reges, ad ſocia arma iungenda: vt ex omni parte Venetus cõmunibus, confœderatisque Principum Chriſtianorum armis oppreſſus deleretur, miſſusque eſt à Gallorum Rege de illius gentis more Caduceator Venetias, vt Patribus bellum indiceret: qui veſte Lilijs Aureis (vt accepimus) intertexta ornatus in curiam aſcendit: arrogantique ſermone: Tibi inquit Princeps, & vobis Veneti, tanquã alieni Imperij vſurpatoribus, raptoribusque infidis. Ludouici Regis mei nomine bellum indico, repetiturusque ea armis ipſe venit: quæ vos per vim & iniuriã, à veris dominis ablata tam diu iniuſte tenetis: tum Princeps ad Caduceatorem paccato vultu conuerſus: Nihil Galle hæc Reſp. in Italia, alibiue iniuſte poſsidet, neque fidem vnquam cuiquam fallit: cuius obſeruatores ſemper fuimus. Abi, & noſtro nomine Regi tuo nuncia, bellum, quod nobis tam arroganter indicis: Deorum Immortalium ope fortiter propulſabimus, quos ſperamus, propitios hoc bello habituros, & eoſdem aut in hac mortali vita, aut apud inferos, ob rupti fœderis ſcelus, Gallorum Impietatis vindices fore: atque ita ille dimiſſus, honoribusq́;, & officijs exultus, Veneta vrbe abijt. Et hęc eſt confederatio Sanctiſsimi. D. N. Papæ Iulij. II. Sereniſsimi Imperatoris Maximiliani, Chriſtianiſsimi Ludouici Francię, & Catholici Ferdinandi Hiſpaniæ Regum, cuius exemplar (vt tanti Europę motus origo planior habeatur) in hac hiſtoriæ parte qua bellum hoc Camaracenſe deſcribitur, apponendum duxi, Maximilianus Diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. Rex Germaniæ, & Hungarię. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lothoringiæ, Barbantiæ, Styrię, & Carinthiæ, ac Marchio ſacri Rom. Imperij &c. Recognoſcimus, & præſentiũ tenore notum eſſe volumus vniuerſis, quòd quum ſanctiſsimus in Chriſto Pater, & dominus Iulius diuina prouidentia ſacroſanctæ Rom. vniuerſalis Eccleſię ſummus Pontifex Dominus noſter Reuerend. ſępius, & repetitis vicibus nos pariter, & Sereniſsimũ, atq; Excellentiſs. Principem Dominum Ludouicum Regem Francię fratrem noſtrum cariſsimũ, aliosq; Chriſtianos Principes inſtantiſsime admonuerit, vt tanquam veri, & deuoti filij Eccleſię vellemus ad conſeruationem Chriſtianæ Reip. intendere, quæ in dies

Camaracum.

Not. Caduceatoris inſolẽtiã.

Principis reſpõſum.

Not cõfœderationẽ.

in dies à truculentiſsimis Turcis,& cæteris infidelibus maximas iacturas patitur,ac etiam ad conſeruationem iurium,& bonorum ſanctæ ſedis Apoſtolicę, atque Beatitudinis ſuæ totis viribus noſtris aſiſtere ad recuperationem eorum,quæ poſtpoſita fide,omniq́ue Religione contempta, nulla habita ratione æqua. honeſta.& iuſta Veneti pluribus iam annis de Beati Petri,& Sanctæ Rom.Eccleſiæ patrimonio tyrannice inuaſerunt, vſurparũt, & occuparunt,ac de præſenti nullo iuſto titulo indebite occupant,& detinent,cui exhortationi ſanctiſsimi D. N. Nos Imperator præfatus pro ſincera noſtra in ſedem Apoſtolicam obſeruantia(vt par eſt)parere volentes huiuſcemodi defenſionem,& conſeruationem Reip. Chriſtianæ, necnon incrementum Sanctæ Sedis Apoſtolicæ iuxta maiorum noſtrorum veſtigia,& exempla,tanquam etenim illius Aduocatus, & protector cum ſummo deſiderio amplecti, & ſuſcipere fuimus ſemper ex animo inclinati,cõſiderantes etiam grauiſsimas iacturas,iniurias,rapinas,& damna quæ præfati Veneti nedum Sacro ſanctæ Sedi Apoſtolicæ. Sed & Sacro Romano Imperio,Domui Auſtriæ, Ducibus Mediolani, Regibus Neapolitanis, & alijs multis Principibus violenter intulerunt, illorum bona, poſſeſsiones, ciuitates,oppida,perinde ac ſi in communem omnium perniciem conſpiraſſent,tyrannice occupando,& vſurpando,propter quod non ſolum ſalubre,vtile,& honorificum,ſed & omnibus prædictis neceſſarium eſſe exiſtimamus,vt omnibus ad iuſtam vindictam excitatis tandem ad reſtinguendam inſatiabilem Venetorum cupiditatem,& dominandi libidinem tanquam ad commune incendium accuratur,iunctiſq́ue viribus,& armis bona per eoſdem Venetos ablata,& occupata recuperentur,& reintegrentur, eaq́ue de cauſa nuper Illuſtriſs. Principiſſam Margaritam Archiduciſſam Auſtriæ.Duciſſam Burgundiæ relictam viduam Sabbaudiæ filiam noſtrã Cariſsimam ad ciuitatem noſtram Imperialem Cameracenſem miſimus, quæ vigore pleni,& ſufficientis mandati noſtri tanquam ſpiritalis noſtra in hac parte procuratrix poſt cõcluſam generalem pacem inter nos, & ſupranominatum ſereniſsimũ fratrem noſtrũ Regem Franciæ, cum Reuerendiſs.in Chriſto patre Domino Georgio de Amboiſia, tit.Sãti Sixti ſanctæ Rom.Eccl.præsbytero Cardinale Rothomagenſe,ac ſedis Apoſtolicę per Franciam de latere Legato,facienti ſe in hac parte fortem nomine Sanctiſsimi D.N. etiam iam dicti Sereniſsimi Regis Franciæ,fratris noſtri ad hoc deputato procuratore,ac cũ Spectabili Iacobo de Albion milite Sereniſsimi Regis Arragonum oratore, & ad hoc etiam ſpeciali procuratore, tractauit,iniuit,fecit,concluſit,& iurauit,ac literis ſuis roborauit fœdus,cõfederationem.vnionem, & ligam contra ipſos infideles, ac etiam contra Venetos iuxta capitula.puncta.& Articulos quarum literarum, capitulorum,punctorum,& articulorum,tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis. In primis quia hodie nos cum præfato Domino Cardinali Rothomagenſi

Ar.cameracenſis Fed. formulam.

Card. Rothomagenſis.

magenſi Legato & ex prædictorum ſacratiſsimi Domini Imperatoris, & Chriſtianiſsimi Francorum Regis nominibus iniuimus, & cõcluſimus pacem generalem, atque confederationẽ, in qua etiam inter cætera, ſanctiſſimum in Chriſto patrem, & Dominum D. Iulium ij. diuina prouidentia. S. Rom. Eccl. ſummum Pontificem dominum noſtrum obſeruantiſsimũ, & ſereniſsimum Arragoniæ Regem incluſimus, atque vtrique parti adhuc facultatem reſeruauimus infra quattuor menſes poſſe alios ſuos confederatos nominare, & eidem paci, ſeu confederationi includere, & quoniam Veneti in maximum præiudicium ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, ſacrique Romani Imperij, & dominorum Auſtriæ, ac Chriſtianiſsimi Regis Frãciæ ad cauſam Ducatus Mediolani, ipſiuſque Sereniſsimi Regis Arragoniæ ad cauſam Regni Neapolitani iandudum tyrannice, & violenter occuparunt, detinuerunt, & præſentialiter vſurpant, occupant, & detinent, quamplurimas prouincias, vrbes, & dominia ipſis ſacratiſsimo Domino Imperatori, & regibus prænominatis, ſingula ſingulis referendo pleno iure pertinentia, tractatum, & conuentum eſt, inter nos nominibus antedictis, quòd nec ſacratiſsimus Dominus Imperator Romanorum, nec Chriſtianiſsimus Francorum Rex debeant, nec poſsint, Ducem, & Dominium Venetorum, aut eorum ſubditos, nec alios communes hoſtes contra quos mouendum eſt bellum, pro confederato, vel confederatis ſuis nominare, ſeu huic paci, vel confederationi hodie factæ qualitercunq; includere. Quinimo præfatus Dux. & dominium Venetorum, atque eorum ſubditi à præfata pace, & confederatione prorſus debeant eſſe excluſi, item actum eſt, & conuẽtum, quòd ſit vna ſpiritalis liga, vnio, amicitia, atque confederatio inter ſanctiſsimũ D. noſtrum Papam, & inter prędictos ſacratiſsimum. D. Imperatorem, Romanorum, & Sereniſs. Franciæ, & Arragoniæ Reges contra ipſum Ducem & Dominium Venetorum, atque eorum ſubditos pro recuperatione, ſeu reintegratione omnium deperditorum, item pro celeriori huius rei expeditione actum, & conuentum eſt, quòd ipſi ſanctiſsimus D. N. & Sereniſs. Franciæ, & Arragonię Reges, & ipſorum quilibet cum ſufficienti militum, & peditum exercitu, ac cum Artellaria neceſſaria teneantur infra diem primam Aprilis proxime venturam pro recuperatione antedictæ, communibus armis eoſdem Venetos hoſtiliter inuadere, nec prius a prædicta inuaſione ſeu guerra, aut armis per aliquẽ eorũ deſiſtetur, quàm omnino, & integre Apoſtolica ſedes recuperauerit Rauennam, Ceruiam, Fauentiam, & Ariminum, earumque diſtrictus, ac alia oppida Imolæ, & Ceſenæ cũ omnibus earum iuribus, & pertinentijs, ac omnia alia quæ de ſtatu, & iuribus Eccleſiæ Romanæ dicti Veneti occupant, & detinent, & pręfatus Sacratiſſimus Dominus Imperator recuperauerit. Rouueretum, Veronam, Paduã, Vincentiam, Taruiſium, Forũiulium, cum territorijs, & pertinentijs eorum, nec non Patriachatum Aquileienſem cum ſingulis ſuis pertinentijs, omniaque

Excluſio Venet. a fœdere.

Conuentio inter federatos.

niaque

niaque alia loca,& dominia per ipſos Venetos in hoc vltimo bello capta & occupata ex terris, & Dominijs domus Auſtriæ,& pari modo ipſe Chriſtianiſsimus Francorum Rex recuperauerit totaliter Brixiam,Bergomum, Cremam,Cremonam,Geradaldam,cum ſingulis ipſorum locorum diſtrictibus.territorijs,& partinentijs,& generaliter omnia ea quæ fuerunt antiquitus de Ducatu,& domo Mediolani,& prædeceſſorum ipſius Chriſtianiſsimi Regis in eodem Ducatu,& ſimiliter ipſe Sereniſs.Rex Aragonum recuperauerit ea omnia,quæ ipſi Veneti de Regno Neapolitano, & ex prędeceſſoribus in ipſo Regno quouis modo abſtulerunt,& vſurparũt,ac de pręſenti quo vis colore vſurpant,detinent,& occupant,videlicet.Tranũ,Brunduſium.Otrantum,& Gallipolim,& omnia alia quæ de Regno Neapolitano per eos occupantur,item poterunt etiam illuſtris Dux Sabbaudię pro Regno Cypri,& Dux Ferrariæ,& Marchio Mãtuæ pro recuperatione eorum quæ dicti Veneti eis detinent,& occupant,ſe huic ligę adiungere,& in hac confederatione ſe includere,item quòd etiam ſit facultas Sereniſs. Regi Angliæ ſe includendi in hac confederatione,& liga contra Venetos ſiue ad offenſionem,ſiue ad defenſionem tantũ,ſiue ad vtrunque pro vt ei melius videbitur,ac pleraque alia huic fœderi ad Camaracum per partiũ oratores aſcripta fuere,quæ nos breuitatis cauſa omittimus, ea autem reges ſocij ſigillorum ſuorũ munimine roborari iuſſere. Die quinto Ianuari. Millesimo,quingenteſimo,nono:At Patres in tãto Europæ totius motu ad Imperium tutandum conuerſi ſedulo copias,commeatuſque parare:vrbes cõmunire,ac cuncta diligenter curare,quæ futuro bello vſui fore viderentur: veneruntque Senatus iuſſu è Creta ſagittarij:qui Zagdari vocantur: Agreſte,ac Semiferum genus hominũ,& ex Peloponeſſo,ac tota Græcia equites leuis armaturæ.Stratiotæ vulgo nuncupati.Deinde ex Campania, Apulia,Lucania, Latio , & ex Ciſalpina Gallia delecti milites Veterani, & Tyrones,viri fortiſsimi,cenſaque ſunt in caſtris Venetis ſupra triginta peditum,ac ſeptem leuium Cataphractorumque equitũ millia: quarum omnium copiarum Imperium Nicolao Vrſino Pitiliani comiti à Senatu demandatum eſt:multique cum eo aderant clari bello Duces, Barth. Liuianus,gubernator exercitus,vir acer,& intrepidus,Petrus Montanus,Ioannes Paulus Manfronus,Citolus Peruſinus,Dyoniſius Naldus, Ioannes Græcus,Lactantius Bergomenſis,Franciſcus Gambara,Ioannes Siccus, Soncinus Benzonus,legati autem erant,Georgius Cornelius,& And. Grittus, viri ſummi,& ampliſsimi,parique armatorum numero hoſtiles copiæ in campum eductæ:Rexque ipſe Ludouicus aderat:cum omni fere Gallię nobilitate:ac magna Heluetiorum manu,& iam in Flamminiam Pontificię copię ſub Franciſci Vrbinatis auſpicijs irruperant. Bellumque ab ea parte Venetis illatum.Quibus etiam à Pontifice ſacris interdictum eſt,& ex Hiſpania,Germaniaque noua ſocijs Gallis auxilia aduentare nunciabantur: totaque

Rex Angliæ.

Illati belli annus.

Belli apparatus.

Not. armorum ductores.

Legati in exercitu.

taque Europa in Venetos arma terrâ, marique parabat: Quare Patres, vt hoſtibus vndique occurrerent. Zachariam Lauredanum cum inſtructa biremium, celociumque claſſe in Benacum aduerſus Germanos miſſerunt: Et Marinum Georgium Bergomum. Si forte inde aliqua ab ijs bellica vis repente ingruat. Alia quoque claſsis inſtructa eſt, quæ Appuliæ littora tueretur. Eamque Ioannes Maurus vir impiger ductauit. Et Arimini tuendi Aloyſio Armerio prouincia Decreta. Laurentius autem Sagredus maritimam Flamminiæ oram, & Sebaſtianus Maurus cum armatis cymbis proxima fluuiorum Padi, Atheſiſque oſtia tueri iuſsi ſunt: Primoque ad Pontemuicum Venetus exercitus conſedit: Hoſtes vero ſub ſignis ex Mediolano ad Abduam vſque progreſsi omnia fuga, & terrore complerunt: Caroluſque Dambofia, fluuio repente ſuperato iuſſu Regis Triuilium cum inſtructa Gallorum manu aggreditur, territique oppidani ſtatim deditionem fecerunt, captique ſunt à Gallis præſidij ductores Vitellius, Naldus, & Braccius cum Paulo Memmo prętore, & Iuſtiniano Mauroceno Peloponeſsiaci equitatus præfecto, quod infauſtum Venetis belli omẽ fuit: Triuilij inexpectata defectio omnia circum oppida plurimum cõterruit, fugaq; paſsim ex agris facta eſt: Gallis cuncta igni, ferroque vaſtantibus Carrauagiũ inde hoſtes (cui Bernardinus Taiaperius prȩerat) armis tentarũt: ſed eos cum cæde à mœnibus Venetus repulit, Et ex alia parte Franciſcus Gonzaga cum Gallorũ auxiliari manu in Abduanam Glaream prorumpens Caſalemaius ſubita ciuium proditione cępit. Cuius oppidi Aloyſius Bono tunc præfecturam gerebat, in pōteſtatemque hoſtium venit: eodemq; armorũ impetu Aſulam Gonzagâ aggreditur. Vbi Federicus Contarenus vir impiger cum mercenario milite aderat, hoſtemq; is facile ab oppugnatione male habitum reiecit. At in Flamminia Pontificius miles Breſegellam bellico apparatu ferociter inuaſit. Oppidum autem ædito monte ſitum octingentorum militum prȩſidio munitum irritos hoſtiũ facile reddebat conatus, Nec procul aberat Ioan. Paulus Manfronus cum Venetis copijs, qui proximum collem inſederat, vt oppidanis ſubſidio feſtinanter eſſe poſſet: ſi res ita exigeret, & hoſtes in dolum verſi propinquo in nemore inſidias poſuere, paucique ex his ad oppidum accedentes Venetum in certamen prouocant: qui laceſsitus in Breſegellẽſium conſpectu prælium capeſſere non dubitauit, ancipitique aliquandiu marte pugnatum: eruptione poſtea ex oppido facta, Venetus egregie vincebat: tum dato à Pontificio Duce ſigno hoſtium armata acies ex inſidijs ſubito prodijt: ſub cuius improuiſum acceſſum Manfroniani primum turbati ſunt: Deinde Eccleſiaſticis armis vrgentibus ſtatim terga vertunt, ad oppidumque refugiunt. Inſequutusq; eos mira alacritate hoſtis per portam turris pariter cum Veneto in oppidum irrupit, cæſique eo impetu multi, reliqui ſe in arcem recepere, cum And. Baſilio prætore, & Ioã. Paulo Mãfrono: At hoſtes ſtatim admotis ęneis machinis, bellicisque

Zach. Lauredanus. Marinus Georgius

Ioã. Maurus. Aloy. Armerius. Laur. Sagredus. Seb. Maurus.

Triuilii deditio.

Fed. Contarenus.

Breſegela ab hoſte capta.

bellicisque alijs operibus munitiſsimam arcem oppugnare ſedulo ſtudent. ij tamen ſæpe repulſi ſunt: inaniq; conatu primo impetu vis illata: poſtea dum noua oppugnatio paratur:oppidani territi deditionem fecerunt: Venereque Manfronius,& Baſilius in hoſtium poteſtatem: In Rufsium inde victor conuerſus oppidum aggreditur: ſtatimque ex Rauenna ſocijs ſubſidium armatorum miſſum ſub Ioannis Græci viri fortiſsimi ductu. cum quo hoſtis obuiam ei rapto agmine progreſſus manum conſeruit: Certatumque dubio aliquandiu marte; Demum Cathafractorum equitum impetu Venetus degrauatus,hoſti ceſsit: Et Ioannes Græcus,dum ſuis in acie præſto adeſt,fortuito præferocis equi lapſu in hoſtium poteſtatem venit: captiuusque in caſtra perducitur.tum Rufsiani amiſſo duce,quia nulla alia ſalutis ſpes ſupererat,deditionem fecerunt,permiſſumque eſt militibus.traditis armis, ex oppido quo vellent, impune diſcedere. Fauentia quoque ſecundam fortunam ſecuta ad victorem defecit: & quamquàm res in Flamminia aduerſæ erant: haud tamen multum Patrum animi commouebantur: quum ciuitas ſpes omnes ſuas reparandi Imperij inieciſſet: in florentiſsimi exercitus viribus: Qui aduerſus Gallos ab Abduam conſederat. vbi totius belli moles incubuerat, Crebris itaque literis Senatus Imperatorem, & Legatos admonebat, ne temere quicquàm agerent: ne ve niſi in extremam neceſsitatem adducti cum hoſte confligerent: Interim fines, agros, vrbes, ſocioſque tuerentur. His à Senatu mandatis acceptis, omnia Imperator prouide agebat. ſtatuitque Triuilium iam antea Gallorum armis occupatum oppugnare, & quoniam certus erat, hoſtes ad impediendam expeditionem viribus vſuros: Exercitum ex militaris diſciplinæ more egregie inſtruxit; vt ſi pugnandum eſſet: Paratas in hoſtem explicaret acies: eas autem quadruplici ordine diſpoſuit, in quarum qualibet ſupra octo millia peditum, equitumque leuis, ac grauis armaturæ continebantur: Priuſquàm tamen caſtra mouerentur. Pitilianus Imperator aduocata concione ita in exercitus conſpectu locutus eſt. Si vnquàm iuſtam militandi cauſam viri fortiſsimi habuiſtis, hoc ſanè bello honeſta, legittimaque arma vos induiſſe video: nam Venetum defenditis Imperium, vnaque Italiæ libertatem, Quæ omnia Reges iſti fœderatis armis euertere moliuntur. Inhumane autem, impieque agunt; Quando ſola dominandi libidine, magnis bellorum motibus excitatis, ius, faſque in rebus humanis tam impudenter violant, ecce enim, qui pacis author eſſe debuiſſet, in dirum prorumpit facinus, te Iuli Pontifex appello, quo duce, quo ſuaſore tantum bellum in Venetos exarſit, ex radice ſola inuidiæ ortum, quum Venetus hodie Deorum immortalium benignitate opulentiſsimum terreſtre, maritimumque poſsideat Imperium. Hinc Pontifex, Gallus, Germanus, Hiſpanusque Reges ad Camaracum fędus, ſocietatemque inter ſe contraxere:

Fauentiæ ad hoſtes defectio.

Pitiliani oratio.

contraxere:eademque Itali Principes Sabbaudienſis, Eſtenſis, Gonzaga, fœdera ſequuti ſunt: Ac omnes ſimul in Venetum nomen coniurati ferrum, vimque parant, prior Gallus Alpibus ſuperatis in Italiam deſcēdit: Adeſtq; armatus, ac minitabundus: Triuilianaq; victoria ferox, ac animos inflatos gerit: ob tot regum ſocietatem, proſperaq; ſibi omnia auguratur: ſed, ſi humanis ſęuiſsimi hoſtes gloriantur fauoribus, diuina profecto Numina infeſta habebunt; quādo ruptis fœderibus iniuſta in Venetos arma induerint: qui non tyrannice, non Barbare (vt illi) dominantur, ſed iuſto, moderatoque vtuntur Imperio, pro his non ſolum acerrime pugnare debemus, verum etiam, ſi neceſſe fuerit, alacri animo mortem oppetere: q ſi veſtra anteacta belli decora intueor, nuperq; nobilem illā ad Tarrum pugnam: qua gentis huius ferociam re preſiſtis, eundem facile, ac lętiorem (nobis pugnātibus) euentum Venetus ſortietur: Nec enim Italus meus Gallo, Hiſpanoue militari virtute cedit. Inextinctaq; adhuc in Italicis animis bellica diſciplina viget: Complures autem in hoc exercitu vido Duces, Tribunos, Cēturiones fortiſsimos, qui ex hoſte cęſo ſpolia reportarunt, qui factis ingentibus, & gloria militari illuſtres habentur: horum virtute (niſi fata ab æterno aliter ſtatuerunt) omnia proſpera ſperare licet. Atque ego florenti hoc exercitu ad Triuilium oppugnandum, immo ad certam victoriam proficiſcor: Sequimini fortiſsimi Commilitones veſtrum Imperatorem, ſequimini Veneta ſigna, in dextris veſtris repoſita eſt huius Reipublicæ, ſallus, Italiæ libertas, rerum omnium paccatiſsimus ſtatus, Caute tamen, ac prudenter agendum eſt: vt Senatus mandata exequamur: nec pugna mihi, niſi ſumma neceſsitas adigat, omnino placet, hoſteſque facile cunctando ſuperabimus: qui natione, lingua, moribus diſsimiles Galli, Hiſpani, Germani, haud diu concordes inter ſe animos habere poterunt: In noſtris quoque finibus conſedentes cincti montibus, ac Fluminibus, ſi commeatus ad exercitum apportari ferro obſtabimus: breui ad inopiam, famemque redacti noua conſilia agitabunt: neceſsitateque victi ſigna deferent, in ſuaſque nobis clariſsima victoria relicta, emigrabunt terras: Interim ad dignitatem Veneti nominis pertinere arbitror: Triuilianam victoriam haud inultam hoſti relinquere: ad oppidumque ſigna admouenda ſunt. Rebelle, infidum, quod turpi deditione in Gallorum poteſtatem venit, iis vero munitiſsimo loco deiectis: Cætera nobis ſecunda erunt: quòd ſi pugnandi occaſio aliqua interea ſe ſe offeret: Virtutem illam bellicam oſtendetis, qua ſemper Itala gens omnes alias orbis nationes ſuperauit: Vbi Petilianus dicendi finem fecit, à tota concione æque laudatus eſt, vnus fuit Liuianus exercitus gubemator, vir ingenio acer, & manu promptus, qui omiſſo Triuilio ſtatim in hoſtes eundum eſſe cenſebat: Præliumque temere exoptabat: An ſtabimus inquit, caſtris, valloque incluſi? hoſtiſque Venetos fines in oculis noſtris impune

Nota

No. Liuiani verba

AAa ij populabitur?

populabitur? armis, vi, pugna repellendæ ſunt iniuriæ: Informidabiliq́ue audacia hoſtes pleni omnia euertunt: Et nos ab auita virtute, Italicaq́ue indole degenerantes tepidi, eneruesq́ue Barbaræ genti euitato eius congreſſu cedimus. Agmina inde ſub ſignis Imperatoris iuſſu Triuilium verſus ordine incedere cœperunt. oppidoq́ue miles Venetus appulſus illud ſtatim corona cinxit: multis autem oppugnationibus Gallus hoſtis fatigatus Italorum impetum fortiter ſuſtinuit: aggereq́ue aduerſus tormenta erecto, rem intrepide gerebat, diſiectis poſtea mœnibus hoſtilis aliquantum animorum vigor eſt repreſſus, concurrere tamen inter ruinas quaſi patenti campo armatę vtrinq; acies, ancepsq́; certamen aliquandiu fuit, dum horum animos potiundi oppidi ſpes accendit. Illorum rerum anguſtiæ irritant: Demum Veneti acriori facta impreſſione hoſtem impeditum, & trepidantem loco deturbant, Primusq́ue Dyoniſius Naldus cum peditatu Lamonio in oppidi partem irrupit: Eademq́ue animorum alacritate alij turres, alij portas occupant: At Regiæ copiæ, quę ad Abduam conſederant. crebris ardentium Lampadarum ſignis in ſubſidium euocatæ ad ſuos obſidione leuandos ſtatim ire pergunt: Et Veneti contra quadrato agmine è caſtris Triuilianis profecti, Gallis obuiam tanta alacritate prodiuere, vt non abſque mediocri ſuorum clade hoſtes vltra flumen Abduam in turpem fugam conuerſi ſint: vnde ad inchoatam expeditionem Venetus reuerſus oppidum iterum aggredi parat: At hoſtes ſuperioribus territi oppugnationibus (impetrato intempeſta nocte colloquio) in has pactiones deſcenderunt, vt oppido reddito, incolumitateque permiſſa, inermes ipſi abirent: Cætera direptioni expoſita victoribus eſſent: Atque ita miles prædæ auidus demiſſo hoſte, rapinas, cædes, incendiaq́ue fœda commiſit: iuſſu deinde Imperatoris ex Senatus decreto oppidum ſolo èquatur: hinc ex militari licentia multi motus, diſcordiæq́ue in Veneto exercitu ortæ: Dilabebanturq́ue præda onuſti milites plurimi ex caſtris, Et qui remanſerant, parum officioſi, obſequentesq́ue bellica munera præſtabant. hæc vbi per exploratores Gallorum Rex accepit, ne occaſioni, fortunęq́ue deeſſet, cum omnibus copijs flumen Abduam ponte traiecit, ac in conſpectu Venetorum caſtra firmauit, quæ vallo, foſſaque egregie ſtatim nouis ſubſidijs communita ſunt. In pugnamq́ue omnium animi exardebant, Spe victoriæ concepta, ob ingentem copiarum numerum, ferturq́ue Aloyſius Rex dum ex ędítiori tumulo Venetum exercitum in acies diſpoſitum, eiuſq́ue alacritatem, ac armorum fulgorem intuitus eſſet: animo vehementer fuiſſe cómotus, ad recóciliationéq́;, & ad priſtinam ſocietatem cū Veneto ineundā interdū cogitaſſe, ſed pacis cōſilium poſtea (quod contra Regiā dignitatē facere videretur) ductorū perſuaſionibus abiecit: Galli interim nihil intétatū relinquere, vigilias, excubiasq́; die, noctq́; pro caſtris ponere, vndiq; miſsis exploratoribus motus hoſtiles adijſcere, inſidias ad hæc, occultaſq́; fraudes annectere,

Triuilii oppugnatio.

Not. Dyoniſii Naldi virtuté.

Gallorū fuga.

No. Regis conſiliū.

anneƈtere,ſed quum parum aſtus prodeſſent, Veneto nil temere agente, palam hoſtes agendum eſſe rati,in patentes campos confligẽdi ſtudio aciẽ explicauerunt: in Veneto autem exercitu viſo hoſte ſtatim ad arma cõclamatum eſt:præmiſſiq́ue leuis armaturæ equites Gallorum cuneum, qui obuiam forte proceſſerant,ad tentoria Regis vſque fugarũt: Galli inde ſignis repente motis ad Ripaltam oppidum conſedere:quo vi capto,ac ſolo æquato,caſtra eodem loco metati ſunt, inſequutusq́ue Gallum Venetus cum toto exercitu ad pugnãdum inſtruƈto Caſſiram venit. Ad id vero Pitilianus omnia conſilia ſua dirigebat, vt quocunque hoſtis tenderet, eum inſequeretur,prælium q́; nullatenus capeſſere ſtatuerat,niſi neceſſitate coaƈtus,contra Liuianus inſita animi ferocitate prope inſaniens pugnam expoſcebat. Barbarumq́ue nomen exoſus, Gallicas, Alpinasq́ue gentes Italiã depopulari ferre non poterat: poſtea ad Pandinum oppidum vtroque exercitu conſedente,leuia certamina per occaſionem committebantur. Demũ inuito Pitiliano totis viribus media Abduæ Glarea (vbi conſerti vepres, & complicata Arbuſta difficilem pugnandi locum præbebant, cõcurſum eſt: tum Rex ipſe media acie ſuos hortando accendebat, omnesq́ue circũens monere, obteſtari, vt memores Gallicæ virtutis pugnam alacres inirent, ad hæc premia, honoresq́ue polliceri his: qui fortiter pugnarent. ad iniquum locum Venetos traƈtos, vt ad ſacietatem Gallus cęderet. Liberaretq́ue inſigni viƈtoria è ſeruitute Italiam, iuſſitq́ue eodem temporis momẽto in Venetum tormenta diſplõdi, Liuianus vero impatiẽter hoſtium ferens inſultus oblatum non detraƈtauit certamen: ad idq́ue ineundum Imperatorem Pitilianum vehementer hortatus eſt. Qui inuitus tamen aſſenſit, quaſi præſaga mente futuram cladem proſpiceret. ſignis itaque canẽtibus vtrinque acriter pugnari cœptum, & iam Galli comminus cum Veneto ferrum miſcentes adeo vrgebantur, vt de fuga interdum cogitarent, reſiſtebant tamẽ pudore viƈti, dum Rex in medio acierum congreſſu bellator adeſſet, magnoq́ue impetu a latere, a fronte, Galli Venetum premebant. Bellicę quoque machinæ ingentem Liuianorum militum ędebãt ſtragem, & quidem prælij initio, viſo pene hoſte, colleƈtitiæ Venetorum copiæ in fugam verſæ ſunt, cadebantq́ue plurimi, ac nihil conſilio, nihil Imperio agebatur. Fortuitumq́ue potius, quàm ex militari diſciplina prælium erat, aciemq́ue inclinatam, ac dubios ordines Liuianus ſæpius reſtituit. Ipſe cũ delectis equitibus vbiq́ue occurrẽs hoſtes repreſſit. Ipſe fugientes reuocauit, omnibusq́; modis pugnam reparare conatus eſt: effecitq́ue, vt æquato certamine priſtinum pugnandi ardorem hoſtis remitteret, quòd ſi virtute, fideque cæteri duƈtores vſi fuiſſent, inſignem eo die viƈtoriam ex hoſte Venetus rettuliſſet: at Rex ſeu formidine, ſeu ignauia Venetorum animaduerſa, in tanta benegerendæ rei occaſione haud ceſſandum ratus cum militum robore celeriter in aduerſam aciem incurrit. Regiamq́ue phalangem ſequuta vis armatorum

No. Liuiani pugnãdi ardore.

Regis monita.

Præliũ ad abduam.

Att. Liuiani virtus.

Veneti exercitus clades.

matorum ingens Venetum adeo perculit: vt momento temporis fuſum, profligatumque magna clade affecerit:nam omnia impedimenta cum ſignis militaribus,bellicisque tormentis venerunt in hoſtium poteſtatem: Liuianus quoque graui vulnere accepto captus eſt,ac multi viri fortes occubuere.In quibus peditum ductor vir egregius fuit Petrus Montanus, & cum eo Saccotius ſpoletinus,& Francus Burgius,quorum potiſsimum ope ra non incruentam victoriam hoſtes ſunt adepti, nã magnus Catafractorum equitum numerus ex Gallico exercitu ferro oppreſſus interijt. Sed ex Venetis ad octo millia eo prælio deſiderata dicuntur. Dilectiq; reliquias exercitus tantus terror inceſsit,vt omnes in fugam verſi quocunque ferebat animus,dilabebantur,militiamque recuſabant:ac pauci omnino fuere, qui non è Venetis caſtris abierint:adeo militum animos iam antea inuictos hæc noua Gallorum victoria perculſerat. Ad Carrauagium autẽ vbi Ludouicus Michael prætor erat,poſt cladem Pitilianus cum reliquijs exercitus ſe recepit,ibi legatorum induſtria diſsipatæ copiæ indies colligebantur.Pauore tamen,conſternationeque omnium animi pleni erant, & Rex adhuc in Abduana Glarea cum victore exercitu ſedebat. Liuianumque, & alios captiuos in Galliam miſit,interea acceptæ cladis Nuncius Ciuitatem ingenti mœrore affecit: vulgoque omnes dolere, Gallorumque extimeſcere immoderatam regnandi cupiditatem,Tabernęque tota ciuitate clauſæ ſunt,& iuſtitium indictum. Patres quoque iam diu pacis ſtudijs aſſueti bel licis rebus aduerſis non parum turbari.In tanto tamen motu Venetorum virtus nequaquam oblãguit:nam audito hoc publicò vulnere Paulus Barbus vir ſapientiſsimus ſtatim lectica in Senatum,quòd parum proſpera va litudine vtebatur,ſe deferri iuſsit:atque(vt erat facundia inſigni) grauiſsima oratione patres conſolatus eſt:eoque auctore,placuit primum, exercitum reparari.Qui fuga militum pene ad nihilum redactus erat, creatique ſunt à patribus ſtatim duo Legati Chriſtophorus Mauro, & Petrus Duodo,quibus mandatum,vt diſperſos milites congregarent, nouosque largo ſtipendio conſcriberent. Claſsis quoque ad quinquaginta triremium numerum aucta.Eaque Angeli Triuiſani Imperio ſubijcitur: & ad placandã iram Deum ſupplicationes piæ indictæ,præterea miſſę ſunt à Senatu literę ad Pontificem:quibus eum orabat,obteſtabaturque,ne Venetos obſeruantiſsimum pontificij nominis populum tã inhumane ſua ſanctitas impugnaret.Quærique hoc bello Italicæ libertatis oppreſsionem. Quando Reges inſatiabili dominandi cupidine impulſi ad id ſolum ſpectare viderentur:tentantque omnia Imperia vi,armisque ſibi aſſerere: proinde eum ſummis precibus orare(vt ſicuti optimum Pontificem decet) curam illam ſuſcipiat,pacis inter Principes Chriſtiauos componendæ: deſiſtatque ſpiritualibus,temporalibusque armis Venetos inſectari, reddatque hac animi placabilitate eos in perpetuum Apoſtolicæ ſedi obnoxios: verum omnia

Occiſorũ numerus.

No.ciuitatis metũ.

Paul⁹ Barbus.

Legati.

Claſsis.

Literę Senatus ad Pont.

nia fruſtra tentata.Rexque motis ex Abduana Glarea celeriter caſtris, victorem exercitum in cænomanos duxit:Venetoque Brixiæ timente,eò cũ parte copiarum.And. Grittus Legatus profectus eſt:qui vrbem ingreſſus. Ioanne Franciſco Gambara authore,ad defectionem ſpectare Brixienſes offendit:eos tamen Grittus blando ſermone allocutus.In antiqua fide retinere plurimum laborauit.Veſtra inquit ciues virtus ſpem nobis reparandi Imperij ingentem præſtat.Ad quod delendum animati Europæ Reges, tanta ſæuitia coniurarunt,& profecto non ſolum de Repub.noſtra agitur. Sed etiam de veſtra,& totius Italiæ libertate,de vita,de fortunis omnium, ſiquidem Gallus hoſtis eſt.Gente Barbarus,natura immittis,morum, ingenijque auſteritate efferus.Hunc quis ſanæ mentis eſſe poteſt? qui dominũ habere,qui Galliæ,Alpinarumque gentium ſuperba Imperia, faſceſque patietur?veniat quæſo in mentem veſtram bellum cētum prope ab hinc annis illud Philipicum.Quo trepidos quondam maiores veſtros in fidem ſuã Veneti receperũt:vnde varia armorum geſta ſequuta ſunt: liberauimusq; vrbem iſtam magnis noſtris laboribus è grauiſsima obſidione.Quam delere,excindere Philippus minabatur,adijcite ad hæc, quòd tributorũ remiſſionem,immunitateſque vobis plurimas cõceſsimus. Ciuitatem noſtram dedimus,Imperiumque prope ipſum communicauimus,quantam autem Patrum benignitatem ciues veſtri Martinengij, atque Aduogarij experti ſunt:qui præter ſuperiora illa beneficia,ius comitiorum ſplendoremq; Patritium obtinuere:memoriaque adhuc extat celeberrima illius Petri Aduogari,quo duce, Brixia è Philippi poteſtate erepta Veneto acceſsit Imperio.Hunc ciues optimi imitamini, communemque hanc cladem ducite. Pulchrum profecto Brixienſes erit,rem Venetam veſtra fide(quam ſolam in præſentia expoſcimus)ſuſtinere,nec hoſti infeſtiſsimo cædere.Id ſi feceritis,neque Gallos ſe viciſſe ſentiet,neque Veneti (Brixia retenta)victos ſe eſſe exiſtimabunt.Sed nihil Gritti oratio profuit.Ciuium animis in aduerſa Venetorum fortuna iam ad defectionem ſpectantibus.Interim Regius exercitus Brixiam verſus ſumma celeritate profectus ingenti omnium lætitia quocunque ibat, excipiebatur: vrbique eo iam ſub ſignis appropinquante.Grittus abſceſsit. At Brixienſes Regi portas confeſtim aperuere, qui magno totius ciuitatis plauſu exceptus.Gallica ſigna medio foro præfixit:ipſeque ornatiſsimo equo ſedens per ſcalas in ſuperiorem Palatij aulam aſcendit.Rectoreſque vrbis.M.Dandulus in Galliam captiuus abductus eſt,& Seb.Iuſtinianus,qui mihi patruus fuit,ob amabile ingenium,vitæque innocentiam petentibus ciuibus liberatur:in patriamque incolumis redijt:Brixia à Gallis occupata,Venetæ copiæ Piſcheriam ſe ſe velociter recepere:hoſti vero fortuna aſpirante dedentibus ciuibus Cremona, Bergomo,Crema,Salodio Rex fęliciſsime potitur: alia quoque minora oppida occupauit:& Venetus è Piſcheria digreſſus,quia ibi parum tutam ſe habere ſtationem

Gritti verba ad Brixienſes.

Brixiã rex ingredit.

Not. Seb. Iuſtiniani liberationem.

Att. vrbes in Gal. poteſt redactus.

re ſtationem arbitrabatur:relicto valido præſidio, Veronã contendit: vtbeque à ciuibus excluſus,aliò curſum tenuit. Gallis vero quum omnia Venetorum oppida in Cænomanis præter Piſcheriam, ſponte ceſſiſſent: iratus Rex eò copias admouit. Auſum tamẽ eſt Veneto nomini fidiſsimum oppidum totius Gallicæ potentiæ impetum ferociter excipere:diuq́ue hoſtem acerrime miles Venetus pro mœnibus pugnando ſuſtinuit: demum

Piſcheria vi capta.

Galli totis connixi viribus in oppidum irrumpunt:vimq́ue omnibus ſine ætatis,ſexus,conditionis diſcrimine æque inferentes magna clade locũ deformarunt:ad quadringentiq́ue,& quinquaginta pedites interfecti ſunt: ductorq́ue eorum vicus Peruſinus capitur. Andreas autem Ripa oppidi præfectus Regis iuſſu laqueo necatus eſt:his ab hoſte geſtis,Venetorũ copiæ(quantęcunque hæ erant)quum à Veronenſibus,aliiſq́ue ſocijs ciuitatibus intra męnia non admitterentur: in Meſtrinos fines ſe trepide receperunt.Armaq́ue vndique per totam Europam hoſte in Venetum ciente, ad reſtinguendum tantum incẽdium Patres neceſſitate adacti Mathei Prioli rogatione qui in ſecundo collegij ordine præcõ ſultor erat.Ariminum,Ra-

Att. vrbiũ volũtariã traditionem.

uenam,Ceruiam,Pontifici vltro tradunt:Veronam,Vincentiam,Patauiũ, Maximiliano Cæſari:Appuliæ autem vrbes maritimas Ferdinãdus Hiſpaniæ Rex habuit,& Poleſsinum Alphonſus Dux Ferrariæ:atque id factum eſt,vt hoſtium impetus relangueſceret:credidere enim Veneti,per hãc voluntariã terreſtris Imperij alienationẽm Regum ánimos placatos, emollitosq́ue reddere:verum hi nihilominus perſeuerantes in bello, omnia hoſtilia in Venetos adhuc agebant. In forumiuliumq́ue, atque Hiſtriam Germani cum iuſto exercitu irrumpentes eas quoque prouincias Cæſareæ ditioni ſubigere tentarunt. Tergeſtoq́ue,& Goritia receptis,rem Venetã armis vndique infeſtabant. Ad inhibendos autem Germanorum conatus miſſus eſt à patribus in carnos cum valida militum manu Ioannes Paulus Gradonicus, cuius virtus Germanorum aliquantum repreſsit ferociam. Taruiſij inde à ciuibus tumultuatum,eam vrbem ſibi ſtatim reddi Cæſare per Legatos petente, quare plurimi ex ciuibus proſperam fortunã ſequuti ingenti fauore rem ad Maximilianum trahebant;alij Hieronymi Mari-

Not. Taruiſii motum.

ni Prætoris ſuaſu.In antiqua Venetorum fide perſeuerare mallebant: diuerſęque erant in populo voluntates.Sed vnus ex plæbe inquilinus vir fuit Marcus Pelizarius nomine Crema oriũdus.Qui vexillum Diui Marci manu tenens in forum cum paucis perexit,& Venetos ſequendos eſſe,atq; eorum ſocietatem colẽdam,magna voce omnes adhortabatur:quo duce populus priſtinam fidem retinuit:Taruiſiumq́ue per hunc maxime modũ repulſis Germanis veteri ſeruatum eſt imperio,miſsiq; ſtatim ſunt ad vrbis præſidium ſeptingenti milites:poſtea circa Patauinum agrum dum ſeueriſsimo Germani in colonos,villicosq́ue vtuntur Imperio, ac minis, edictisq́ue prohibent,ne Veneti è ſuis prædijs fruges in vrbẽ aſportent: aliaq́;

ſuperbe,

ſuperbe, ac Tyrannice agunt: commota vniuerſa ciuitate ex rei indignitate Patrum animi per ſe antea exacerbati ad finitimam vrbem recipiendam, infeſtiſsimosque hoſtes Germanos ex ea expellendos vehementer accenduntur: reque in Senatu propoſita. Lauredanus Princeps id agendum minime cenſuit;atque hæc orando in medium protulit: Multum profecto Patres conſcripti fortuna nobis hactenus acerba, grauiſque fuit: quam ad præſens etiam temerario,vanoq; auſu irritare tentamus,& id alienißimo ſanè tẽpore,quum victricibus vndique potentiſsimorum hoſtium armis premimur:nam hinc Pontifex,Italique Principes,illinc cum Cęſare Galiarum,hiſpaniarumque Reges nos oppugnant,Et iam pulcherrimi imperij membra adeo diſcerpſere,vt parum à ſupremo diſtemus excidio,quonam igitur pacto,quibus viribus Patauium aggredi volumus? vtinamque dij immortales darent, vt clariſsima vrbs ex hoſtium manibus erepta in Venetam reſtitueretur poteſtatem: Sed quæ dudum tam amplæ fuerunt nobis opes,fœdis cladibus (quarum memoria adhuc caligant oculi) nunc exinanitæ defecerunt: vixque afflictum reſpirat Imperium, hoſtis contra præpotens imminet, cuius impetum, armaque fortuna aduerſa depreſsi nunc ſuſtinebimus,qui in ſumma rerum proſperitate olim conſtituti ceſſimus?ſed fac Patauiũ recipias,ſtatim vndique hoſtes qui iam ex voluntaria vrbium traditione, ſatis paccatos erga nos animos gerunt, armaque depoſuere, iterum ijs reſumptis in amicitiam coibunt, belloque ardentius reparato,vrbem haud ſatis munitam,vt pote quæ diu florentiſsimo Gymnaſio pacis artes, Muſarumque ſtudia coluit, vallo, armis, bellicis operibus,infinitoque copiarum numero circumuallatam expugnabunt,noſque tanta clade affecti in nouos terrores incidemus, Patauio enim occupato, Creditis ne hoſtis ferociam, iramque ſuam deponet? Taruiſium,Forumiulium,ac reliquam continentis oram inuadet: ſpoliabimurque toto terreſtri (vtinam mentiar) Imperio: rem igitur Patauinam omittamus; & quando ita Dijs immortalibus placuit, anguſtis Imperij finibus contenti,vrbes, quas iam pridem victoribus vltro ceſiſtis, in perpetuum dimittite:ad maritimasque res (vt quondam à maioribus noſtris factum eſt) animi conuertantur:Fundata enim medio mari diuino conſilio hæc vrbs,naualiumque rerum peritia excellens, propitia facile in maritimo Imperio propagando habebit numina,quæ in terreſtri retinendo, aduerſa ſuo magno malo hucuſque experta eſt, Dubios,diſcordesq; Patrũ animos Principis oratio reddidit, variæque ſententiæ per Subſellia ſingulorum inuicem habitæ,ac diu ambigua hęſit conſultatio.Tum Aloyſius Mollinus Senator facundia,ac ingenio ęque clarus in roſtra aſcendens ita diſſeruit: Dum præſentem rerum ſtatum Princeps optime mecum tacitus conſidero,non tantũ profecto fortunæ acerbitate commoueor,quę varia,incõſtãsq; hanc Remp. ad internitionẽ prope adduxit:quàm animorũ noſtrorũ molitiem

Lauredani P. oratio.

Nota.

Alo. Mollini oratio

improbare merito poſſum:nec aliunde, quàm à nobiſmetipſis forſam tot mala proueniunt.qui dum nimium timemus,Reipubli. inconſulte officimus.Quidnam illud?quod nuper factum fuit?quàm præceps?quàm puden dum?quòd tot clariſsimas,munitiſsimaſque vrbes has in Flamminia, illas in Gallia,alias in Appulia, ac prope in viſceribus noſtris hoſtium faucibus præ timore vltro inieciſtis: quas nec attentare armis vnquàm illi quidem auſi fuerant,vt non tantum hoſtium vis,quàm noſtra ignauia, & deſperatio rem Venetam afflixiſſe videatur: Trebia, Traſimenus,Cannæ,totque aliæ ſuper alias clades Romanorum illos ſpiritus non fregerunt. Nos Abduana vna pugna ita depreſsit, vt manus victas dare turpiter cogere debeat? quòd ſi Romana contemnuntur exempla. Noſtra ſaltem ante oculos ponite: Antiquiora prætereo: Lygur perpetuus huic Imperio hoſtis, deleta ad Polam claſſe, Hiſtria omni ferè ſubacta, ciuitate fame laborante, Clodiam finitimam vrbem occuparat, plena omnia fugæ, terroris erant, non tamen in tanta calamitate Patres animos demiſſere, ſed publicis, priuatiſque opibus in medium collatis, ſupra triginta triremium claſſis inſtruitur, quæ ſtatim in hoſtes profecta Clodiam circumſedit, finitimaque vrbs fame domita poſt decimum obſidionis menſem tandem recipitur. Nos Patauium ad Imperium retrahere dubitamus? Cuius vrbis receptio haud difficilis ſanè futura eſt, quum iam ciues tædio Germanici Imperij res nouas moliri cœperunt. ac ſub Venetam redire fidem miro omnes flagrant deſiderio. Adde quòd vrbs parum cuſtodita fœlicem nobis ſucceſſum facile ſpondere videtur: Non igitur omittenda tanta benegerendæ rei occaſio, qua Patauio recepta, reliquæ quoque vrbes eodem victoriæ curſu facile recuperari poterunt: turpe etenim eſt, tam amplum terreſtre Imperium, quod ſummis laboribus, ac proprio ſanguine maiores noſtri partum nobis reliquere, ab auita virtute illa nos degenerantes, per ignauiam amittere: Patauium aggredimini, indeque hoſtis vi, armiſque expellatur, vocant nos populi, Barbaricum iam nomen exoſi, benignitatem enim Venetam iam pridem experti exteræ gentis iugum impatienter ferre poſſunt, apud quos ſordeſcunt iam illius actiones. At veretur Princeps Optimus,ſi Patauium cœperimus,ne indignabundi hoſtes ſtatim cum maximis copijs accurrant: vrbemque illam obſideant: ac reliquias miſeri Imperij, quod in continentis ora Veneti nominis adhuc ſupereſt:penitus euertant:nouoſque nobis terrores proponit,maritimum præterea laudat ſtudium, amplitudinem ex hoc ſpondet Imperij: opeſque immenſas: Sapienter ſanè, ſed rerum terreſtrium cura iccirco tam demiſſe eſt, ne abijcienda in quibus & ſi multa aduerſa nobis huc vſque contigere: In Deo tamen Optimo Maximo Patres conſcripti ſperate vindice, vltoreque hoſtium impietatis, quòd ſi animos aduerſa belli fortuna depreſsit, virtus contra veſtra erigat: immoderatus enim timor eſt ponendus,

Nota

dos,audendumq́ue,& nouandum aliquid improuiſum,ne extinctus penitus Venetus ille animi vigor videatur. Nec mihi omnino dubium eſt,quin ciuitas illa quando recepta in noſtram venerit poteſtatem: ab hoſtili oppugnatione tuta, illæſaque egregie ſeruetur: nam firmiſsimis præſidijs communita omnem facile hoſtium impetum ſuſtinebit: veniat Cæſar. veniant Reges, ac vallo, foſsiſq́ue armatæ cingant Pataium acies: Eludet profecto inuicta, inexpugnabiliſq́ue vrbs omnes hoſtium conatus: magnamq́ue nobis gloriam, hæc victoria pariet: exiſtimatione priſtina illa retenta,quæ aduerſa fortuna noſtra apud terrarum Principes nunc abiecta, contemptibiliſq́ue habetur: Cæterum Dij immortales,qui huius imperij ineffabili clementia ſua curam omni tempore habuere, mentes veſtras Patres Optimi hodie expulſis inſcitiæ tenebris ita illuſtrent, vt decreta ea approbentur, quæ Reipublicæ poſt tot fœdas calamitates ſalutaria, proficuaq́ue eſſe poſsint: reticente Mollino, Patrum animi diuerſa inter ſe rurſus conſilia agitabant: tandem initis ſuffragijs. Senatus ferè omnis in Mollini ſententiam pedibus iuit: Cenſuitq́ue, vt admoto quàm mature exercitu, Paduæ recuperandæ (quod fœlix, fauſtumq́ue Veneto nomini eſſet) expeditio tentaretur. Senatuſconſulto igitur in caſtra perlato, Andreas Grittus tacito agmine Taruiſio egreſſus Saccardum Soncinum virum impigrum præmiſit. ad exploranda hoſtium conſilia: is parum cuſtoditam vrbem intuitus, ſpeculatuſq́ue, ad Grittum reuerſus egit, vt Venetæ copiæ intempeſta nocte prope Patauium ſtatim ducerentur, diluculo vero .L. Maluetij, Lactantijq́ue Bergomenſis ductu ad portam vrbis ſemiclauſam miles Venetus clanculum acceſsit: quæ pauloante quibuſdam fœni, ac ſtramentorum plauſtris patuerat, nec procul aberant. Cæteræ Venetorum copiæ: ſub Pitiliani Imperio, ad Noaluinq́ue oppidum Grittus cum quadringentis equitibus ſubſederat: Et Chriſtophorus Mauro alter Legatus ad Cittadellam mille pedites,& quinquaginta Cathafractorum equitum alam habebat, conuenerat & ad Stratam vicum Philippus Paruta cum collectitia duorum millium agreſtium manu: nec non Aloyſius Dardani cum armatis clientibus aderat, vt ex cunctis locis mature Veneto præſto adeſſent ſubſidia: itaque paratis omnibus, porta, quæ nullo cuſtode tenebatur, ac ſemiaperta erat, a milite Veneto occupatur, primumq́ue Epyrroticus equitatus nullo ex hoſte obuio, vrbem ingreſſus eſt. ſequuti deinde .L. Maluetius, Lactantius Bergomenſis, & Vulpenſius Ductor, cum peditum robore in forum magno armorum ſtrepitu peruenere, excitiq́ue bellico tubarum cantu Germani milites, cum Leonardo Dreſſano, & Brunorio Sarego eorum ducibus Veneto occurrunt: pugnaq́ue ſtatim tumultuaria committitur, diuq́ue hoſtis numero longe inferior certamen protraxit: aduentantibus poſtea cum tota mole exercitus Pitiliano Imperatore,& Gritto Legato,fa

Decretū Senatus de Padua recipiēda.

And. Grittus.

Philippus Paruta. Al. Dardani.

cile Germani Veneto ceſſere:captiſque hoſtium ducibus Dreſſano, & Sarego,obtruncatiſque plurimis,recipitur vrbs Illuſtris: ædesque Iudeorum, aliquotque ciuium rebellium domus direptæ ſunt:Patauinę vrbis receptio quæ fuit menſe Iulij feſta luce Diuæ Marinæ ingentem Patrum animis lætitiam attulit;viſaque res Veneta noua hac proſperitate aliquantum reſpirare:ſtuduitque Senatus deinceps Cęſarem ſibi amicum facere:ad eumque in Germaniam Fr.Capellium oratorem deſtinauit.Qui ſtatim è Regni finibus abire iuſſus eſt,noua quoque non multo poſt legatione Maximiliani animus tentatus. Miſsique Aloyſius Mocenicus,& Anto.Iuſtinianus, ij pariter nec admiſsi,nec auditi à Ceſare.Idque ſane Veneto fęliciter ceſsit: Pacis enim Patres ſtudioſi,retentis ſolum duabus vrbibus Patauio, ac Taruiſio,cætera Regibus ſponte concedebant:quæ ipſi pręſenti bello ad illum vſque diem ex Veneto Imperio pactione,armiſque acquiſierāt: ſed quum illi nullum cupiditatibus ſuis proſpera fortuna elati modū imponunt: parta amiſſere:& Venetus receptis vrbibus, reparatoque Imperio, in priſtinā reſtituitur dignitatem:Pacis igitur mentione poſita,bellum vtrinque reparatur,ſtatimque ex Germania nouæ Cęſaris copiæ ſub.Ducis Branſuicenſis auſpicijs in Italiam aduenere:ac ſub primum eius acceſſum translatis in forumiulium armis munitiſsima oppida Feltrum, & Bellunum ſtatim ab hoſte occupantur:admotis poſtea ad cluſenſem arcem Germanorum copijs,res proſpere à Venetis ea expeditione geſta eſt,repelluntur que à mœnibus hoſtes cum ignominia,& cæde : affuit & Paulopoſt Analtius Princeps cum decem millibus armatorum ex Germania à Cæſare miſſus, quo Duce Monfalconus oppidum fruſtra eſt oppugnatum. Inde in Montanā hoſtis profectus Cadubrium,Butiſtagnumque cœpit, & Veneti ad tutandum prouinciæ ſtatum Leonardum Hieroſolimitanum equitem virum impigrum,ac manu promptum,cum delectis copijs eò miſſere, is vero diligenti,fidelique in reparanda Rep.opera vſus eſt:Cadubriumque recepit, Atque hoſtes ad valeſellam profligauit.Interim Dux Branſuicenſis maioribus auctus copijs Vtinum aggreditur.Sed parum vis hoſtilis nocuit, ciue, ac milite ſingulari virtute oppidum tuentibus, dimiſſo itaque Vtino ad ciuitatem Auſtriæ Germanica caſtra ſunt admota,ibi quoque rem infęliciter hoſtis geſsit.Defenſoremque habuit inſigne oppidum Federicum Cōtarenum virum militari diſciplina clarum.Aderant,& cum eo Vicus Peruſinus,Antonius Samperius.Lucas Anconitanus,& Paulus Baſilius, Bellatores fortiſsimi,quorum ſtrennuitate à mœnibus cum cęde hoſtis eſt repulſus:inde ſtatim digreſſus.Tulminium oppidum cœpit, ac ferro, igniq́ue finitimum agrum deuaſtauit.In Hiſtria pariter Chriſtophorus Frangipanus cum Crouatis equitibus,Venetos fatigabat,eam vero prouinciam Epyrrotæ Antecurſores ſub Ioannis Franciſci Paſqualici ductu armis tuebantur, ſed pauci numero hoſtium Iniuriæ obuiam ire non poterant:quare pluri-

mis

Patauium recipitur.

Legati ad Cæſaré.

Leon. Hieroſolymitanus.

Ioan. Fr. Paſqualicus.

mis Hiſtri affecti ſunt cladibus,acceſsit poſtea in prouinciam Senatus iuſſu Hieronymus Contarenus claſsis Legatus,cum quattuor triremibus, aliјſq; nauigijs,ac terreſtribus etiam copijs comparatis Tergeſtum oppugnari placuit,reiectusque Venetus terra,marique primo armorum conatu, & ex altera parte Angelus Triuiſano maris Imperator cum ſexdecim triremibus Fiumē Lyburniæ oppidum ſubito aggreſſus eſt. Illudque propugnatoribus e cuſtodia murorum depulſis,vi cœpit:captumque fœde diripuit, ac deſolatum pene reddidit,victricíq; inde claſſe ad Tergeſti oppugnationem reuerſus,vrbem rurſus nouo belli apparatu terra,mariq; inuaſit: ea vero valido munita præſidio vanos ſecundo effecit Venetorum conatus: terreſtres tamen copiæ proſperiore fortuna vſæ.Pinguentum à Germanis antea occupatum recepere.Nec in ocio hoſtis ferox fuit, qui Chriſtophoro Frangipane duce per Noricum in Hiſtriam iterum delatus trepidationem ingẽtem illius prouinciæ populis incuſſit:omneſque cum coniugibus, & liberis ex agris in vrbes profugi emigrabant.Inſolitusque pauor cunctorum mentes inuaſerat,quum hoſtis irarum plenus nemini parceret.Auſus etiam eſt per caduceatorem petere,vt Iuſtinopolim(cui vrbi tunc Al. Iuſtinianus pater meus præerat)Cæſari oppidani vltro traderent,ſed quum priuato id conſilio ab hoſte factum eſſet,poſitis inſidijs dum caduceator ad ſuos reuerteretur,in itinere prętoris iuſſu interfectus eſt,venitque proinde Patrum decreto Damianus Tarſius cum mille ſcutatis peditibus in prouinciam, vt ſocios tueretur,iniuriasque armis repelleret,virque is vnus ſalutarem Hiſtris opem attulit:circa Patauium vero in magno motu res erāt. Pitilianusque vrbem munire irrequieto opere ſtudebat,nam ingentem exercitũ, vireſq; bellicas Maximilianus ex tota Germania ad Patauium oppugnandum cōparare dicebatur,& Veneti id futurum rati omnis generis præſidijs ſtatim vrbem firmant:immiſsiſque abunde commeatus,pecuniæ, milites, arma, dum hæc à Venetis fiunt. Marchio Mantuæ ad inſulam ſcalæ iuxta Lemniacum cum ſexcentis peditibus inexplorato conſederat,ad eum opprimē dum ſtatim L. Maluetius,& Citolus Peruſinus viri fortiſsimi Imperatoris iuſſu cum octingentis peditibus,& ducentis equitibus leuis, grauiſq; armaturæ ſub vmbra noctis tacito agmine profecti ſunt, ſecutique ad mille, & amplius agreſtes,& ad locum concubia nocte accedentes hoſtes repentē, aggrediuntur,qui ſomno preſsi ex ſtratis vix exiliunt,trepidanteſq;,ac inermes obtruncantur:ſed maior pars deditione facta in victoris poteſtatē venit.Marchio autem tenebrarum beneficio vſus clam per poſticum in campos ſolus euaſit,errabundusque per agros latibula quæritabat,orta autē luce poſt ſiliginem, Melicamue deprehenſus,vbi tota nocte delituerat,à quatuor Agricolis capitur.Quos nunquàm precibus,præmioue flectere potuit, vt liberatus dimitteretur.Illi autem cum inſigni captiuo Patauium ſtatim profecti Imperatori,& Legatis Marchionem vinctum,captiuumque obtu

lere,

Ang. Triuiſan⁹ claſſis Imp.

Fiumen a Veneto vi captũ.

Hiſtrorũ fuga & terror.

Dam. Tarſius.

Patauium munitur.

Marchio Mantuæ captus.

lere, miſſuſque is ſubito eſt, ſub diligenti cuſtodia Venetias, exceptuſque ſummo honore à Principe, ac Patribus in publica Turri aſſeruandus traditur. Agricolæ vero cumulati muneribus, ac immunitatibus, præmijſque donati gratum nobiliſsimi facinoris fructum recepere. Interea hoſtium exercitus in dies ſocialibus Regum auxilijs augebatur, accreueratq́; ſupra quinquaginta fere millia armatorum, progreſſuſque vſque ad oppidum Liminum paruo negocio illud vi cœpit, ademptæque eo loco poſitis obijcibus fuerant aquæ: ne ad vrbem fluere poſſent, vt Molis Triticeis ciuitas priuaretur. Deinde Ferrarienſes ex altera parte agros populari, prędas agere, ferro ſæuire cœperunt, magnaque omnia deuaſtatione replebantur, itaque ex cunctis locis ingẽs paſsim fuga facta eſt, & ad imas paludes perducta armẽta, & miſeri Agricolæ villis, Tugurijſque relictis, cum ruſticana ſupellectili Venetias commigrarunt, quibus publica impenſa penus eſt inſtructum, parataque vicatim habitacula, ſtatiſque locis diſtributa nauigia, ad conuehendam Paganorum turbam, qui metu hoſtium in fugam verſi. Venetam petebant vrbem, & ſane plena omnia trepidatione erant. Iamque Cęſar cũ innumerabili exercitu Patauiũ circũſeſſurus propediem videbatur, igitur Patres de ſumma rerũ ſolliciti nocte, dieque in curia, ac Senatu quid agendum, conſulere: hæc decernere, alia mandare, omniaque mature diſcutere, & conuocatis comitijs Leonardus Lauredanus Princeps ad nobilitatem ex ducali ſolio huiuſcemodi verba fecit: Quum de re omnium veſtra viri Patritij hodie agatur, iure apud vos, qui hoc in loco Veneti Imperij Maieſtatem repreſentatis, publica cauſa pertractãda eſt. In qua multa acerba, grauiaque commemorari poſſunt: eaque inuoluenda ſilentio duxi, ne vulnus refricem, ſed veſtram virtutem hic excitamus. Hoſtis enim in propinquo adeſt ferox, immittis, implacabilis, hęretq́; prope in viſceribus noſtris, quum Patauium huius ciuitatis ſuburbium aggredi armis parat: periculis autem occurrendum eſt, quibus non ſolum opulẽtiſsima vrbs ſubiecta eſſe videtur. Sed veſtrum Imperium, ac tota ferme Italia. nã Patauio amiſſo nullum poſtea impedimentum hoſtis habebit, quominus omnia facile in Italia armis occupet. In primiſque res veſtra agitur nobis enim Imperium, nobis libertas aufertur: vita quoque in dubio eſt: totis proinde viribus annitendum, vt Patauium cõſeruemus, nec ſolum opibus, ſed etiã corporibus noſtris tantę vrbis poſſeſsio (vnde Venetę Reip. Italiæque totius ſalus dependet) retinenda: quis igitur veſtrum patriæ opem abnegabit? cuius tuendæ ſemper in maioribus noſtris laudabile, accuratumque fuit ſtudium: hoc idem facere nos debemus, eorumque ſequi veſtigia, qui pro patria res præclaras bello geſſere, præſentiſque ea temporis eſt cõditio, vt minime nos obtorpeſcere patiatur, euigilandum, audendumq́; in tanto Imperij diſcrimine. Nec profecto viri Patritij, hoſtiũ arma timebimus, ſi ſubſidium veſtrum Reip. præſto adierit, quin eos facile debellabimus, neque quiſquam

Not. agreſtiũ fugi.

Lauredani P. oratio.

quiſquam veſtrum nimis audax id conſilium noſtrum reputet, animiq́ue arrogantiam coarguat, quando fortuna Reip. & ciuium virtus deſperare de ſumma rerum prohibent, eo fato quo donata Veneto genio ſors eſt, vt magnis omnibus bellis victi nunquam porro ceſsimus, vetera omittamus. Pipinum, Hũnos, Sarracenos, Lygures, à Philippico bello incipiam. Quot claſſes mari, Pado, Atheſi, quot duces, quot exercitus bello amiſsi ſunt? Acerba ſiquidem adhuc præteritarum cladium memoria in animis viget. Iam quid hoc bello recenti Gallico memorem? omnes vos ijs aut cladibus affuiſtis, aut maximopere ſenſiſtis. Abdua pugnæ illius teſtis eſt, ĩ qua exercitu noſtro cæſo, ac profligato incredibile vulnus Reſp. accepit: adde defectionem Galliæ, Flamminiæ, Appuliæ, vbi tot præclaras vrbes vno prope die amiſsimus. Adde vltimum terrorẽ. In Meſtrinos vſq; fines, & ad imas paludes (amiſſa tota fere continentis ora) prædabundum hoſtium agmen progreſſum, auditusq́ue ex propinquo armorum ſtrepitus, ploratusq́ue, ac vlulatus multus: in hac ruina rerũ ſtetit inuicta Veneta illa indoles, vosq́ue omnium primi Patauium eiecto hoſte recepiſtis, ex eo autem die res Imperij melior habita eſt. Sperandumq́ue deinceps virtute veſtra duce, ſolitaque Reip. fortuna, vt lętiores, fœliciores que ſucceſſus in dies nobis contingent, dummodo patriæ operam noſmet ipſi hoc tempore præſtemus, armatisq́ue clientibus eundum eſt viri nobiliſsimi ad Paduæ cuſtodiã, vt veſtro exemplo alij quoque inuitentur ad arma pro Repub. capeſſendã, nã noſtra multũ intereſt: ac ſicut populo honore Patritius præſtat, ita ad omnia dura, & aſpera ſubeunda ille Princeps eſſe debet: induite igitur iuſtiſsima arma, ad Patauiumq́ue ſeruandum vrbem finitimã, claram, inſignem approperate. Quã hoſtes innumerabilibus copijs iã iã circumuallaturi videntur: ijs noſtra corpora opponamus, ijs pectora, ijs animos, ite dijs bene iuuantibus in tam illuſtrem militiam, ex qua ſiquid in rebus humanis certi eſt, indubitatam ſperare licet nobis victoriam, nam vrbem pręualidam defenditis foſsis, propugnaculis, aggeribus, egregie communitam: vbi Pitilianus Imperator vir fide, ac prudentia clarus, totq́ue alij duces fortiſsimi cũ viginti armatorum millibus adſunt, vos quoque illuc profecti cum auxiliari manu maximum præſidium afferretis: vtinãque ego id pręſtare poſſem, nec Senio, valitudineq́ue impedirer, in muneribus militaribus vobiſcum obeundis: libenter profecto quod reliquum vitę mihi ſupereſt, patrię neceſsitatibus impenderem: ſed quando ipſe ob corporis imbecillitatem effœtasq́ue vires id pręſtare nequeo. Aloyſius, & Bernardus filij, vicem patris gerent, armatiq́ue eò aduolabunt. Princepsq́ue veſter iam ſenio confectus domi ſedebit, conſilioq́ue (vt poterit) bellum adminiſtrabit, ij vero arma tractabunt, ferrumq́ue expedient, qui manu prompti habẽtur, & corporis viribus pręualent, cęterũ tametſi grauibus, acerbisq́ue hactenus Reſp. belli turbinibus agitata eſt, in maximasq́ue incidit fortunę ſeuitia calamitates, Principis filii.

tates, & adhuc plurimũ laboramus. In Deo tamen Optimo Maximo ſpes omnes veſtras piè conijcite, qui nos breui a tanto belli furore liberauit: & in priſtinum ſtatum Chriſtianiſsimam Remp. conſtituet: Hanc vero certã viri Patritij ſpem animis tenete, quòd diuino, ob Iuſtitiam noſtram ſuble uabimur, auxilio. Vbi Princeps conticuit, maximo omnium conſenſu eius oratio excepta eſt. pietaſq; in patriam commendatã, ex vrbeque ſtatim ad trecenti viri Patritij cum armatorũ manu Pátauium ſecundo flumine profecti circa portas, turreſque vrbis diligentem cuſtodiam ſuſceperunt: poſitæque vbique ſtationes, & ordines diſtributi, vt omnes equites Cataphracti intra prima vrbis mœnia continerentur, in foro Antonius Pius cum peditatu conſiſteret, & ad portam Sanctæ Crucis vſque ad pontem Baſſanelli Citolus Peruſinus, & Lactantius Bergomenſis tuẽdæ ciuitatis curam haberent, pontis curui, Portelliique cuſtodia Dyoniſio Naldo demandata eſt, & porta, quæ dicitur Cauda longa, Bernardino Parmenſi, reliquas vero copias Imperator Pitilianus in Prato vallis inſtructãs, parataſque tenebat, cuius iuſſu ſtatim circa vrbem per mille paſſus cuncta Aedificia, tuguria, arbores, agreſtesque caſæ complanatæ ſunt: Liberque campus relictus, ne hoſtes latibulis abſconditi furtim ciuitati inſidias molirentur: Pitilianus autem Imperator erecta media vrbe ſolenni Ara, poſt ſacra rite celebrata ſingulos Ductores, Tribunos, Centuriones, ac reliquos milites altaribus admotos tactis ſacris iureiurando adegit, fidem omnes Reipu. in Patauio aduerſus hoſtium conatus tuenda, inuiolabiliter ſeruaturos. Illi quoque à Gritto paucis adhortati fuiſſe dicuntur: vt militaris ſacramenti memores fortiſsime pugnarent, eriperentq; virtute ſua inſignẽ vrbem ab efferarum gentiũ manibus, nec de re Veneta ſolũ, ſed de totius Italiæ libertate agi, quando nefaria cõſpiratione Reges tentãt, vt depreſſo Italię ſtatu Venetos & Imperio, & libertate ſpoliarẽt: nullius tamẽ fortunę acerbitate Venetus vnquàm adduci poterit, vt quicquàm efficiat, quod nõ ſit ex eius dignitate, euertat opes, & fortunas oẽs crudelis hoſtis, libertatẽ à Veneto nũquã eripiet (qua nihil apud eos antiquius) hãc ſi auferat, & vitã quoq; vna ille extinguat, neceſſe eſt, quũ nil aliud priſcos illos Venetos relicta cõtinẽtis ora in ſtagna, paludeſq; cõmigrare impulerit, quàm quietis ſtudiũ, & libertatis amor: hæc duo à natura Venetorũ animis adeo infixa eſſe: vt quicquid vnquàm terra, mariq; geſtũ memoratur, omne id eorum cauſa factũ ſit: egregiã igitur, & ſtrennuã operã illi nauarent, nè ciuitas omniũ in Italia pulcherrima in Barbararũ gentiũ poteſtatẽ cadat, qua ſeruata, præmia ingẽtia, immortaleſq; laudes bellatores manebũt: Paratis itaq; omnibus, quę ad ſuſtinẽda hoſtiũ arma vel lõga obſidione neceſſaria eſsẽt: nõ multo poſt Cęſaris exercitus in Patauinũ agrũ prędabũdus irrupit. Aduenereq; ſtatim ĩ eius caſtra cũ auxiliaribus fœderatorũ Principũ copijs fortiſsimi ductores, nã pro Iulio Pont. maximo Ludouicus Picus affuit, vir ſciẽtia militari clarus,

No. Patritiorũ ſtudium pro patria.

Att. defenſionis apparatus.

Gritti ſermo ad milites.

rus,p Gallorũ Rege Dominus Paliſieſis,pro Cęſare,&Ferdināď Fracaſſus Sanſeuerinus,Alphonſi vero Ferrarię Ducis nomine Hipolitus Cardinalis eius frater his adiungitur.Supputatoq; equitũ,ac peditũ numero ad cẽtum armatorũ millia in hoſtiũ caſtris fuiſſe dicũtur, Maximilianuſq; ipſe Cęſar pręſens aderat, cęptaq; eſt vrbs oppugnari, męniaq; à porta Porcillij vſq; ad Caudā lōgā per multa paſſuũ millia tormẽtis diruta procidere.nemo ta mẽ ex hoſtibus vrbi appropinquare auſus eſt,ob ingẽtẽ vim miſsiliũ,ac ma chinarũ,quę ex vrbe frequẽtiſsimo iactu in eos emittebātur:coactiq; ſunt ob id hoſtes in profundas foſſas,ſcrobeſq; manufactas,ac dipreſsiora loca deſcẽdere,erũpebāt etiā ſubito impetu leuis armaturę equites,ac ad hoſtiũ vſq; tẽtoria illati cędẽ,ſtragẽq; fędā eorum ędebāt,ſępeq; his tumultuarijs pręlijs cũ hoſte cõmiſsis,Veneti cũ victoria in vrbẽ reuertebātur, nec dies vlla vnquàm pręterijt, in qua pręclarũ aliquod facinus miles Venetus non ędiderit,poſtea omnes hoſtiũ copię ſub ſignis,caſtris in cāpũ progreſſę terribilẽ oppugnationis apparatũ procul oſtenderũt:Hinc equites, illinc pedi tes ex cũctis ferè nationibus Germani,Galli,Hiſpani,Itali vrbẽ corona cin xerũt,cõſpectuſq; eorũ horribilis,formidoloſuſq; reddebatur.Nec contra in vrbe amplo eius ambitu,die,noctuq; diligẽtiſsime cuſtodię deerant.Pitilianuſq; Imperator cũ And.Gritto,Chri.Mauro Legatis,& Zach.Delphino pręto re,vbiq; adequitare,ciues,militeſq; monere,adhortari,tertius quo que Legatus Ioan.Pau. Gradonicus in circũeunda vaſta vrbe inſomnes noctes agere,ac omnia impigre curare,quæ in Patauio ſeruanda vſui forent: Idem Principis filij Aloy.& Bernardus,cęteriq; pariter nobiles Veneti facere, interim cohors vna egregię virtutis Hiſpanorũ magno impetu Caſtellũm nuncupatum Gatteſe,aggreditur:id autem extra muros ad portā Caudę longę tumultuario opere Venetus erexerat,pro vrbis ex ea parte defenſione,Citoluſque Peruſinus caſtelli cuſtodiam cum ſelecta militum manu retinebat,ac tacitè motus hoſtiles expectans quietem ſuos agere iuſsit.Hiſpani vero celeri paſſu ad locum accurrentes ferro viam ſibi faciunt,nemi neque reſiſtente,ſcalas admouent,ac vno agmine ſupra ducenti Caſtellum conſcendunt, tum Citolus, qui ad eam horam cum ſuis de induſtria quietem egerat:vbi temere hoſtem progreſſum vidit, in apertum cum armata acie prodiens Hiſpanum inuadit,accẽſoq; puluere ſulphureo ad id parato fęda hoſtiũ oritur ſtrages,ad vnũq; ex his ferè omnes partim flāma,partim ferro periere,ac reliqui è propugnaculo in pręceps deuoluti ſunt,alia quoque vrbis parte Germani ex gloriæ æmulatione fortunam tẽtarunt: ſed & ipſi telorum multitudine penè obruti cum cæde,& ignominia à mœnibus ſunt repulſi, continuitque per multos ob id dies Cæſar ſuos ab tentata ſępe infœliciter oppugnatione, Crebris interim eruptionibus magnus captiuorum numerus, ingenſque ex omni genere præda è caſtris in vrbem ab armato milite abducebatur:Intuentes vero Patres inhumanam Regum

Noc. hoſtium ductores, & coptas circa Patauium.

Noc. hoſtium belliicoſoſmotus.

Veneti Legati.

Caſtelli oppugnatio.

Citoli virtus.

Hiſpanorum cædes.

rabiem ad Reip.euerſionem,ſtatuerant Bayſethi Turcorum Regis auxilia ab Aſia implorare.Creatusq́; eſt ob id Aloyſius Rimõdus ad eum orator, qui publico nomine de PrincipumChriſtianorum iniuria quæſtus Barbarum accedere in Italiam ad Venetã rem iuuandam hortaretur, doceretq́; quanto Aſia in diſcrimine conſtituta foret, ſi Venetos Chriſtiani Principes debellarent,nulliq́ dubium eſſe, quin illi ex hoc ſucceſſu ſtatim in Turcas arma verterent: communi itaq́; periculo Bayſethus opportunę occurreret,nec rē Venetam hoſtium ferro excindi pateretur, Impetraſſetq́; omnia facile orator,ſed pietatis poſtea Chriſtianę cauſa mutato cõſilio infidelium,auxilia ab Aſia minime euocari placuit, tentatus eſt ſolum per And. Baduarium Anglicę linguę peritum Henricus Britannię Rex ad inuadendam vicinis armis Galliam,vt Ludouicus domeſtico bello implicitus Venetos in Italia armis infeſtare deſiſteret,leuarenturque ob id Patres aliqua ex parte grauiſsimi belli onere: verum auxilia necunde miſſa aduenere:In Deoq́; Optimo Maximo Venetus ſpe omni coniecta ſuis ſolis viribus bellum ſuſtinuit,in concilio poſtea à Cęſarianis agitatum,nunquid totis viribus Patauium oppugnari deberet?multorum ex ductoribus eò inclinabãt ſententiæ,vt quando egregia fortiſsimorum militum ex omni ferè natione indoles in caſtris adeſſet,acerrima oppugnatio,quę ſucceſſum proſperũ fęlicemq́; habitura eſſet,tentaretur,Idq́; ex Regum dignitate fore omnes cenſebant:Cæſar vero difficilem,ſanguinolentamq́; munitiſsimæ vrbis expugnationem animaduertens (vt natura pius erat) nullo modo tot virorũ fortium ſalutem, ac exiſtimationem ſuam dubijs martis caſibus ſubijci paſſus eſt,accedebatq́; illud,ꝙ grauis in exercitu Cęſaris cõtrouerſia inter Germanos,Gallos,Hiſpanos,atq́; Italos vertebatur,qui nam eorum primi vrbem admotis ſignis aggredi vellent, declinabatq́; vnaquęq́; natio vel animi proteruia,vel periculi maguitudine primas oppugnationis partes, ſtatuitq́; ob id Cæſar,quum etiam hyems iam obrigeſceret,non ſolum oppugnationem tentare,ſed obſidionem quoq́; ſoluere, repente itaq́; motis ab vrbe caſtris poſt quadraginta circiter dies Patauium à grauiſsima obſidione liberatur,trecentiq́; ſupra bellatores Patritij parta inſigni ſeruatæ finitimæ vrbis laude in patriam acceſſere: hoſteſq́; male habiti deformi reditu alij alio dilapſi ſunt, quòd ſi longiorem Cęſar moram diutius circa vrbem traxiſſet,procellarum vi,hymbriumq́; inundatione,qui non multopoſt ſequuti ſunt,diſsipatũ exercitum ægre ex Italia,Euganeiſq́; oris in tutum abduxiſſet, Nuncius interea Patauij ab obſidione liberati Venetias perlatus ingentem ciuitati lætitiam attulit,ſupplicationeſq́; ob id indictæ, piæque Dijs gratiæ per omnia templa actæ, Et Cæſar ex irrito Imperio gemens, frendenſque,in Germaniam abijt, cæteræ vero eius, ac ſociorum Regum copiæ(anni iam aſperitate inhoreſcente)in hyberna conceſſerunt.

Aloy.Rimondus.

Andr.Baduarius.

Not.cõſultationẽ hoſtiũ de oppugnãdo Pata.

Soluitur obſidio.

FINIS.

PETRI IVSTINIANI RERVM VENETARVM HISTORIA.

LIBER VNDECIMVS.

RE PROSPERE Circa Patauium geſta fœlicior ali-
quot expeditionibus Veneto fortuna arriſit, primũ
ſiquidem cuncta vicina oppida Monſilex, Eſte, Cit
tadella, Montagnana, Colonia, Baſſanum, vix con-
ſpectis ſignis in fidem rediere. Ad Vincentiam po-
ſtea itum, vbi Fracaſſus Sanſeuerinus Cæſaris nomi
ne cum quinque millibus armatorum prę́ſidio ade-
rat. Vrbem igitur Veneti adorti ad portam ciuita-
tis caſtra ſunt metati, Vincentiniſq́ue res nouas pro Repub. molientibus,
hoſtium non parum animi turbantur, auſi tamen ſunt Germani magnó
impetu ex vrbe in Venetos erumpere. Sed Dyoniſius Naldus cum pedi- *Dyoniſii Naldi virtus.*
tum robore hoſtem repulit, ac cum eodem fortiter pugnans per portã (quę
vocatur Puſterla) hoſti immixtus, in vrbem irrupit, ſtatimq́; cõterritis om- *Vincẽtia recipitur.*
nibus, Vicentini, Germaniq́ue vnanimi conſenſu ciuitatem Veneto dedi-
dere: incolumeſq́ue hoſtes dimiſsi ſunt, quòd ſi in illo victorię curſu ſecun
da fortuna noſtri vti ſciuiſſent: Collapſum facile tanta occaſione erigi pó
terat Imperium, in priſtinamq́; adduci Maieſtatem, omnes etenim popu-
li Barbaricos iam mores perteſi ſub Venetam redire fidẽ vehemẽter opta-
bant, ſed mora rebus agẽdis interpoſita, fortunæ blãdientis aura elapſa eſt:
nam ingentibus copijs paratis iterum Cęſar in Italiã venit, Veronãq́; vali-
diſsimo firmauit prę́ſidio, eam autem vrbem Veneti ex Vincentiæ expe-
ditione victores digreſsi vallo circũdedere, admotiſq́; muralibus tormen-
tis mœnia quati cęperunt, ſcalaſq́; alijs tacite ferentibus tranſcenſus furtim
tentatus, ſed ex duabus vrbis partibus Germano ſubito erũpente, atrox ſub *Veneti cir ca veronã.*
męnibus prę́lium cõmittitur, quo vtrinq; ingens cędes ędita, ac ſępe leuibus
prę́lijs in caſtris tumultuatũ eſt: à ſocijs quoq; Regibus ad partes Cæſaris in
Italię finibus iuuandas copię vndiq; cõtrahebãtur: Quare Veneti circa Ve
ronã caſtra habentes priuſquàm hoſtiũ arma ingruerẽt, motis repẽte ſignis
in paccatũ abiere: mox dũ Taruiſiũ Aloy. Mocenicus prę́ſidio teneret, vr-
be cũ ſelecta militũ manu egreſſus in Forumiuliũ adequitauit: Bellunumq́; *Belluni & Feltri receptio.*
oppidum in mõte ſitũ adortus expulſis Germanis recepit. Feltrũ quoq;, &
Scalenſem arcem ſubegit. Poſtea acerbis Alphõſi Ducis Ferrarię iniurijs pa
tres laceſsiti expeditionem in eũ pararunt. Iuſſuſq́; eſt ſtatim Angelus Tri-
uiſanus claſsis Imperator cum ſexdecim triremibus, alijſq́; minoribus na-

Claſsis in Ferrarien ſem ducta. uigijs numero quinquaginta in Padum per Fomaces irrumpere. Qui nulla mora claſſem aduerſo flumine ducens multa hoſti damna, multas clades intulit. Pontêque ſuper triremes impoſito. Ferrarienſis ager à Veneto milite citro, vltroque commeante, fœde depopulabatur: ac breui Rodigium, Lendenaria, Abbatia, munitiſsima Poleſsini oppida armis ſunt recepta: vbi cum duobus millibus equitum, peditumque Ioannes Paulus Gradonicus Legatus pręſidio erat: & ad Suaue oppidum Pitilianus Imperator cum reliquo exercitu, ac Legatis And. Gritto, & Pet. Marcello conſederat, vt hoſtium tranſitum in Ferrarienſem agrum ab ea parte impediret, ſi qua forte armatorum vis inde prorumperet: interim pars claſsis M. Ant. Contareno duce Comaclum inuaſit, oppidumque vi captum fœde diripuit, prædaque ingens hominum, pecorumque omnis generis, ac ſalis facta eſt, cunctique metu perterriti Accolæ Ferrariam cum coniugibus, & liberis profugerunt: Triuiſanus autem claſsis Imperator dum ad Piloſellam munitiſsimum caſtellum erexiſſet. Eſtenſes illud ſubito impetu aggreſsi multis, varijsque armorum conatibus expugnare tentarunt. Sed hoſte male habito, cæſoque Hercule Cantelmo iuuene claris natalibus Neapoli orto. Venetus locum fortiter retinuit, poſtea quum Padus aſsiduis imbribus auctus, triremes (ſu-

Not. Alphõſi ducis cõſiliũ. per quas Pons fabricatus erat) ad ripæ prope ſummitatẽ ſuſtuliſſet: Alphõſus Dux re cognita haud cunctandum ratus, arma, tormentaque tacite parat, ac inſtructa ad dimicandum acie intẽpeſta nocte è Ferraria profectus ad flumen accurrit, tormentiſque in ripæ margine plurimis diſpoſitis, iuſſit hæc in triremes magno impetu fulminari. Quorum creberrimis, ictibus claſsiarij exciti ad arma conclamarunt. At nocturno, improuiſoque prælio omnes conterriti trepidare, tumultuari, bellicis interim hoſtium machinis omnia proſternebantur, cadebantque promiſcue nautæ, & milites magno

Triremes diſiectæ. numero: ac confractæ, perfoſſæque triremes dilapſis fuga rectoribus fluitabant: tum Triuiſanus Imperator rem inclinatam videns fortunæ ceſsit, par uoque conſcenſo nauigio publicum vexillum è prętoria triremi, magnãq; auri vim ſecum abſtulit: potitusque eſt Eſtenſis inſigni victoria: nã quindecim tormentis perforatę triremes Ferrariã captiuæ abducuntur: plurimiq;

Not. triremes ab hoſte, captæ. nautæ, & remiges cęſi, ſaucijq;, ac male habiti, ferro, aquisque periere: complures tamen ad alteram ripam adnatantes ſeruati ſunt: attulit hæc Padana clades ingentem Ciuitati mœrorem. Sed ſolita Patrum virtus tãtis malis minime ſuccubuit, claſsisque altera ſtatim inſtruitur, cuius Imperium,

Pet. Balbi. Triuiſano prius dignitate abrogata, Petro Balbi demandatum eſt. Ac ſub id tempus quattuor Patauini ciues claro orti genere ob rebelles, infidosq; in Remp. animos, Venetijs medio foro decemuirum iuſſu laqueo necantur: hi autẽ fuere Albertus Trapolinus, Bertutius Bagarotus, Iacobus à Leo

Not. Patauinorũ ciuiũ. ſupp. ne, & Ludouicus conte, eiuſdemque criminis reus Ioãnes Franciſcus Muſſatus capitalis ſupplicij pœna remiſſa, in Cretam relegatus eſt. Poſt padanã autem

autem victoriam Eſtenſes cum auxiliaribus Pontificis, Gallorumque Regis copijs nouas expeditiones in Venetos moliri videbantur: Loreoque primum capto, arma in Reip. fines vlterius proferre ſtatuerant. Sed diſsidio inter nationem Italam, & Gallicam, aliaſque gentes Barbaras orto, hoſtiũ exercitus ad contemnendam paucitatem redactus eſt: infrequẽteſque ordines redditi: quo facto, Veneti in ſpem adducuntur, ſi paulum adniterentur: fore, vt amiſſas vrbes facile recipere poſſent: & iã inſtructis copijs expeditio in Veronenſes parabatur: quum aduerſo Reip. fato. Pitilianus è vita ſubito exceſsit: atque ea de cauſa apparatus ille bellicus Venetorum intermiſſus eſt: obijtque is Leonici in Vicentino ętatis ſuæ anno ſexageſimo ſeptimo magno exercitus mœrore, qui Paulo antequam è vita migraret, cõuocatis Legatis, cæteriſque armorũ ductoribus, eos grauiſsimis verbis hortatus eſt, ad rem Venetam præſenti bello fortiter iuuandam. Quæ ſi hoſtium armis depreſſa rueret, omne prorſus militare decus Italię, ac eiuſdem libertas pariter extingueretur, quæ omnia Venetus ad eã diem egregie ſuis opibus ſuſtinuiſſet: Italis itaque armis ille in priſtinam dignitatem reſtituẽdus erat, ac plurimum laborandum, vt Venetæ gẽtis ſeruetur in Italia Imperium: inde paulopoſt expirauit: Venetijſque tumulo ornatiſsimo conditur, cui equeſtris in Gemellorum æde inaurata ſtatua Senatus decreto erecta eſt, eũque Ioãnes Baptiſta Egnatius vir in Veneta gẽte optimarũ artiũ ſtudijs prę̃ſtãtiſsimus funebri oratione laudauit. Pitiliano, defuncto Ioãn. Maria Fregoſus Lygur vir bello acer, ac militari diſciplina clarus. Venetũ exercitũ gubernatoria poteſtate rexit. Interim duo oratores Aloyſius Mocenicus, & Ioannes Cornelius ad Cæſarem in Germaniam miſsi ſunt: pro bello honeſtis (ſi poſſent) aliquibus conditionibus finiendo. Sed re infecta ſuperbis hoſtium poſtulatis diſceſſum, quinque etiam alij oratores ad Pontificem mittuntur, viri ij ampliſsimi, Dom. Triuiſanus, Paulus Piſo, Al. Maripetrus, Leon. Mocenicus, & Paulus Capellius, vt à Põtifice Maximo Anathematis abſolutionem publico nomine impetrarent: & demum poſt multa interdictum Pontificia authoritate abrogatur: Venetique Eccleſiaſtica cenſura, diriſque execrationibus ſunt liberati: & ob id in triduum ſupplicationes decretæ, aliaque ædita in vrbe lætitiæ ſigna. Nec Patres interea belli curam omittebant: reparabanturque magno ſtudio copię: ac Ioannes Paulus Baleonus, & Laurentius: cerites viri belli artibus tota Italia clari ad Veneta ſtipendia ille è Peruſia, hic à Roma ſunt accerſiti: ac decem peditum millia conſcripta, equitatuſque leuis armaturæ, & cathafractorum ingens numerus additus, claſsis quoque quadraginta triremiũ inſtructa: Has autem omnes terra, mariq́ue vires Hieronymus Donatus Romæ orator Põtifici publico nomine obtulit: quibus ille vna cum Eccleſiaſticis copijs iure ſuo vti poſſet, ad ȩxpellendos ex Italiæ finibus Gallos. Cæſarq́; in hoc fœdus per literas, nuncioſque eſt inuitatus: verum hoſtili adhuc ille in Venetos

Pitiliani interitus.

Pitiliani monu.

Legati ad Pont.

No. Anathematis Abrog.

Not. Ducesad ſtip. Venet.

Not. belli nouũ apparatum.

netos animo. Pontificium Legatum è cõſpectu ſuo abire iuſsit, quin Helianum ex aulicis vnum in Pannoniam ad Ladiſlaum Regem ſtatim miſit, eumque hortatus eſt, ad bellũ Veneto in Dalmatię finibus inferendum, ſubigendamque armis illam prouinciam, quæ antiquo iure ad Pannoniæ Regnum ſpectabat: pollicebaturque Helianus Cæſaris, ac Gallorum Regis nomine. Quotannis centena aureorum nummum millia, ſoluere, claſſis ad hæc oblata, & Regia connubia: quibus matrimonium contrahebatur inter Philippum ducem Burgundię Cæſaris filium, & Annam Ladiſlao Rege patre natã: in Pannonia autẽ eo tempore Oratorem Senatus nomine agebat Petrus Paſqualicus, tentauitque omni ſtudio Regum conſilia turbare, verum Tatenſi conuentu ob ampliſsimas conditiones à Cæſare propoſitas decretum eſt à Pannonibus in Venetos bellum, delectiq; ſunt quatuor millia pedites. Crouatorumque gentis bellicoſa agmina conſcripta, in maximumque diſcrimen res Dalmatiæ Pannonica arma omnino adduxiſſent, niſi Reges diſcordi animo promiſsis defuiſſent: nullis enim miſſis ob pecuniarum indigentiam in Illyricum terra, marique auxilijs. Pannõ & ipſe arma depoſuit, ardebat interim circa Veronam in Italia bellum, vrbemque Venetus obſidione premebat: caſtriſque ad Sanctum Bonifacium poſitis Epyrrotæ antecurſores quotidie ad portas vrbis adequitabãt: cuncta autem fuga, ac terrore replebantur, & in ciuitate à Germanis militibus multę iniuriæ illatæ Veronenſium animos à Cæſare alienarunt, venereque eorum plurimi in Veneta caſtra, ad duces, & legatos, polliciti que ſunt, Germanicum iam excutere iugum cupientes, vrbem Veneto tradere, cautiſsimaque ſtatim ratione ductus exercitus, quarta vigilia noctis ad locum prope mœnia conſedit: aperientibusque vltro ciuibus portam Sancti Georgij remotiori vrbis parte præmiſſus miles occupat, ac prima mœnia tranſcendens ad arcem vſque Sancti Petri medio colle ſitam tacito agmine Venetus progreditur: & dum ſcalas admouet: earum breuitate altitudo muri ſuperari non potuit: hæſitque hic miles dubius, & trepidabundus, ac pauorem auxere litui tympanaque fortuito ab hoſte pulſata, viſique ſunt falſo vigiles ex arcibus fęliciana, & veteri conclamare ad arma: vnde vano hoſtium motu Venetus exterritus, vim maiorem non expectandam ratus relicto loco quẽ occuparat, à ſemicapta vrbe citato agmine exceſsit: omniſque inde exercitus ad priſtinam ſancti Bonifacij ſtationem reuerſus eſt. Hoſtes autẽ periculi admoniti duplicatis cuſtodijs, validioribusque pręſidijs vrbem firmarunt: indeque omnes vno agmine erumpentes in Venetos mouere: excepitque temere irruentem Germanum leuis armaturę equitatus, ac primo congreſſu hoſtis male habitus, ne aliqua maiore clade afficeretur: receptui cecinit: & cum omnibus copijs Veronã iterum ingreſſus eſt: vbi militum ingens tumultus ortus, emerita ſtipendia expoſcentium, quę multis menſibus Cęſar non exoluerat: mercede itaque illi ſua defrau-

Not. Heliani orat. polliciti.

Pet. Paſqualicus.

Veneti verona furtim occupant.

dati

dati omnia contumaciter agebant: tādemque eorum maior pars fructuoſioris militiæ ſpe ad Venetos transfugit: quorum poſtea forti, fideliq; opere præſenti bello perſæpe Reſp. vſa eſt. At Reges ſocij quum Cæſaris partes prope inclinatas, labantesque vidiſſent, auxiliares ſtatim illi copias ex Gallijs, Hiſpanijsque ſubminiſtrare cœperunt. Venetusque ob id hoſtium viribus impar è Veronenſi agro cum toto exercitu receſsit: in paccatumq; abijt, munitæque ſunt vrbes, & oppida validis præſidijs, vt hoſtium impetum, ac aduerſa arma ferre poſſent, ſi qua ſubita vis ingrueret, & primū Ferrariæ Dux Alphonſus finitimis armis Poleſsinum aggreditur, ibique Rodigio, Lendenaria, Abbatia, oppidis partim vi, partim deditione captis, ad Atheſim cum duodecim armatorum millibus peruenit: in quibus Galli, Hiſpaniq; aderant: ſuperatoque flumine in Vincentinum agrum prædabūda hoſtium manus irrupit: eoque fœde populato magnus terror Veneto incutitur: Vincentiæque cuſtodia à noſtris omiſſa hoſtes ſtatim ad vrbē caſtra admouere: ciues vero minacem irati hoſtis aduentum timentes, vt direptionem euitaret, quando omni præſidio nudati erāt, quinquaginta aureorum nummum millibus ſolutis, in vrbem hoſtem paccatum admiſſere: hi tamen violata fide multa auaritiæ, immanitatisque in miſeros oppidanos exempla ediderunt: Agreſtium quoque foris ingens cædes facta eſt: quos in cauernis, ſpecubusque deprehenſos (vbi eorum plurimi metu hoſtium deliteſcebant) fummo, flammarumque vapore crudeliter enecarūt: & ex altera parte Galli in Leniacum oppidum munitiſsimum ad Atheſis ripam poſitum vertere arma: illudque bellicis operibus, ac acerrime vi oppugnatum miles Venetus per aliquot dies ſtrennue tutatus eſt, poſteá demolitis mœnibus ferox Gallus per ea magno impetu in oppidum irrupit: & Carolus Marinus præfectus cum ducentis fere militibus in arcem ſe recepit, qua tamen poſt paucos dies voluntaria deditione hoſtes ſunt potiti. Leniaco autem amiſſo. Venetæ copiæ, quæ circa Vincentiam caſtra habebant, ac tumultuaria cum Germanis prælia per eos dies commiſſerant, ad Brentellas ſtatim celeri curſu contendere: inde Pataujum ſunt ingreſſæ, ad vrbis, regionisque totius cuſtodiam, Mōſilicemque hoſtis aggreſſus vi expugnauit, ac diripuit: Pataujjque diligentes vigiliæ actæ, hoſtium metu, qui poſt captum Monſilicem in propinquo aderant. Ac ſub id tempus Soncinus Benzonus ex municipio Cremenſi vir nobilitate inter ſuos, ac Militia clarus. Sed prauo, infidoq; in Remp. animo quippe qui belli initio Abduana clade ad hoſtes trāsfugerat. In Venetorum poteſtatem venit, Patauiūq; captiuus adductus ſtatim And. Gritti Legati iuſſu ſuſpendio necatur: deceſsitque his ferme diebus Dyoniſius Naldus ductor fortiſsimus, ac virtute, fideque in Remp. incomparabili, cui pedeſtris ſtatua marmorea decreto Senatus in Gemellorum æde erecta fuit: bellicisque rebus in hunc modum ſe in Gallia habentibus Pontifex in Lyguriam Eccleſiaſtica arma cōuertit:

Not. Hoſtiū in Verona diſcordiā.

Poleſsini amiſsio.

Not. Vicētinorū cladem.

Sōcini Bēzoni ſup.

Dyoniſij Naldi interitus & ſepul.

uertit:

tit præcipitéq; vſq; ad portas vrbis cum magna cæde egit: duorum autē illuſtrium virorū cōtinuatis vno die funeribus Venetorū animi ingenti dolore affecti ſunt, orbaq; tantorū ducū interitu Reſp. prope reddita videbatur, haud tamen Veronę obſidio intermiſſa, perſeueratumq; in armis circa vrbem, tumultuariaq; prælia inter obſidentes, & obſeſſos vario euentu cōmiſſa. Demum quum Gallorū copię ad Veronę ſubſidiū aduentare ex Mediolano dicerentur: Et ex Germania Dux Branſuicenſis in Italiam cum ſeptē armatorum millibus properaret, ſublatis repente ſignis Veneti Duces Veronę obſidionem ſoluerunt, & ad Sanctum Bonifacium tantam hoſtium vim non expectantes reuerſi ſunt: Inde à Pontifice vocati in Ferrarienſem agrum caſtra mouere, quo fęde depopulato ingens terror Eſtenſibus eſt incuſſus, auxilio tamen Gallorum illi freti ex vrbe ſæpius erumpebant, leuiaque committebantur prælia, cum inſigni vtriuſq; partis cæde, poſtremo Eccleſiaſticę, ſocięq; Venetorum copię omni potiundę tam munitæ vrbis ſpe penitus abiecta è Ferrarię finibus arma abduxere: Pontificioq; exercitu in Flamminiam abeunte: Venetus in Poleſinum terra, & aquis tranſgreſſus eſt, vbi Rodigium, Lendenariam, Abbatiā, & Adriam oppida recepit: quæ fortunæ inconſtanti volubilitate multoties amiſſa, & recuperata toto belli tempore varia Dominorum paſſa ſunt Imperia: At Galli aduerſus Pontificem arma vertentes in Eccleſiaſticæ ditionis fines magno tumultu irruperunt, adiunctiſque exulum Bentiuolorum copijs Romana res laborare cępit, Carpique vrbs vi expugnata in Gallorum poteſtatem venit. Ad Mutinamq; inde itum, à quo oppido parum Pontificiæ Duce Fabritio Columna, diſtabant copiæ: & ne his Venetus exercitus coniungeretur, omnia itinera Galli armis obſepta tenebant: Et Marchio Mantuæ, qui antea a Senatu Imperator copiarum electus fuerat, nondum in caſtra venerat: Suſpectaque eius mora patribus eſſe cœpit, timentibus, ne qua occulta fraus viri animo inſideret, Bononia ad hæc à Pontifice prope alienata res nouas moliri videbatur. Ad Bentiuolos enim veteres Dominos ciuitas inclinata. Eccleſiaſticum Iugum excutere cogitabat: Quibus ex cauſis non parum Pontificis animus turbatus erat: Venetaque ſocietate relicta, Gallorum amicitiam amplecti, priſtinumque cum Rege fœdus renouare meditabatur. Idque prorſus effeciſſet, niſi opportune ſexcenti Venetorum equites ſub Chiappini Vitellij, & Federici Contareni ductu Bononiam aduenisſent, quorum acceſſu Pontifex vehementer lætatus fuiſſe dicitur, Venetoſque vt bonos, ac fideles ſocios, plurimum commendauit: acceſſit poſtea cum reliquis copijs Mutinam iuſſu patrum Marchio Mantuæ: Itaque rebus Eccleſię his pręſidijs firmatis hoſtium vis in hac parte inefficax reddita eſt: auſi tamen poſtea ſunt illi Venetis à Mutina profectis cum quinquaginta bellicarum machinarum apparatu obuiam ire: Sed Marchio cum Veneto exercitu aliò flexit iter, vulgata falſo tandem hoſtium in fines ſuos

Ducis Brāſuicēſis in Italiā aduentus.

Oppida Poleſini a Venet. recepta.

Bononiæ motus.

Venetorū auxilia.

fuit Pratus ipſe vir militari virtute, peritiaque armorum inſignis, qui multis affectus vulneribus in hoſtium poteſtatem venit, paucisque poſt horis & mœrore animi, & vulnerum grauitate vir omnium pugnaciſsimus extinctus eſt: Eius autem interitu non parum ciuitas commota, erexitq; publica munificentia fortiſsimo viro equeſtrem in Gemellorum æde ſtatuā. Et curſum victoriæ Galli ſequentes Concordiam vrbem cæſo, debellatoq; Eccleſiaſtico milite recepere, amiſitq; iterum Venetus Poleſinum, & Ioā. Paulus Manfronus in Venetis caſtris ductor ſummus, & egregius, per inſidias in Gallorū poteſtatem venit. Mox Bētiuolis extorribus, adnitentibus, Bononiam Galli occuparunt. Atq; ita Iulius Pont. dum Ferrariā ſubigere ſtudet, Bononiam amiſit: Actum eſt etiam Romæ per Cardinales Gallicæ factionis de concilio Piſano, quod velut illegittime Pontifex indictū dānauit: Lateranēſeq; ipſe Romæ inſtituit, interim Bononiæ amiſsio ingenti dolore Pontificem affecit, Gallicumq; ob id nomen infeſtiſsime ille oderat, Curauitque Venetos cum Maximiliano Cæſare reconciliare, Hieronymum Donatum Reip. oratorem ſæpe compellans, vt Senatum ad pacem cum Germanis ineundam per literas hortaretur, retentiſque Taruiſio, ac Patauio cum ſuis finibus Vincentiam, & Veronam Veneti Ceſari dimitterent: Socijs poſtea armis communem hoſtem Gallos inuaderent: quorum dominandi inſatiabilis, infrenisque cupiditas erat: Cæterum Veneti nunquam paſsi ſunt, Vincentiā, & Veronam à ſuo Imperio alienari, Italiā interim Galli cum quindecim armatorum millibus oppreſſam penè tenebant, in Venetosque impetum facere videbantur, hi autem ex Veronenſi agro motis repente caſtris Patauium conceſſere. Liberumque hoſtes campum nacti prædabundo agmine huc, illuc euagati ſunt, tum fœda clades populis præſidio deſtitutis inflicta: In Hiſtria quoque bellum ingens exarſit, hoſtiumque Dux Chriſtophorus Frangipanes cum delecta armatorū manu prouinciam grauiter afflixit. et Mocho oppidum cæpit. Muglā inde aggreſſus, Andreæ Ciurani Epyrrotici equitatus præfecti virtute è mœnibus cū cæde repellitur, in ſingulareque certamen ambo prodiere: Ciuranuſq; haſta Frangipanem conſauciatum proſtrauit: & Hoſpium Caſtrum in mōte ſitum à Venetis captū eſt, Tergeſtinus quoq; ager fœde depopulatus, ac par pari hoſtes referentes maritimā oram circa Iuſtinopolim, Iſolā, & Piranū duabus aducti biremibus ferro, igniq; deuaſtarūt, quo motu triremis vna Iuſtinopolitano portu egreſſa hoſtium compreſsit impetum, Tergeſtūq; illi trepide ī paccatū abiere. Poſtea Ciuranus nonaginta Epyrroticis ſeptus equitibus per Poſtoinum Saltū magno auſu in extremos hoſtiū fines penetrauit, prædaque inde ingenti hominum, ac pecorum abacta, in reditu à Montanis accolis, in quibuſdam locorum anguſtijs circumuētus penè opprimitur, verum virtute Duce, ac comite fortuna, omne periculum euadēs victor, incolumiſq; in caſtra redijt: Et dum hæc varijs armorum conatibus

Leon. Parti interitus.

Cōcilium Lateranēſe.

Bellum in Hiſtria.

And. Ciuranus.

in Hiſtria fiunt.Galli circa Pataujum,& Taruiſium ſedentes rem Venetã armis vexabant:ambasque vrbes obſidere videbantur.Sed in Germanorũ aduentum expeditio dilata,quos in Italiam magna manu aduentare fama erat.Interea Galli ad Liminum multis repagulis curſum Medoaci fluminis diuertere tentarunt,vt aquis ablatis molę triticeę inhabiles in vrbe redderentur:in opusque equites Veneti inuecti hoſtium conſilia turbabant: ijdem quoque in intercipiendis commeatibus tanta diligentia vtebãtur:vt breui fames in Gallorũ caſtris oriri cœpit,tumultuarioque ad Maroſticam prelio cõmiſſo Guidus Rangonius primũ captiuus ab hoſte factus eſt, poſtea redintegrato certamine,ad tercẽtum pedites ex Gallis interfecti occubuere.In qua pugna Ioannis Mariæ Fregoſij, & Federici Contareni virtus plurimum enituit.Nec multos poſt dies L.Maluetius veneti exercitus gubernator Patauij aduerſa valitudine correptus vita deceſsit:magnoque Patres dolore,eius interitu affecti ſunt,virum enim belli artibus inſignem, ac ſumma fide,& prudẽtia amiſiſſe intelligebãt: omnibus tamẽ horis Venetus armatus aderat:nec à ſolito bellandi more recedens aſsiduis pręlijs hoſtes fatigabat:in eorumque vſque ſtationes prædabundum agmen frequẽti incurſu ferebatur:contra Galli ferro,igniq́ue omnia deuaſtãtes ad Taruiſium caſtra admouerunt,vrbsq́ue circa Portã ſanctorũ quadraginta vallo cincta,tormentisque oppugnari cœpta.Sed eã antea validis Veneti præſidijs communierant,aderatque ibi Laurentius cerites vir armorum ſtudijs longe excellens cum Ioanne Paulo Gradonico Legato,Venetisq́ue compluribus patritijs,qui ad vrbis cuſtodiam Patriæ charitate impulſi cum armatis clientibus acceſſerant:hoſtes tamẽ intrepide ſub mœnibus ferrũ miſcebãt.Conabanturque in vrbem irrumpere,verum crebro tormentorũ iactu ſtrages Gallorum ingẽs ędita eſt: vique,atque armis illi adacti obſidionem poſtremo ſoluerunt:nouę poſtmodũ(vix Taruiſio Gallicis armis liberato)ex Germania copiæ in Forũiulium prorupere:belloque ibi repente renato.tota ferme illa prouincia à Veneto nomine alienata eſt:nã ad Tiliauentum hoſtis progreſſus Caſtrumnouum, Sacilium, & Spilimbergũ oppida cœpit:flumineq́ue põte ſuperato Vtinũ aggreditur. Antonijq́ue Saurognani perfidia nobiliſsimo oppido Germani potiuntur:Gradiſca quoque ſubacta:inde ad Goritiam fortuna aſpirante hoſtiles copię conſedere:oppugnatioq; acerrima eſt tentata.At Venetus primo impetu Germanos cũ cæde ab oppido repulit,poſtridie iterum ad męnia ducti milites,oppugnatioq́ue maiori armorum vi renouatur,reſiſtũtq́ue pari virtutę Veneti, erãt autem ad oppidi pręſidium Aloyſius Mocenicus, & Balthaſar Scipionius viri impigri:quorum hortatu aliquandiu Goritianis hoſtium impetũ ſuſtinuit:mox proſtratis męnibus,minisq́ue ſuperbe à Germano additis. Veneto magnus terror incutitur,itaque pręt imore deditione ſtatim facta hoſtes in oppidum admittuntur: ac ductores: militesq́ue incolumes dimiſsi ſunt.

Leues pugnæ.

L.Maluetii interitus.

Galli circa Taruiſium.

Forũiuliũ ab hoſte pene totũ occupatũ.

Goritia ab hoſte capta.

ſunt. Qui ſummam apud omnes ignauiæ infamiam ſubiere: quando tam turpi eorum deditione non ignobile in carnis oppidum Reſp. amiſiſſet. Oſopiumque ſolum in Foroiulio ſub Veneta remanſerat ditione: cui Hieronymus Saurognanus vir Reip. amantiſſimus præſidebat: quo procurante induciæ in vnum menſem cum Cæſare pactę ſunt, exacto poſtea earum tempore coniunctis viribus Galli, & Germani in Patauinum, Taruiſinūq; agrum magno agmine effuſi omnia ferro, igneque deuaſtarūt, eodemque furore vlterius progreſsi ex Meſtranis finibus ingentem omnis generis pecudum, hominumque prædam abduxere: diuiſisque inde bifariam copijs, Germanus Veronam, & Gallus Mediolanum ſe recepit. hoſte itaque è finibus abeunte Venetæ copiæ ſtatim è Patauio ſub Ioānis Pauli Balleoni gubernatoris Imperio egreſſæ Vincentiam, & finitima oppida expugnant. In Forumiuliumque tranſgreſſæ Vtinum, Sacilium, Portūgruarium, ac ciuitatem Auſtriæ voluntaria populorum deditione veteri Imperio reſtituunt. At circa Cremonſium arduo colle ſitum plurimum laboratum, hoſtesque diu oppidum acerrime ſunt tutati, demum illud vi, armisque ſubactum fęde diripitur, iuſſuque Senatus poſtea ſolo æquatur. Gradiſca vero fruſtra tētata, quum ex Germanis viri fortiſsimi locum ſtrennue tuerentur: præter hæc hyems, frigoraque inſtabāt, ægreque bellica munera exerceri poterāt: itaque ſoluta eſt à Venetis obſidio. Interim fędus inter Pontificem, Hiſpaniæ Regem, & Senatum Venetum aduerſus Gallos percutitur: ſeruaturque ad ſocia ſimul arma iungenda Regi Britanniæ locus, atque his conditionibus fędus initum, vt Pontifex, & Veneti ſingulis menſibus quadraginta aureorum nummum millia Regi Hiſpaniæ ſoluerent. Hiſpanusq; ob id mille, & ducentis cathafractis equitibus, & decem millibus peditum conſcriptis, bellum in communem hoſtem gereret, mox Venetę copię in Poleſinum ductæ: eadem fortunæ varietate, qua ſæpe his locis cum Eſtenſe bellatum ęſt, illius terræ municipia rurſus occupāt, & ex altera parte Pōtificius, Hiſpanusque exercitus Bononiam verſus curſum intēdit, ſignisque ad rebellem vrbem promotis, ad Apoſtolicę Sedis obſequium eam retrahere tētauit. Heluetij quoque in Mediolanenſem agrum irrumpentes. Gallorum res magna clade afflixere: tumultuarioque prælio Heluetius ad Biagraſſam contracto egregie vicit. Gallique ad quingenti cæſi ſunt, & per id tempus Hieronymus Donatus Venetus orator Romæ deceſsit, vir Latinis, Græcisque literis eruditiſsimus, multa enim elucubrauit, magno cum ornatu: in traducendisque Alexandri Aphrodiſei ſcriptis, alijsque Græcorum codicibus, ſingularem tulit laudem, nec minori latino pollens eloquio Apologiam pro Veneto nomine pulcherrimam aduerſus Gallos cōpoſuit: qua Caroli Francorum Regis iniuſtiſsimo in Senatum conuicio probra refellendo, communem Reip. cauſam eloquentiſsime tutatur, de Terręmotu etiam, quo Creta inſula terribili horrore concuſſu fuit: elegantem ædidit epiſtolam:

Foroiuliū recipitur.

Cremona captum & euerſum.

Nouū fœdus i Gallos.

Hier. Donati interitus.

epiſtolam: orationes quoque eius grauiſsimæ,& cultiſsimæ vbique leguntur,eum itaque Iulius Pontifex ob ingenij præſtantiam vnice dilexit, exquiſitiſsimaq́ue funeris pompa ſepeliendum publice curauit. Poſt hæc Brixienſes Gallicæ dominationis tædio nouis rebus ſtudebât: & ſub antiquã Venetorum ditionem redire vehementer optabant. Itaque Aloyſio Aduogaro ciue prǽſtãtiſsimo authore, Venetus(qui in propinquo aderat) euocatus eſt exercitus: ſtatimq́ue And. Grittus Legatus inſtructa acie Brixiam contendit, quo in tempore Sigiſmundus Caballus vir patritius Coloniam hoſte victo furtim occupauit. Oppidum poſtea Germani è Verona ſub ſignis profecti recepere: Caballusq́ue ex arce, vbi diu hoſtium impetum ſuſtinuit, vi eductus eſt: & in Germaniam captiuus mittitur. Gallo autẽ abſente qui aduerſus Pontificias,& Hiſpanas copias in Bononienſi agro conſederat. Brixia aliquandiu oppugnata à Venetis capitur, arx tamen Gallo incolumis ſtetit. Brixia occupata, Bergomum, cęteraq́ue & in Monte, & in Planicie oppida in Venetorum poteſtatem vltro rediere: Cremona quoque,& Crema, Reliquæq́ue vrbes Barbara Imperia pertęſæ noua conſilia agitabant. Verum celeri Gallorum ex Bononia aduentu, omnes motus cõpreſsi ſunt. nam vbi Brixiæ captæ fama Italiam impleuit, cõtinuo Foyſenſis vir ferox,& manu promptus cum ſex millibus armatorũ è Bononia digreſſus. Padum ponte ad Stellatam ſuperauit, & in Veronenſi Ioanne Paulo Baleono fugato, qui cum mille, ducentis peditibus, & quinquaginta cathafractorum equitum ala ad prohibendum hoſti tranſitum ibi inſederat: ad Caſtegnolum quadrato agmine proceſsit: obuiosq́ue circa eum locum Venetos duce Meleagro Forliuienſi aggreſſus in fugã vertit, equoq́ue prolapſo Meleager capitur, ac eadẽ fere Bernardini Fortebraccij ductoris impigri fortuna fuit, qui citra Atheſim cum trecentis grauis armaturæ equitibus, ab hoſte male habitus, vix eius manus effugit, quæ omnia quum Brixię nunciata eſſent. Ingens terror Venetos cœpit, reuocatis tamen à pauore animis. Quando vis hoſtium ferro, armisq́ue repellenda erat, exercitus, aciesq́ue ad confligendum media vrbe inſtruuntur. At Gallorum copię magno itinere confecto à Brixia quinque millibus paſſuũ aberant, propriusq; accedentes formidabile armorum ſpectaculum præbuere: & quum totum amplæ vrbis circuitum Veneti validis præſidijs firmaſſent, omniaq́ue armis obſepta tenerentur, hoſtium conatus vanus, inefficaxq́ue irrumpendi in vrbem reddi videbatur, verum occupato illi monte in arcem à ſuis facile admittuntur: ſtatuuntq́ue poſtero die venetos aggredi, & in æquum armata manu deſcendere, hoſtium conſilio cognito. Veneti continuo acies diſponunt: parantq́ue ſe ad pugnam: iubentq́ue ocius, ne qua ſpes fugę cuiquam relinqueretur, omnes ciuitatis portas occludi, itaque exoriente ſole Galli ſub ſignis ex arce egreſsi ferociter in Venetos ruũt: & ad radices mõtis fauentina cohorte ægregię fidei,& fortitudinis obuia facta, atrox certame,

Al. Aduogarus.

Brixia à Venetis capta.

Dux Foyſſenſis.

Hoſtium acceſſus ad Brixiam.

men oritur,repulſusq́ue hoc primo congreſſu hoſtis facile ceſsit, irruente poſtea cum tota mole exercitus ex ſuperiori loco Foyſenſi Duce fuga, terrorq́ue omnes cœpit,ac fetox Gallus in forum vſque peruenit,tum ibi Veneto in acie ſtante totis vtrinque viribus concurſum eſt, & ex arce ingens Pilarum vis ex ęneis machinis excuſſa in Venetorum aciem emittebatur, multiq́ue ex his cadebant eminus tormentis lacerati, ductoresq́; Manfronus,& Vulpius laborantibus ſuis ſubſidio aderant:& dubium per duas horas certamen protractum, verùm cadente Federico Contareno præfecto equitum Epyrrotharum,res Veneta fluctuare cœpit,ſtetiſſetq́; adhuc incolumis,niſi Græci ſtratiotæ cæſo duce è prælio receſſiſſent,& ad portas vrbis accurrentes eas vi adaperuere: vt fugam ex vrbe arripetent.Ingreſsiq́ue patefacto portarum aditu reliqui ex hoſtibus. Qui foris extra męnia erant. Venetos iam pugnando feſſos à tergo ipſi integri aggrediuntur,victoriâq́; Gallis maturarunt.Inclinata autem fortuna cedentes Veneti ductores.Mâfronus,Vulpius,Scipionius,& Grittus in Prætorium ſe recepere. Galliq́ue ingenti victoria potiti ſunt,nam ſupra ſeptem millia ex Veneto exercitu Brixienſi hac pugna ferrum confecit:ſtragem quoque & ipſe victor Gallus peditum,equitũq́ue non paruam adijt:direptaq́; ſtatim vrbs crudelem in modum ab irato hoſte,& Aduogarus ex fuga retractus capitali ſupplicio Foyſenſis iuſſu medio foro afficitur,reliqui ductores captiui facti cuſtodiæ Mediolani traduntur:præter And. Grittum, & Ant. Iuſtinianum, qui nuper Brixiam Legatus venerat:ij ambo captiui in Galliam ad Regẽ miſsi ſunt:hæc clades Venetias allata ingenti ciuitatem mœrore affecit: patrum tamen animi aduerſarum rerum aſſuetudine obdurati minus conſternantur,ſolitoq́ue ad Remp.tuendam ſtudio illi conuerſi Patauium, Taruiſiũ, & Vincentiam,maximis ſtatim muniunt præſidijs, nouasq́ue contrahunt copias In diſsipati ſupplementum exercitus:at Romę Iulius Pontifex aduerſa Reipub. fortuna à Venetis alienati animi manifeſta dabat inditia, iniquasq́ue pacis conditiones Fr.Foſcaro oratori propoſuit:quibus Vincẽtia ab Imperio Veneto auulſa Cęſari tradebatur:comminatusq́ue ſecreto, ac palam eſt,ſe Reges iterum Europæ omnes in Reip.excidium excitaturum,niſi Vincentia Cæſari traderetur,per illius enim vrbis ceſsionem paccato Venetis Cæſare,Eccleſięq́ue adiuncto,Gallos ex Italia Pontifex facile depelli poſſe, & Bononiam his eiectis recipere ſperabat: ſed Veneti ad dignitatem Reip.retinendam conſtantiſsimo decreto Vincentiam ab Imperio ſuo alienare minime voluere:poſtea Foſcaro oratore curante induciæ inter Cæſarem,& Senatum Venetum Romæ in decem menſes pactæ ſunt:pro hisq́ue impetrandis quinquaginta aureorum nummũ millia Cæſari Patres perſoluerunt:& dum hæc in Italia domi,forisq́ue geruntur: bellum ab Hiſpaniæ,& Britãniæ Regibus in Gallos parabatur,& iam ad Perpignani, Gennæq́ue vrbium oppugnationem inſtructæ copiæ aderant, tum

Præliũ cũ Gallis.

Medio Brixiæ foro. atrox pugna.

Acc. Venetorũ cladem.

Aduogar[*] ſecuri percuſſus.

And.Grittus. Ant. Iuſtinianus.

No. Venetorũ conſtantiam.

Induciæ.

tum periculo motus francorum Rex in gratiam cum Pontifice tradita illi Bononia redire curauit: Venetorum quoque ſocietatem per And.Grittũ qui in Galijs tunc captiuus ſeruabatur,ſtudioſe requiſiuit: & in primis Heluctios in ſuas partes trahere omnem curam adhibuit:ad quos Legatio decreta,miſſique ſunt Marchio Rotholenſis, & Bailus Mienſis, reiectiſque eorum poſtulatis,gens ferox:& bellandi cupida Pontificis, & Venetorum ſocietatem amplecti malluit:decemque oratores ad Senatũ creati ab Heluetijs aduenere,pro fędere in Gallos ineundo, vna cum Pontifice Romano,& Rege Hiſpaniæ:interim ad Rauennę oppugnationem Galli intenti vrbem bellicis tormentis fatigabant.Alphonſuſque Ferrariæ Dux in Caſtris illorum aderat:egregiamque in demoliendis męnibus operam inceſſanter præſtabat:At Hiſpani cum Pontificio milite ad Rauennæ ſubſidiũ celeri curſu contendentes in conſpectu Gallorum ſtructa acie ſolenni reſurrectionis Dominicæ die dimicandi copiam fecere, tum collatis ſtatim ſignis atrox pugna conſeritur,pari autem armatorum numero eſt concurſum,ſupra enim viginti peditum,equitumque millia vterque exercitus habebat:Galliſque Dux Foyſenſis pręerat.Iuuenis ætatis flore, & virium robore ferox,& Hiſpanis Prorex Neapolis vir & ipſe bellicoſus, & pugnax: concurrereque magno impetu duo validiſsimi exercitus,victoriaque recẽti Brixienſi elati Galli pugnam ferociter ciebant,ac eadem in Hiſpanis ſtrẽnuitas in acie viſebatur,dubiumque pari concertatione per ſex ferme horas prælium fuit,accenſiſque omnes animis, vel vincere, vel mori ſtatuerãt:cadebant itaque ex vtraque parte plurimi:locum quem primo cõgreſſu cœperant,informidabiliter,conſtanterque retinentes:verum vbi Alphõſi Eſtenſis iuſſu tormenta muralia è Rauennę męnibus amota in Hiſpanos conuerſa fuerunt:continuo ingens,calamitoſaque ſtrages ędita obſcurum prębuit ſpectaculum:immixtoſque,& conglobatos cõfertiſsima acie Hiſpanos,Galloſque pariter tormentorum ineuitabiles proſtrauere ictus: tanta militum occidione,vt alto cruore campi ad inſtar decurrentis fluuij miſerabiliter redundarẽt:Hiſpanique demum victi, profligatique ceſſere: ac flebili,lamentabilique victoria Galli potiti ſunt,nec à priſco Romanorum tempore vſque ad illam diem magis vllum vnquam in Italia cruentum,magis funeſtum pręlium eſt commiſſum.In quo tot armatorum millia pari ferme clade vna acie cecidiſſent: nam ex Gallorum exercitu ſeptingenti catafracti equites,& ſex millia peditum cęſa occubuere: & ex Hiſpanis octingenti grauis armaturę equites,& ſupra octo millia peditum ſunt deſiderata:ex Gallis vero Ducibus Foyſenſis copiarum Imperator ferro traiectus cecidit,& cũ eo tres ex Belgarũ Principibus viri inſignes, Bergius Grotius,& Alergius,atque vna hi prefecti,tribuniq; clari nominis.Molardus,Mongironus,Riccius Borgus,Longauallis,& Iacobus Fabianus,cõſauciati autem ex ducibus fuere Lutrechius, Momplãſius, & magnus Galliarum

Legati gallorum ad Heluetios

Not.atrocisſimum pręlium.

Alphõſus Fer.Dux.

Hyſpani vincũtur.

Not equalem prope cladem.

Not. Clarorũ ducũ cædem.

rum

rum Scuderius, ex Hiſpanis vero pro Rex Neapolis, qui militare Imperiũ tenebat, comes Conzius, comes Paduliæ, prior Meſsinenſis, Dominus Paredes, & comes populi, in acie oppetierũt. cæſiq; ex centurionibus octo viri fortiſsimi Meſsias, Gianottus, Vrſinus, Cardonius, Marchio Montorij, Ductor Monſleonus, Petrus Baleonus, & Præfectus Vitellius, captiui autẽ facti ſunt, Cardinalis Medices (qui Pontifex poſtea fuit) Leo. x. vocatus Fabricius Columna, Petrus Nauara, Marchio Piſcharię, & vir clarus Marinus Georgius Venetorum Legatus. Inde Rauenna ſtatim à Gallis capta, direptaq; eſt: ſæuitũq; atrociter in oppidanos à victore irato in ſuorum vltionem, qui in prælio ceciderant: Et Pontifex audito miſerabili, funeſtoque ad Rauennam conflictu, vehementer turbatus de Roma relinquenda cogitare cępit. Ciuiumque domi factiones, & foris hoſtium arma expaueſcebat, timore tandem cõpulſus pacem cum Rege Gallorum firmauit. Poſtea Heluetij Hiſpanis, Venetiſque copijs ſibi adiunctis, in Gallos ſtatim moueré, illi vero tantis viribus impares in tutum ſe recipere feſtinarunt, pręcipiteſque acti Alpes verſus die, noctuque indefeſſo curſu proficiſcebantur, & Heluetij, Venetique extremum abeuntium agmen continua inſectatione carpebant: ad Ticinumque vrbem Gallus perueniens portas, męniaq; pręſidijs firmauit. appropinquantes poſtea Venetum, & Heluetium expectare nolluit, relictaq; vrbe per auerſam portam rapto agmine abijt: ſubſecuti autem paulopoſt inſtructa ad dimicandum acie noſtri Ticinum ab hoſtę deſtitutum occupant, vbi ſeptẽ Currulia vaſtę magnitudinis tormenta in ſuam redigunt poteſtatem, & fugax Gallus nuſquàm ſubſiſtẽs ad Alpes poſt multã ſuorum cędem ęgre peruenit, quibus ſuperatis ſemilacero exercitu in Gallias tandem tranſijt, Et Veneti fugato hoſte ad Brixiam, Bergomum, & Cremam vrbes recipiendas in Cænomanos expeditionem parabant, quã Heluetij turbare ex ſimultate nuper orta conati ſunt, auaraq; gẽs magnam pecuniarum quantitatem à Venetis expoſcebat, atq; vt emolirẽtur eorum animi, pecunia ſoluta eſt, quę ad octo aureorum nummum millia ſummam aſcendit: Diſiunctis poſtea caſtris, ac Heluetio relicto, Venetus Brixiam verſus flexit iter, propiuſque ad vrbem ſigna admouit: ac męnia tormentis ad portam Sancti Ioãnis die, noctuq; quati cęperunt, iiſq; euerſis, nouum aggerem hoſtis ſtatim erigebat, Venetiq; machinarũ, ac telorum multitudine plurimum lædebãtur, ceſſatũq; eſt, per aliquot dies ab oppugnatione. Interim Crema Benedicti Criuelli, fauore, qui Gallicæ cohortis in oppido præfectus erat. In Venetorũ poteſtatẽ rdijt, ad eiuſq; pręſidium ſtatim Laurentius Cerites, vir in armis clarus miſus eſt, Et Nicolaus. Peſareus prętor deligitur. Ipſe autẽ Criuellus ſummis honoribus, muneribuſq; exultus ampliſsima fidei ſuæ præmia retulit, & ad Heluetios ex tota Italia, exteriſq; Regibus legationes aduenere, quibus bellicoſę gentis ſocietas expetebatur, ad occupandum Mediolani Principatum, quem Maxi-

Rauenna capta, & direpta à Gallis.

Pont. metus.

Gallorũ fuga.

Venetorũ expeditio

Cremam Veneti recipiunt.

Criuelli præmia.

milianus Sforcia ex illuſtriſsima Galeatij,& Ludouici Proſapia ortus hære ditario iure ſibi merito vendicabat:Eum autem Germani,Hiſpanique inſatiabili dominandi cupidine ſibi ſocijs Heluetiorum armis aſciſſere tentabant:Atq; idem Francorum Rex moliebatur: At illi Badenſi cõcilio magno animo reiectis Regum poſtulatis Sforciam in ampliſsimo retinere Principatu armis ſtatuerunt: Et Hiſpani à Venetorum ſocietate alienati Germanis,Galliſque fauebant,Pontifex vero(vt erat mobili, vafroque ingenio)diuerſas partes ſequebatur. Interim Venetę copiæ circa Brixiam cõſedentes vrbem oppugnationibus præmebant: Catapultiſque,& baliſtis diu res acta in hoſtem,qui validiſsimis munimentis,latis foſsis,murorumque altitudine ſe continens,Venetorum conatibus impigre,egregieq; obſtitit,ſed quum omnis armorum vis inanis prorſus redderetur,per proditionem vrbis recipiendæ aliqua ſpes ſubito affulſit.vigiles enim magnis præmijs allecti portam Pilarum ſtatuta nocte Venetis aperire polliciti ſunt, fideque data agendæ rei tempus opportunum expectabatur, verum detectis inſidijs voto ſuo Veneti ſunt fruſtrati,inde obſidione, fameq; vrbem domare omne ſtudium impenſum: Galli iccirco in extremam neceſsitatem adducti Brixiam Hiſpanis,qui haud procul cum exercitu aberant, ne Veneti ea potirentur,habendam permiſere:Atq; horę vnius prope momẽto Hiſpanus id conſecutus eſt,quod tã longo tẽporis ſpacio ſummis laboribus,ingẽtiq; auri profuſione Venetus obtinere nõ potuit,agebatur& ſub id tẽpus Romę de pace per Pet. Landum Oratorẽ Venetũ cum Epiſcopo Gurgẽſi Cęſaris Legato:nec vtrinq; parti propoſitę cõditiones placebant: nã Veneti Vincẽtiã,& Veronã nũquã Cęſari tradere aſsẽſi ſunt,quas vrbes Germanus ſuas omnino facere cõtendebat. Hinc Pontifex Veneto iratus cũ Cęſare nouum fędus inijt,Hiſpanũq;& Britanũ Reges ad eandẽ cõfederationẽ hortabatur,quibus ex cauſis è Brixię obſidione Veneti caſtra amouere:Superatoq; Atheſi copiæ in Patauinũ agrũ traductę,& Gallico nomini Põtifex infeſtus cũctos Chriſtianos Principes in Trãſalpinã gentẽ cõcitabat.Heluetiorũq; auxilijs Maximilianus Sforcia Mediolani Principatu, eiectis Gallis,potitus eſt,excruciabaturq; interim vehementer Põtifex, ꝙ in bello Veneti,Germaniq; mutuis inuicẽ odijs perſeuerarent, quos paccatos maxime eſſe optabat,vt eorũ viribus Frãcorum arma cõtunderet, veteresq; iniurias & Bononię olim occupatę,& Genuæ libertatis opreſſæ vlciſceretur.domeſticis quoq;ſeditionibus Romę agitabatur,cũ Cardinales eũ plurimũ odiſſe,adminiſtrationẽ dãnare,ac de Põtificia illi dignitate abroganda plerunq; meditari,his Iulius Põtifex anxius curis in ęgritudinẽ incidit,qua paucis diebus & Graſſantis vi morbi,& męrore animi conſumptus interijt:Creatusq; eſt eius loco Cardinalis Medices Florẽtinus,qui Leonis x.appellationẽ ſuſcepit. Statimq; è conclaui egreſſus Petrum Bembum, & Iacobum Sadoletum viros doctiſsimos ſibi ab epiſtolis adſciuit. Decẽq;

Brixia Hiſpanis tradita.

Frã. Sforcia Med. Dux.

Iulii Pontif. mors.

Leo.x.Põtif. maxi.

ad

ad eum continuo Oratores amico Principi congratulatum publico nomine Patres miſere: Hi autem ex Senatorio ordine viri ſelectiſsimi, ampliſsimique fuerunt. Domi. Triuiſanus Eques, & Procurator, Georg. Piſo Eques, Leon. Mocenicus, Chriſt. Maurus, Paulus Capellius Eques, Pet. Balbi, Georg. Hemus Eques, Hieronymus Contarenus, Pet. Landus, & Marinus Georgius Philoſophus, quos vniuerſo ferè populo Romano obuiam effuſo. Pontifex lætanter, honorificeque excepit. Inde ille nouam Eccleſiæ adminiſtrationem adeptus Italiam, primum Barbarica ſeruitute liberare magno ſtudio curauit: conatuſque eſt preterea Venetos, Inſubres, Florentinos, & Heluetios, in fœdus ſecum trahere: vt horum præpotentium populorum opibus Italiæ ſtatus paccatior redderetur: Sed Veneti iam antea Iulij Pontificis, Maximilianique Cęſaris iniurijs nimium exacerbati apud Bleſſum ciuitatem per And. Grittum cum Rege Gallorum ſocietatem contraxerant: dimiſsique ſtatim ſunt, Barth. Liuianus, Andreas Grittus, & Anto. Iuſtinianus, qui in captiuitate diu Pariſijs detenti fuerant: demandaruntq; continuo Veneti Liuiano ex Gallia reuerſo copiarum ſuarum Imperium: expeditionemque ille ſtatim in Veronenſes ſuſcepit: & ex altera parte Galli profectionem cum validiſsimo exercitu in Italiam parabant: Quo temporis ſpacio Liuianus Vallegium, Piſcheriamque recepit: Cremona quoque in Venetorum poteſtatem veniſſet. niſi vrbem Mediolanenſes valido ſtatim peditatus præſidio firmaſſent: Brixia tamen pręter arcem capta eſt, mox Galli cum ſexdecim armatorum millibus Alpibus incredibili celeritate ſuperatis ſub Tramuliæ Ducis Imperio in Italiam deſcenderunt. Nouariaq; ab his circũſeſſa, atq; oppugnata, vbi Sforcia Dux cũ quattuor Heluetiorum millibus pręſidio aderat, Et Hiſpani cũ validis copijs ad Placentiam conſederãt, ſtudebantque Padum ad Trebiam ponte iungere, vt cum Heluetijs amica conſocierent arma. Veneti contra totis viribus obſtare, ne vtraq; caſtra coniungerentur. Poſtea noua Heluetiorum manus alio itinere in Nouariæ fines prorupit, ſtructaq; acie, ad ſuos obſidione leuandos haud procul ab hoſtiũ vallo conſedit, ac pugna primũ leuiter vtrinq; inchoata atrox poſtea, crudeliſq; exarſit, diuq;, et acriter circa tormenta bellica dimicatum eſt, quę Gallo adimere ferox Heluetius contendebat: multi autem cecidere, dum ea Galli fortiter tuentur, mox ex Nouaria erumpẽte Heluetiorum Phalange, vt ſocijs illi laborãtibus opem ferrent, repreſſus eſt Gallorum impetus, cędeſq; eorum ingens ędita, rettulitq; Heluetius victor ex Gallis opima ſpolia, ſignaque adempta in vrbem: qua Regij exercitus clade Veneti permoti retro caſtra ad Atheſim (relicta Brixia) rettulere, atq; in redditu Leniacum oppidum Liuianus recepit: Veronaq; admotis ſignis tentata, terroreq; & fuga mortalium ciuitas, agriq; impleti, variante autem bellicæ rei fortunã. Dũ Hiſpani, Heluetijq; coniunctis copijs in Venetos feruntur: Piſcheriã, & Leniacum illi iterum cum toto Poleſsino re-

Orat. ad Pontif.

Fœdus cũ R. Gallorum.

Liui. cop. Imper.

Att. Gallorũ cædẽ

cipiunt: itaq; qui pauloante Brixiam expugnare, Veronam armis aggredi, auſi fuerunt: Pataui, Taruiſijq; mœnibus incluſi, vix hoſtium impetū ſuſtinere potuerunt: In vtrasq; enim vrbes Venetus ſe recipiens ambas cōtinuo pręſidijs, armis, commeatibus muniendas curauit, Liuiannsq; ad Pataui, & Baleonus ad Taruiſij cuſtodiā ſunt profecti, interim Hiſpani cum Heluetijs Montagnanam acceſſere: & Germani Vincentiam, oppidaq; vtraq; armis hoſtes occuparunt: Ad Patauiumq; inde coniunctis exercitibus itum vrbemq; ad Baſſanelli portam hoſtis muralibus tormentis quatere cępit: Sed ciuitas egregie munita militibus, propugnaculis, caſtellis, aggeribus, inexpugnabilis, tutaq; ab hoſtium armis reddebatur, erūpētesq; ex vrbe quotidie equites proſpero marte in aduerſa agmina depugnabant, tormentorum quoq; ferrei Globi creberrime in caſtra cōuolantes fœdā hoſtium ędebant ſtragem: quo facto ſoluta illi ſtatim obſidione retro ad flumen Bachilionē octo ferè millia paſſuum ab vrbe caſtra rettulerunt: Indeq; Vincētiā ſub ſignis ſunt progreſsi, extremūq; abeuntium agmen Veneti equites procurſantes vſq; ad portas vrbis occidione, vulneribusq; inſequuntur: Et circa Bergomū, Cremamq; res proſpere à Venetis gerebatur: nam Laurentius

Lau. Cęr. virtus.

Cerites vir pugnax, & manu prōptus egregie in hoſtem ſępe decertauit: è Crema enim erūpens vbi cum duobus delectorum peditū millibus ſtationem habebat, multas clades Hiſpano, Inſubriq; intulit, qui oppidum ſocijs armis obſidebant, ac prӕterquàm plurimos ex hoſtibus circa Cremӕ mœnia vel trucidatos, vel oppreſſos, Bergomum Cerites ſilentio profectus vrbem ſubito cępit, vnde Hiſpanis cęſis, fugatisq;, decē aureorum nummum milia abſtulit, atq; inter milites opulētam prędam eſt ӕqua portione partitus, immunitam poſtea vrbē Bergomū Hiſpani recepere: obſidebatur aūt ſummis armorum conatibus Crema à Sforciӕ Ducibus Syluio Sabello, & Cӕſare Feramuſca, aderat & Proſperus Colūna Ferdinandi Regis Hiſpanię nomine, cum validis copijs: oppidūq; ab his ſępe acerrime oppugnatū. ac contra magna virtute à Veneto defenſum, erūpebant enim armatę acies vſq; in inimica caſtra. Ducē ſuum bellatorem inſignē ſecutӕ: magnaq; hoſtiū ędita cędevictor Venetus in oppidū reuertebatur: nec ſemel id accidit, ſed quoad in obſidione hoſtes perſeuerarunt: Sēper cū cęde, & ignominia à mœnibus ſunt repulſi: qui demum ſiti, ӕſtuq; fatigati, cladibusque innumeris affecti, ab obſidione inexpugnabilis oppidi receſſerūt: At Hiſpani, Germaniq; eductis è Vincētia, & Verona copijs, nouā expeditionē in Venetos Duce Cardonio pararunt, motis enim repēte in Patauinum agrum caſtris fœdiſsime eum depopulati ſunt: Inde ferro, flammaq; Graſſatum, miſerabili omniū pernicie, & in ſacra quoq; crudeles manus iniectę: expilabanturq; ea, & profana ſimul pari ſcelere, nec non libidine, auaritiaq; Barbara gens obcęcata in omne facinus militari licentia prorūpebat, ac prӕter hęc conſtuprationes, raptuſq; virginū, cӕdesq; ſenū, & puerorū, nulla ętatis, cōditionis,

Bergomū captum.

Crema obſidione liberatur.

Nota hoſtium ſeuitiem.

nis,perſonarũue habita ratione,nefarie commiſſe,furorque bellicus ad Meſtrã vſq; peruaſit,oppidũq; miſerabiliter & direptũ,& inceſũ,magna incolentium clade:& Troilus Sabellus ex inſito in Venetum nomen odio cum Germanico equitatu ad Mergariam vicum ſe contulit, vnde modico ſtagnorum interuallo Veneta vrbs conſpici poteſt:in eamq; hoſtis ferox bellica tormenta diſplodi iuſsit,telaque in oppoſitos fluctus cõtorta: loco poſtea Lacefucina incenſo,per quem artificioſo opere è Medoaco flumine in Aeſtuaria hinc,inde tranſportantur nauigia:ad ſuos Sabellus in caſtra redijt: perterritis itaque omnibus,fuga, emigratioque ex agris in vrbes paſſim facta eſt.Tot vero iniurijs laceſsitus Liuianus eas armis vlciſci ſupra modum exardebat:impuneque Germanum,ac Hiſpanum furenti agmine Venetos fines deprædatos fuiſſe indignabatur.Itaque vt iniuriam vlciſceretur,copias vndique celeriter cõtrahit,tormẽta curulia diſponit,ac quinque dierum cibaria parat.Scribenſque ad Senatum nũciat, ſe ſtatuiſſe iunctis cum Baleono gubernatore,& Gritto Legato copijs, è Patauio egredi, & in hoſtem ire,certa ea ſpe,vt victoriam reportaret: quando inſtructiſsimum exercitum haberet:ac vindictæ cupidum:ſe quidem haud ferre poſſe.In Veneti,ac Italici nominis contemptum,hoſtem impune vagari, deprędari,ferro,flammiſque omnia euertere,approbato Liuiani conſilio. Senatus ad eum reſcripſit:quando ſibi Imperatoris artes optime callenti, ita facere viſum eſt:exercitum Dijs bene iuuantibus ſub ſignis educat:nec niſi omnibus prius mature pręuiſis, cum hoſte confligat: memorque interim ipſe præteritarum cladium nil temere agat:quum ab illa die Reip. totiusq; Italiæ Salus penderet:hæc vbi Liuianus percepit,ſtatim patenti ad Pratum vallis campo.Sacra in exercitus conſpectu ſummo mane celebrari iuſsit: quibus rite peractis:inſtructa de hinc ad dimicandum acie Patauio egreditur, & ad Liminum octo millia paſſuum ab vrbe prima caſtra fecit:Hoſtis vero fine depopulandi facto,quam cautiſsime poterat.Venetorum occurſum euitabat:iterque accelerans Medoacum fluuium ad Cittadellam ſuperare contendit:vbi Venetus antea pontes perruperat:ad impendiẽdum hoſti tranſitum:lintreſque omnes à fluminis ripis vel abſtulit,vel incendit: quo factum eſt:vt hoſtes deſperato hoc in loco tranſitu,ad ſuperiorẽ Medoaci partem circa villam Fontanellam ſunt delati: vadoque ibi reperto, flumen tranare tentarunt.Sed conſpectis in aduerſa ripa tormentis bellicis,magnaque ſagittariorum manu,Liuiani iuſſu ad impediendum tranſitum illuc profecta,aliò Hiſpanus flexit iter: edoctuſque à peritis regionis ſupra tria millia paſſuum ad nouam crucem vado in vlteriorẽ ripam trãſgreditur:ac inde citato curſu fugienti ſimilis Vincentiam verſus cõtendit: Liuianus autem vt aſpera,impeditaque loca hoſti aſtrueret:omnia itinera magnis arborum trũcis,ſaxorumque,ac glebarum obijcibus per obliquum conſtitutis vndique dudum obſepſerat:tormentaque certis locis diſpoſuit:

Meſtrũ ab hoſte captũ,& incenſum.

Hoſtium vſque ad ſtagna excurſiones.

No. Liuiani literas ad Senatum.

Reſpõſũ.

Hoſtes brẽtã ſuperãt

Not. itinera obſepta.

& ad Bachilionem ipſe fluuiũ quadrato agmine progreſſus. Quod ad Medoacum facere non potuit. Hic opportunius trãſitum impedire cogitauit. quo facto, quum certam prȩlij capeſſendi cũ hoſte iam propinquo neceſſitatem animaduerteret: conuocata concione ita apud milites locutus fertur: Et ſi huius ampliſsimæ Reip. ſtipendia ſequuti fortiſsimi commilitones mecum hactenus grauia, acerbaque perpeſsi eſtis, tempus tamen præſens illud (ni fallor) aduenisse video, quo finem calamitates noſtræ habebunt: Venetaque res in priſtinam dignitatem reſtituetur, deleto enim hoſtium exercitu, qui tam temere in Venetos fines prædabundus irrupit: omnia continuo in Italia paccata erunt, & quæ nam delendi hoſtis, reparandique Imperij occaſio maior vnquam nobis ſe ſe obtulit? ecce Veterano peditatu, catafractoque equite abundamus, totque in his caſtris ductores armis, fideque inſignes adſunt, contra hoſtes fame, illuuie, ſqualore enecti, laſsitudine, peruigilioque afflicti, vix firmo cõſiſtunt veſtigio, accedit quoque morum, linguarumque diuerſitas, in Germana, Hiſpana, & Italica gente, verſique in fugam iam illi ad montium radices, ad fluminum ripas tanquam ad latebras nullo ordine, nullo Imperio trepidanti agmine ad properant: prælium apertis campis detractantes: in hos, vt ſigna fortiſsimi commilitones inferratis, vos duco: ipſosque, ſi priſtinæ virtutis memores eritis, non dubito, quin facile primo concurſu debelletis: ad vlciſcendas præterea tot iniurias iuſta ira vos moueat: fumant adhuc villæ, templa, ædes, quas crudelis hoſtis ſacrilega manu incendit, adſuntque ob oculos deprædationes, raptus, faces, funera, aliaque inhumana geſta, ab impia gente commiſſa. Sed in vltrices acies illa incidet: luetque meritas ſcelerum ſuorũ pennas, dum reditum parat, armis enim omnia obſepta ſunt itinera, præſidia vndique diſpoſita. Itaque vel ferro, vel fame cadendum hoſti eſt, niſi fortuna votis noſtris adhuc infenſa aduerſatur: illud vero iure Imperij vobis milites præcipio, cauete, ne quiſquam ex hoſtibus è prȩlio euadat, omnes ferro contrucidate. Idem in vos illi (ſi vincent) quod abſit, facturi ſunt: ferrum, furor, vis ſæuiet, nulla ab effera gente pietas, nulla clementia eſt expectanda: animos truces, manus rapaces, ſuperba Imperia intueor: teſtis Patauinus ager crudeliter deuaſtatus, teſtis Meſtrina clades. Qua inſigne oppidum incenſum, deſolatumque nunc miſerabiliter iacet: quid præterea audacem illum ad Aeſtuaria in Venetȩ vrbis contumeliam acceſſum memorem? è machiniſque, ac tormentis bellicis in eam excuſſos lapides? vltũ igitur tot iniurias, in ſæuiſsimum hoſtem ſigna inferamus. Hũc intrepide aggredimini, fortiſsimi commilitones, curateque pro fide, ac virtute veſtra ſtrennuam operam hoc in prælio nauare: vobis quidem omnis præda ſit. Imperatori veſtro ſola ea fortuna, qua ex victo hoſte quieta Italia reddatur, & Venetus amiſſum recipiat Imperium: quod facile eueniet: ſi virtus in vobis, fideſque ardens, ac viuax aderit: ſi egregiam, fortemque in acie operam

Liuiani oratio.

Nota.

operam prǽſtabitis:pugnandum eſt etenim acriter,ſequendaq́ue veſtri ducis Imperia,atque vtinam Abduano illo prælio me milites, bellatoresq́ue cæteri imitati fuiſſent. Primus ego(nec hæc gloriabundus,elationeq́ue animi iactanter commemoro)in Gallicam aciem incurrens hoſtē loco ſummoui,profligatumq́ue omnino fudiſſem,ſi reliqui ductores præliū capeſſentes in aduerſam hoſtium aciem impetum feciſſent.Sed illis infido animo ceſſantibus.Grauis clades accepta eſt: & me ſaucium, captiuumq́ue in Galliam hoſtes abduxere:vnde poſtliminio reuerſum his copijs me Venetus Senatus præfecit:quibus in hunc locum delatus, victoriam vobis certam ſpondeo:hoſtem enim mōtibus,fluminibus, obſeptisq́; itineribus,incluſum habemus,coniectusq́ue ille iam in fugā latibula trepidanter quęrit. rei quoque frumentariæ anguſtijs,& annonę caritate premitur, quare (niſi aliter fata ſtatuere)vicimus milites,vos dij immortales,qui impietatis vindices ſemper fuiſtis.Fędifragum,immanemq́ue hoſtem permittite, hodie Conteramus, vt & Venetum collapſum erigatur Imperium,&Italiæ libertas veſtro auxilio per nos in perpetuum ſeruetur:hæc vbi Liuianus affatus eſt:prælium ab omnibus militari acclamatione efflagitatum. Ipſéque ſtatim motis ſignis in hoſtem armatas acies duxit:Epyrrothæ autem equites aſsiduo incurſu Hiſpanum montana petentem premebant:eumq́ue iuxta vſque Vincentiam carpēdo inſectati ſunt:fatigatusq́ue hoſtis tandem ad vlmum pagum conſedit:indeq́ue Veronam verſus proficiſcēs itinera impeditiſsima offendit:armatæ quoque Venetę ſagittariorum, funditorūq́; cohortes illuc progreſſæ haud procul aberant cum tormētis currulibus, ad impediendam hoſtium tranſitionem. Illi vero quum iam adueſperaſceret,caſtra eo loco firmarunt,noctemq́ue terroris plenam habuere : dum à tergo,à fronte,à latere,crebris Bōbardarum,ſclopetorumq́ue ictibus à Veneto petuntur,telaq́ue,ac miſsilia omnis generis tanto numero volitabāt, vt pedites metu vulnerum omnes proſtratis corporibus humi extenſi iacerent:equites vero poſt arbores, ſentes, & virgulta, ac humiliora loca ſe ſe occultarent.Inſomnemq́ue noctem,formidoloſamq́; totus exercitus egit: commeatus ad hæc pennuria acceſsit,rerumq́ue omnium inopia,cōſumptaq́ue re frumentaria ſolis iumentorum carnibus iam biduo milites veſcebantur,miſerabilisq́ue neceſsitas ingruerat,ac de ſumma rerū vltima prope deſperatio:quare primo mane Cardonius Imperator cōuocatis ducibus.Columnio,Sabello,Dаualo,Iauadeo,Alarcone,quid agendum eſſet. In tantis rerum anguſtijs inter ſe conſultarunt,pluribusq́ue dictis ſentētijs, tandem ea vicit,vt omiſſo cœpto itinere,retro Baſſanum verſus dextrorſum caſtra mouerentur:eo conſilio,vt Liuianus natura ferox, ac pugnę auidus in æquum ad confligendum deduceretur : vbi tentata prælij fortuna, quum inconſulte,temereq́ue omnia ageret,facile vinci poſſet:quòd ſi forte pūgna abſtineret:tum illi dimiſſa Vincentia, per Tridentinos montes inuito

Ars belli- cam Liuiani operā.

Not. honeſtiā anguſtias.

Hoſtium cōſilium.

inuito Liuiano cũ incolumi exercitu Veronam reuerterentur: huiuſcemodi approbata ſententia. Statim eadem hora Cardonius caſtra mouit, commutatiſque ordinibus retro agmina incedere cœperunt. Quod vbi Liuianus cognouit, immoderato (vt erat) pugnãdi deſiderio, ſigna extemplo canere iuſsit. Hoſtemque incompoſito agmine prope amens inſequitur: at ille ſtructa acie incedens, ad creatium ignobilem in agro Vicẽtino pagum cõſedit: nullam dimicandi moram facturus, ſi à Veneto laceſsitus eſſet, interim Liuianus cum omnibus copijs appropinquãs in hoſtem ferociter ibat, erat autem in medio creatij loco planicies ſatis ampla, & collibus, fere ab omni parte cincta: habebat & profundam vallem, vepribusque, & dumetis plenam, paruoque riuo irriguam. Huc igitur vterque exercitus inſtructa ad dimicandum acie proceſsit. Sed prior Liuianus præmiſſo equitatu, ac tribus ęneis machinis, in hoſtem ferociter vadit: excepereque irruentem Venetum impauido animo cathafracti Hiſpanorum, Germanorumq; equites, concionabundusque proſperus hos in prælium accẽdebat, ac primo cõgreſſu facile Veneta equeſtris ala repellitur, tũ Liuianus iam collatis vtrinque ſignis, certamineque iniecto, Baleonum à dextro cornu cum peditum robore in hoſtium latus immittit, procurritque à lęua eodem impetu Antonius pius. At conuerſi hoſtes (quod tantopere expetierant) prælium capeſſunt, pugnaque oritur ſtatim vtrinque atrox, ac confuſa, quum pedites, equiteſque immixti nullo ordine pugnarent, tantus autem fuit Venetorũ equitum grauis armaturæ impetus, vt ad ſigna vſque Germanus, Hiſpanusque bellatores loco ſummoti trepide refugerint. Poſtea ſubſidio ſuis Sabello, & Alarcone aduenıẽtibus, ęquata eſt in hoc loco pugna, certabaturque acerbiſsimis vtrinque odijs, norant autem hoſtes crudelem, efferatumque Liuiani animum, cui ſi victoria contingeret, ferro omnes eius iuſſu æque caſuri eſſent: proinde Hiſpani, Germaniquę acerrime dimicabãt: præoptantes potius in acie pugnando mori, quàm victi, captique indecora cæde extingui: hinc Liuianus in Barbaram gentem odio ardens, quæ tot annis Italiam belli clade afflixerat. Venetamque nuper rem ad Meſtrã pene euerterat. Hoſtem totis viribus debellare nitebatur: atque huc, & illuc circa acies curſitans, & Imperatoris, & militis munus obibat, tantaque eius fuit ferocia, vt ſummotus loco hoſtilis equitatus ceſſerit, interimiturq; circa ſigna Corneus Hiſpanus cum filio adoleſcente. Hęc intuiti Cardonius, & Columna in primam aciem prouolant, & quid inquiunt, milites Venetum toties à nobis victum timetis? exclamanteſque eodem momento Daualum Hiſpanum, & Iauadeum Germanum tribunos fortiſsimos cũ ſubſidiarijs legionibus iubent in mediam Venetorum aciem irrumpere, horum tantus fuit impetus, vt cohors Babonis Breſegelli vix conſpectis ſignis terga hoſti turpiter verterit: duxque ipſe author fugæ primus extitit, cæteri vero concepto timore ex Babonis fuga, qui vir omnium fortiſsimus in Veneto

No. Liuiani temeritatem.

Prælĩ ad creatium.

Liuiani bellicus ardor.

Cardoni᷒ Colũna.

Babonis fuga.

neto exercitu habebatur, pedem referunt, tum hoſtis Duce Alarcone viro impigro in turbatam aciem impetum facit, cæduntur*q;* plurimi ab Hiſpanis, & plerique metu acti ſigna deſerunt, alij trepidant, nõnulli effugiunt, reſiſtere tamen re iam propemodum inclinata militaris decoris non obliti aliquot fortiſsimi ductores, pugnamque ſæpe reparare, Liuiano vbique accurrente, adhortanteque, conati ſunt: verum deiecto Imperatorio vexillo, obtruncatoque. M. Antonio Montano, qui illud equo vectus alte ſublatum geſtabat, terror omnes cœpit: Inde aperta fit fuga, ac equitum, peditumque ingens cædes oritur, profligaturque tandem Venetus fęda clade exercitus: nam ſupra quattuor armatorum millia deſiderata ſunt: Occubuereque contrucidati in acie pugnando hi clari nominis viri, Sacromorus Inſuber, Hermes Bentiuolus, Ioannes Allecius, Seraphinus Callia, Alphonſus Mutius, Ioannes Baptiſta Dottus, Philippus Carſeolus, Hannibal Simonius, & Franciſcus Saxatellus, alij autem ad Bachilionem delati ſe ſe in flumen metu hoſtium inſequentium proiecere, vndiſque ſunt ad vnum abſorpti, in quibus fuit Antonius Pius Ductor clarus, factiſque armorum in Veneto exercitu illuſtris, multique ad montes profecti vitam ſeruarunt. At Conſtantius Pius Antonij filius, Meleager Forliuienſis, & Carolus Montonius, clariſsimi bellatores poſt diſsipatum exercitum media fuga oppreſsi ab hoſtium equitatu circa Vincentiam interficiuntur: & ex Legatis Andreas Lauredanus cum captiuus traheretur, orta inter Hiſpanos, & Germanos controuerſia, cuius ille eſſet poteſtatis, ſtans in medio armatorum à temerario milite iugulatur, Alter Legatus Andreas Grittus veloci equò Vincentiam profugit, Catharactaque ſtatim demiſſa vix in vrbem per portulam exceptus eſt, Liuianus autem Imperator cum paucis equitibus ad Bachilionem contendens magno vitæ periculo rapaciſſimum flumen tranauit, Patauiumque Deos incuſans ſe recepit, capiturque ab hoſte Ioannes Paulus Baleonus, ac plerique alij cum eo viri illuſtres: venere & in victoris poteſtatem tormenta currulia, Caſtrenſia impedimenta, ac ſigna militaria, Cumuli armorum, Sarcinæ, atque Vtenſilia ablata, & quod luctuoſius eſt, campi Cadaueribus, & ſanguine oppleti. In hac autem hoſtiũ victoria mittis Italus, Hiſpanus*q;*, contra Germani efferatiſsimi fuere: hi enim Cadubrinæ cladis memores in Venetos milites (quicunque in ſuam venere poteſtatem) inhumana crudelitate ſæuierunt: Fertur Proſperus Columna Italici nominis ſtudioſus (licet Hiſpanum mereret ſtipendium) per Alexandrum Bigolinum familiarem, contubernalemque ſuum, Liuianum pauloante monuiſſe, cuius præproperum in bello norat ingenium, vt prælio abſtineret, quum prorſus ſi in aciem deſcenderet, cladem ingentem eſſet aditurus, Sed ille Proſperi monita patuifaciens, quum exiſtimaret, hæc ab eo dici, ad remorandos futuri prælij ſucceſſus, in cladem hanc inexpectatam incidit, quæ

Liuianus profligat.

Not. fortium virorum cædem

Ductores cæh.

And. Lauredani interitus.

Liuiani diſcrimen.

Ioan. Paulus Baleonus captus.

Not. Proſperi monita.

Venetijs obnunciata ingenti ciuitatem mœrore affecit: ſtuporq́ue cœpit omnes, rei ita infęliciter geſtæ, quum victoria certa expectaretur: quam antea Liuianus Senatui ſæpe per literas conſtanter ſpoponderat, Et ſanè niſi tam temere ad pugnam properatum eſſe, hoſtis fame domitus ſub iugum veniſſet, memorabilemq́ue eo die Venetus victoriam reportaſſet, ſed immutabili fatorum ſerie res præter humanam opinionem contingunt. non tamen Patres aduerſa fortuna agitati à ſolita fortitudine animi reciſſere, curaruntq́; ſtatim vrbes Patauium, & Taruiſium, validiſsimis munire præſidijs, ad quarum oppugnationem hoſtes tanta parta victoria accedere videbantur, ſed Proſperi conſilium ſequuti (qui quantum poterat) rem Venetam caute iuuabat. inſtante etiam iam hyeme, Veronã, Vincentiamq́; in hyberna conceſſere. In vernũq́; tempus expeditiones dilatę armorũq́; iſta vacatione aliqua ſecuta eſt in Venetis rebus tranquillitas, veris poſtea initio Proſperus Mediolanum à Sforcia Duce accerſitus ſe contulit, a quo inſtructas copias accepit, & cum ijs ad Cremam rurſus oppugnã dam ire eſt iuſſus, ſed oppido ſitu, & arte egregie munito, nulla hoſtium vis nocuit, diu tamen circa męnia infeſta arma hæſere, leuiaq́; multa ab erumpentibus in Columnenſes prælia commiſſa: eaq́; Laurentij Cerinatis ſummi ducis virtute Venetis ſemper proſpera fuerunt, demum, vt alias contingit, ſoluta eſt ab hoſte obſidio, liberaturq́; oppidum Reip. fidiſsimum. Ac ſub idem ferè tempus Hiſpani, Germaniq́ue ſocijs viribus è Vincentia in proximum agrum erumpentes ad Patauij vſque portas pędabundi obequitabant: fœdaq́; incendia, rapinæ, excurſiones ab his factæ: ad quas repellendas promptiſsima equitum ſubſidia ſtatim aderant; tumultuariaq́; varijs fortunæ motibus ex occaſione prælia committebantur, Ac nil temere poſt cladem ad Vincentiam Venetus egit, quum ad eam diem præpropere, ardentiaq́ue ducum ingenia rei Venetæ plurimum in bello obfuiſſent: Interim Romę Pontifex Leo Petrum Landum oratorem Venetum ſæpe hortabatur, ad Pacem Senatus nomine cum Cæſare ineundam: vt bello in Italia inter eos finis tandem imponeretur, Pollicebaturq́; Pontifex ſe omnia ex dignitate Reip. facturum, ſi cauſam integrã Veneti arbitrio ſuo permitterent: At illi Vincentiam, & Veronam Cæſari tradere (vt aliàs) cõſtantiſsime recuſabant, obtinuit tamen Pontificia authoritate Leo, vt arma eo vſq; vtrinq; in ſuſpenſo eſſent, donec pacis actio aliquo modo diſcuteretur. Quo temporis ſpacio Maranum oppidum ad littus maris noſtri poſitum (cui Alexander Marcellus præerat) nefaria proditione furtim ab hoſte occupatur, res autem ſic acta eſt, vtebatur Marcellus Bartholo loci Sacerdote familiariſsime: is atrox facinus aggreſſus Germanis oppidum prodendi conſilium tacite cœpit, ad Marcellumque accedens (vt erat venandi ſtudio inſignis) ſimulanter petijt, dari ſibi claues portarum, vt ſummo mane oppido ad ſolitam venationem eggrederetur: illle fraudem

Cremę recens obſidio.

Pet. Landus.

Marani amiſsio.

Not. ſacerdotis proditionem.

abeſſe credens. claues petenti amico tradit. At Sacerdos perfidus ſtatim in albeſcente cęlo portulam aperit, atq; vt conſtitutum cum hoſte fuerat, triginta Pollonos equites Duce Chriſtophoro Frangipane in oppidum introducit. alia quoque Germanorum manu, quæ in proximo delituerat, Accurrente, vigiles cæduntur, atq; oppidum capitur, Marcellusq; in hoſtium poteſtatem venit, Marano fraude occupato, Veneti ſtatim ad oppidum recipiendum terra, mariq; copias contrahunt, quibus Balthaſar Scipionius, & Hieronymus Saurognanus viri acres, impigriq; præficiuntur, Et vt mari quoque res gereretur, Franciſcus Muſtius homo nauali ſtudio clarus cū claſſe duarum triremium, minorumq; lintrium affuit, oppidumq; terra, & mari omnes ferociter aggreſsi ſunt, difficilis autē oppugnatio reddebatur: propter loci ſitum, quum paludibus, humilioribuſque aquis ille ab omni ſere parte alluatur, intrepide tamen Venetus muros terra, mariq; ſubijt, admotisq; ſcalis nonnulli ex militibus, & nautis in ſummum euaſerunt, quos ſi cęteri eodem animi ardore ſecuti fuiſſent, oppidum facile recipi poterat, verum dum illi ſoli, paucique mœnia tenent, hoſtes ſubito coorti eò accurrunt, Venetuſque locum deſerere cogitur, & ad claſſem ſe trepide recipere, quæ penè omnis aquarum refluxu in ſicco hæſerat, quod vbi hoſtis animaduertit, non omittendam tantam benegerēdę rei occaſionem ratus, oppido ſtatim magno impetu erumpit, claſſemque, & caſtra vno tempore aggreditur, cæſisque plurimis, rem vtrobique fœliciter geſsit. Capiturque triremis in Salo deſtituta, tormenta quoque hoſtis, ſignaque aliquot militaria Venetis ademit: Et quum ingentes ex Germania copiæ ad oppidi ſubſidium aduentare dicerentur, recenti ad hæc clade quum omnium animi turbati eſſent: terra, marique ab obſidione receſſum: Venitq; paucos poſt dies in Venetorum poteſtatem Bartholus loci proditor omnium nequiſſimus, de quo Venetijs meritum ſumptum eſt ſupplicium, nam reſte inter geminas columnas ad pedem alterum ſuſpenſus, lapidibusque à cuncto populo petitus, miſerabiliter perijt. Atque eodem tempore de ſecunda vigilia in Riualto celeberrima vrbis regione, incendium ingens, fędumque ortum eſt: Boreaque vehementiſsime proflante, adeo latius ſerpere cœpit, vt omnia horæ ferè momento Aedificia impetuoſa, rapacique flamma conflagrauerint. arſereque pannorum porticus, tabernæ argentariæ, Nummulariorum menſæ, Atrium quæſtorium: euagatusque eſt vſque iuxta Apollinaris templum irreparabilis ignis: ac fœdam pulcherrimarū Aedium ſtragem ædidit: ſtetit autem Diui Iacobi templum ope fauentis Numinis inter craſſantes Flammas intactum. Ambuſtiſque tantum parietibus incendij vis circa Sacrā ædē miraculoſe elanguit, cætera publica, priuataq; ædificia crudeli igni correpta, abſumptaque corruere, nocteque, ac die vſque ad alteram lucem continuatum incendium fuit: Quod ſæuiens nequaquàm adhuc reſediſſet, niſi demolitis ſtatim proximis domibus

Marani oppugnatio.

Triremis ab hoſte capta.

Sacerdotis ſupplicium.

Not. Riualti incēdium.

Att. Miraculum.

libero campo exitialem flamma curſum ſuum firmaſſet, memini adoleſcẽs ad locum incendij ſpectandi gratia acceſsiſſe, tum miſerabilem cladẽ, expateſcentemque incenſarum ædium ruinam intuitus, ingentẽ animo mœrorem concepi, iacebant proſtratę voraci flamma ſpecioſæ ædium ſtructuræ. Molesque diſiectę deformem late loci faciem reddebant, fumusque, ac fauillæ ex ruderum cumulis in ſummum voluebãtur, hinc ruinas, illinc ſemidiruta videbam ædificia. Ardentes alio loco trabes, alio columnas, fornices, arcus collapſos, ac cineribus, igneque omnia inuoluta. In ipſis autem flammis Gemmę, Aurum, Argentum, ebur, aliaque precioſa ornamẽta interfulgebant: quę nefarię, auaræque manus ſub auxilij ferendi ſpecie ab incendio extrahere, ac ſurripere tentarunt: multaque illis diebus furta commiſſa. In fortunasque alienas impetus factus, dum omnium mentes fuga, pauorque occupat: ad ducenta autem aureorum nummum millia in mercimonijs, alijsque rebus pręcioſis Riualtino hoc incendio publice, priuatimque ſunt deperdita: præter dirutas, incenſasque tot inſignes ędes, tot palatia collapſa, tot tecta euerſa: Poſt hanc domeſticam iacturã fortuna adhuc in miſerum Imperium ſæuiente, alia quoque foris clades acceſsit. nam hoſtium exercitus ex Veronenſi agro in Poleſsinum profectus Rodigiũ, & Ateſte diripit. Inde in Forumiulium tranſgreſſus cuncta illius terræ oppida præter Oſopium armis occupat: quod ferox hoſtis aggreſſus expugnare & illud tẽtauit, erat autem ibi ad cuſtodiam Hieronymus Saurognanus cum centum militum ſelectorum præſidio, ac equitum pari prope numero, vir fide ſingulari, qui oppidi liberum ex Senatus conſenſu dominiũ obtinebat: hoſtes igitur bellicis operibus circũ ſedentes in ſuam redigere poteſtatem conabantur: multisque oppugnationibus tentatum fuit: At oppidum inexpugnabili ſitu fundatum arcem munitiſsimã habet, in iugo prærupti montis. Qui triãgularem formam tenet, vbi ſaxum meridiem verſus cum ſex lateribus ingens erigitur. Mons autem tertiam arcis partem ad Septentrionem operit. Quarta, quæ vergit ad auſtrum portulam habet. Huc hoſtes tormenta currulia adducentes: arcem quatere cœperunt, magnaque murorum pars diſiecta procubuit, tum Saurognanus cũ delectis militibus occurrens in hoſtem vadit: eumque magna cęde loco deturbatum in caſtra vſque inſequitur: ab oppido poſtea, quum illud nulla vi capi poſſe videretur, ſoluta obſidione hoſtis diſceſsit: ſingularemque ob rem bene geſtam Saurognanus apud omnes laudem eſt adeptus. In patrumque conſcriptorum numerum ſolennibus comitijs admitti meruit. Oſopij autem conſeruatio totius poſtea patriæ recipiẽdæ cauſa fuit: interea Romæ (vt alias) apud Pontificem de pace cum Cæſare agebatur, à qua Veneti iam longo bello feſsi alienos haud multum animos habebant: Veronamque Cæſari relinquere pacis cupidi ſtatuerant. At ille Verona non contentus, & Vincentiam ſibi tradi poſtulabat, auferebaturque Veneto & Forumiulium.

Oſopii oppugnatio.

Saurognani virtus.

Quas

Quas conditiones vt iniquas,& parum honeſtas. Petrus Landus orator patrum nomine prorſus reiecit:quare Pōtifex cum Germanis excluſo Veneto fœdus ſtatim iniit:Senarumq́ue,& Lucæ vrbium Iulianum fratrē Principem inſtituit:poſt hæc Veneti copijs contractis ad Forumiulium recuperandum animum adiecerunt,ſtatimq́ue in eam Prouinciam Liuianus cū iuſta armatorum manu profectus ad Pordenoni oppugnationem caſtra contulit: erumpenteq́ue cum delectis equitibus ex oppido Rizano duce. In eum Malateſta Baleonus vir impiger,qui in primo agmine erat, impetum fecit:certatumq́ue eſt vtrinque acerrime,ac dubia diu pugna: & Malateſtę equitatus ſubſidio affuit,ſub cuius acceſſum Rizanus ore ſaucio à Malateſta equo deijcitur:captusq́ue eſt,tum hoſtis fuſus, fugatusq́; in oppidū trepide ſe recepit,admotaq́ue ſunt ſtatim à Liuiano mœnibus victricia ſigna,quibus conſpectis oppidani deditionem continuo fecerūt.Inde Oſopium verſus Venetus caſtra mouit,vbi Chriſtophorus Frangipanes cū Germanico equitatu conſederat: vt Oſopienſes infeſsis omnibus vijs fame domaret.Audito autem Liuiani ſubito acceſſu præ timore ne interciperetur, relictis poſt ſe aliquot ęneis machinis,grauioribusq́ue alijs impedimentis, per aſperos montes, niueq́ue alta oppletos, per inuias rupes, ac profundas valles in Germaniam tranſijt:& Liuianus fugato frāgipane Goritiā aggredi,oppugnareq́ue meditabatur:Aſt vbi nouas ab hoſte copias parari intellexit,oppidumq́ue valido munitum eſſe præſidio,nec per anni tempus arma tractare liceret,expeditio tum intermiſſa eſt. Patauiumq́ue copiæ ductæ,vixque Liuianus abierat.Quum Germani ſubito impetu Monfalconum negligenter à Veneto cuſtoditum occuparunt.Lateq́ue eorum furor per totam prouinciam effuſus grauiſsima damna intulit,tentatumq́ue eſt iterum Maranum,cuius expeditionis ductor fuit (vt antea) Hieronymus Saurognanus,qui illico cum copijs eò profectus rem circa oppidum ſtrennue geſsit.Diruiturq́ue tormentorum vi Sancti Ioannis propugnaculum, quod hoſtis tumultuario opere erexerat : tunc aditus Veneto apertus eſt, in oppidum facile irrumpendi, pugnaruntq́ue in primo agmine Saurognani bellatores acerrime.Sed extrema acies ſubſidio ſuis opportune non affuit:quare accurrente hoſtium multitudine,Venetus loco ſummouetur,in caſtraq́ue reuerſus paucis poſt diebus quum nihil ſedendo proficeret,obſidionem ſoluit. Ac ſub id tempus Chriſtophorus Frangipanes in inſidias præcipitatus à Venetis circa Glemonæ ſaltus capitur.In vrbemq́ue ſub cuſtodia adductus publico carcere occluditur,vir inquieti animi, & qui Venetam rem multis incommodis plerumq́ue affecerat:atque eandem fortunam Ioannes Vetturius Legatus nō multo poſt,ſimilemq́ue ſubijt caſum: nam dum haud procul ab Vtino incaute cum equitatu, pabulandi cauſa euagatur,in armatum hoſtium cuneum incidit:multumq́;, ac diu reluctās, in eorum tandem poteſtatem venit:captiuusq́ue in Germaniam abductus eſt:

Iul. Medicus.

Rizanus hoſtium Dux capitur.

Pordenonū Liuianus recipit.

Att. recentē Marani oppugnationē.

Criſt. Frāgipanes capitur.

Ioā. Vetturius capitur.

eſt: & ne prouincia ſine præſidio relinqueretur. In Vetturij locum Petrus Marcellus Legatus à Senatu creatur. Adiutorque ei ad res gerendas datur vulpenſis equitum præfectus vir bellandi peritia clarus, cuius poſtea ductu circa ciuitatem Auſtriæ res proſpere in hoſtem geſtæ ſunt, & ex altera parte Germani terra, mariq́ue ex Marano ſępius erumpentes Venetum grauiter infeſtabant: & Tiſanę locus ad liquentiæ oſtium in prædam ab iſ efferа barbarie actus. Hiſpani quoque eductis copijs in Venetos feruntur, caſtraque ad Cittadelam metati oppidum corona cingũt. Hic autem ad pręſidium erant, centuriones ſtrennui Bernardinus Antignolus, & Hannibal Lentius cum trecẽtis mercenarijs militibus, & hoſtes ſubito oppidum impetu aggrediuntur, primoq́ue armorũm conatu cum cęde à męnibus ſunt repulſi, redintegrata poſtea pugna Hiſpani pars per murorum ruinas, pars ſcalis admotis, in oppidum tranſcendunt: cecidereq́ue ex Venetis multi, & Antignolus, & Lentius capiuntur: ex Cittadela poſtmodum hoſtes digreſſi inter Montegaldum pagum, & Bachilionem fluuium caſtra poſuere, & Liuianus cum omnibus copijs è Pataiuo profectus ad Brentellas conſedit: pręliumq́ue præteritæ cladis memor detractabat, exercitum autem tuto loco haud procul à Medoaco flumine ſtatuit, erumpebant tamen frequẽter duce Mercurio Bua viro forti epyrrotici equites, qui in hoſtes illati apud Rus camiſanum rem proſpere in eos geſſere, & ne quid aduerſi inconſulta temeritate accideret, ad inſpiciendam caſtrorum formã à patribus Dominicus Triuiſanus, & Leonardus Mocenicus Senatores prudentia, & conſilio clari in caſtra miſſi ſunt, qui ad locum profecti militari opere ſuperbã molem erectam conſpexere: vbi tutiſſima aduerſus omnes hoſtium conatus Venetis ſtatio reddebatur, nam ab vna caſtrorum parte Medoacus fluuius pro munimento erat, ſuper quem duobus pontibus impoſitis ad mille, & quingenti ſcutati milites cuſtodiam eorum habebant. Ab altero latere foſſæ, vallumq́ue firmiſſimum conſtitutum, & à fronte agger, vbi cõplura ęnea tormenta miro ordine collocata erant, vt hoſtes ſummouerent, ſi caſtra forte ab his oppugnarentur: laudatumq́ue eſt à Legatis opus. Qui Liuianum præterea Senatus nomine adhortati fuiſſe dicuntur: vt rem bellicã prudenter adminiſtraret, nec cum hoſte manus confereret, cui fortuna ſecunda iam pridem arrideat, omniaq́ue proſpera cędunt. Poſtea motis ille caſtris in Venetos vadit, qui ad caput agere conſederant: oppidum autem ſtrennue tutati ſunt. dum Germanica arma eò ingruunt, agreſtium tamen cædes, direptionesq́ue commiſſe, ac ferro, flammaq́ue in omnes à Barbara gente ſæuitum: Hinc iuſta ira Venetos impulit: ad hoſtium res pari clade infeſtandas. Itaque Mercurius Bua ductor fortiſſimus, & Nicolaus Vẽdraminus vir æque impiger cum quingentis leuis armaturæ equitibus per vallem Suganam in Tridentinum agrum irrupere: quem fœde depopulati ſunt, & cunctas belli calamitates ferri, incendij, & rapinarum accumularũt. Inde

Cittadelę expugnatio.

Arx. munitionis caſtrorũ validiſſ.

Inde Venetus miles præda onuſtus receſsit: mari quoque circa Bocharim in Liburniæ finibus res hoſtium à Veneto vexatę. Poſt hæc in Patauino le uibus ſæpe prælijs certabatur, aſtuque & ſagacitate Liuianus hoſtē captans diuerſa ratione à priore illa bellum adminiſtrabat: ad Ateſteque oppidū Antonius Caſtellinus cum ſexcentis peditibus Liuiani iuſſu profectus con cubia nocte admotis tacite mœnibus ſcalis oppidum cœpit, multosque ex hoſtibus obtruncauit, commeatusque intercepti. Nauigiaque incenſa, ac ſubmerſa, quibus per Medoacum flumen cibaria in hoſtium caſtra ſubuehebantur: paucis inde diebus noua clades ad Biuilaquam vicum Hiſpanis à Liuiano eſt inflicta, cęſique ex his plurimi: & Morgilonus eorū Dux capi tur. Ad Montagnanæque vſque portas Venetus obequitans Cardonium hoſtium Imperatorem in pugnam conuicio euocauit, at ille quum Veronenſes res nouas in vrbe moliri intelligeret: ad ſedādos ciuitatis motus eò celeriter cum omnibus copijs contendit: tum Liuianus ex hoſtis infeſtiſsimi diſceſſu oblatam benegerendæ rei occaſionem amplectitur, & exploratis prius Hiſpanorum conſilijs, ac copiarum numero, quæ ſub Gercia Merico Duce diuerſis Poleſsini locis ſtatiua habebant, in ſpem victoriæ adductus eas ſubito aggredi ſtatuit: ſuperato itaque Atheſi cum expedita armatorum manu in Poleſsinum ſilentio tranſijt: primusque Malateſta Baleonus cum equitatu ad Rodigij portas accurrens oppidum nemine prohibente ingreditur: in forumque recta armatus perexit: vbi ea forte die magno agreſtium concurſu Nundinæ habebantur: ſummaque tum in oppido quies inerat, ac nullus belli motus, ſuſpitioque ciuium animos verſabat: tū derepente Baleono in forum cum armatis prodeunte, fuga, terrorque ingens omnes cœpit, fœminę, viri, relictis rebus venalibus trepidare, huc, illuc diſcurrere, in tecta ſuffugere, at Hiſpani nequaquam timere. Gerciāq; Ducem ſequuti intrepide in Venetos feruntur, pugnamque ferociter capeſſunt, diuque anceps certamen fuit, verum vbi Liuianus cum reliquis copijs in oppidū irrupit, ſtatim hoſtes multitudine oppreſsi ceſſere: ac ex his obtruncati, vulneratique ſunt plurimi, & Gercias Dux capitur, ſub cuſtodiaque Venetias miſſus, eodemque impetu reliqui Hiſpani, qui ad Lendenariam, & Abbatiam conſederant: à Liuiano oppreſsi fuiſſent: ſi Venetus miles defatigatus ſequi ſigna potuiſſet: is enim tota die, ac nocte pluuio cęlo per ſaltus inuios, & cœnoſos iter faciens vix arma ſuſtinebat, in fidem tamen totus Poleſsinus iterum redijt. Leniacum quoque cohorte Hiſpanorum ex oppido Veronam abeunte, à Veneto recipitur: quo ſucceſſu elatus Laurentius Cerites, qui ad Cremæ præſidium erat, vt aliquod & ipſe facinus inſigne æderet, tacito agmine Bergomum acceſsit, vrbemq; eiecto hoſte occupat, eamque foſsis, aggeribusque ſtatim munit; metu Hiſpanorū, qui iam è Verona ſub Cardonij Imperio inſtructa acie aduentare dicebantur: vt Bergomum reciperent, bellicis itaque operibus hoſtis vrbem cingit:

Hoſtiū cędes.

Malat. Baleonus.

Gercias Dux captus.

Poleſinus Leniacū

Bergomū Cerites recipit.

maximiſque

maximiſque armorum conatibus oppugnat:quos Venetus miles diu ſuſtinet,hortatorque vbique Cerites huc,illuc curſitans adeſt: verum quum ad diuæ Catharinæ portam incredibili tormẽtorum vi magna murorum ruina facta eſſet,priuſquam res in extremum adduceretur diſcrimen,deditionem Venetus Dux facere maturauit:quam Cardonius, & Columna dubios martis caſus timentes facile admiſſere:diſſentiente tamen maiori parte militum. Qui ad vrbem opulentiſsimam diripiendam auaritia obcęcati ferebantur,cæterum ducibus parendum fuit:& Cærites cum ſuo peditatu dimiſſus Cremam incolumis reuertitur,recepto Bergomo Hiſpani ſtatim eductis copijs in Liuianum celeriter mouere:qui ad Leniacum cum toto exercitu ſedebat.Ille autem tantam vim non expectandam ratus conſilium ſtatim abeundi cœpit,præmiſsis autem ad Anguillaram ſub Dominici Contareni Legati ductu grauis armaturæ equitibus.Leui autem equitatu Monſilicem terreſtri itinere profecto.Ipſe cum toto peditatu, caſtrenſibuſque impedimentis,parata nauigia,rateſque cõſcendens.Secũdo Atheſi in tutum deuectus eſt:indeque Patauium deluſo hoſte abijt,qui incredibili celeritate Liuianum inſecutus,parum abfuit, quin ad Atheſim fugam moliẽtem adeptus ſit:viribuſque Hiſpanus ſuperior Venetum aliquo maiore incommodo affeciſſet:niſi maturo receſſu periculum omne fuiſſet diſcuſſum. Ac ſub id tempus Ludouicus Gallorum Rex nullis virilis ſtirpis liberis relictis,vita deceſsit,& in eius locum Franciſcus Dux Aurelianenſis eius Gener Rex ſalutatur:cum quo Veneti fœdus renouarunt. Quod antea cum Ludouico ſocero ictum habebãt:duoque ad eum oratores miſsi ſunt, vt nouum Regnum illi publico nomine congratularentur: Regem præterea cohortati fuiſſe dicuntur,vt in Italiam cum exercitu deſcenderet:Venetos quoque paratos eſſe,decem Armatorum millia in Germanum, Hiſpanumque educere,vt ſocijs armis communis hoſtis impugnatus debellaretur. Sed priuſquam Rex in Italicam expeditionem exiret, ſummam adhibuit curã,vt finitimorũ Principũ Geldrenſis,Cleuẽſisq́;in Sycãbris,Menapijſque animos Beniuolos,placabileſque ſibi redderet.Qui veteribus iniurijs exacerbati.Gallicum nomen oderant:hiſque affinitate,muneribuſque delinitis profectionem in Italiam Rex maturauit,maximiſque copijs con tractis,ad Alpes iam properabat,cæterum,vt Gallorum arma ab Italię finibus arcerentur.Leo Pontifex,Maximilianus Cæſar,Mediolani Dux, Heluetij,Florentiniique fœdere inter ſe inito in Gallos,& Venetos ſocia arma iunxerunt:ad montiumque ſtatim radices Maximilianus Sforcia Dux cũ octo Heluetiorum millibus delatus,in Gallos ad impediendum illis tranſitum ferebatur,occupauitque ſaltus,vnde deſcenſus eſt in Italiam. Interim Hiſpani ſub veris initio è Veronenſi agro cum inſtructis copijs profecti in Venetum nouos belli apparatus diſponunt, Vincentiaque primum armis petita.In qua vrbe Laurentius Cerites è Crema victor digreſſus aderat, ſecumque

Hoſtes Bergomũ recipiunt.

Frãciſcus Gallorũ Rex.

Regis Gallorũ in Italiã aduentus.

Not. fœdus.

ſe cumq; mil le delecti pedites,tanto autem præſidio vrbẽ munitam hoſtes attentare non auſi alio flexere iter,ſignaque in Liuianum conuerſa, qui nu per copijs Pauio eductis,ad Coloniam cõſederat:Sed ille Gallorum Re gis aduentum in Italiam expectans prælium detractabat,ne dubijs fortunę caſibus rem Venetam dimicando committeret:retroq; ad Brentellas cum exercitu abijt, curabatque nouis militibus conſcriptis copias augere, vt ex fœdere promiſſa decem armatorum millia Regi ſocio adeſſent: Mox orta inter Liuianũ,& Caritẽ ex virtutis æmulatione diſcordia, duos inſignes Senatores Georgium Cornelium,& Dominicum Triuiſanum Patres ad reconciliandos animos in caſtra miſere,qui tãta ingenij dexteritate vſi ſunt, vt amborum iras ſedarint, & ne in poſterum diſsidium inter eos aliquod oriretur, Cerites cum quattuor millibus peditum in Ciſalpinam Galliam ire iuſſus eſt, vbi Regio exercitui ab Alpibus deſcendẽti amice occurreret, & cum eo caſtra coniungeret.Ille vero iam Italię appropinquabat,pręmiſſusq; Petrus Nauarra ad Rhodanum cum decem armatorum millibus ſaltus mõtium occupauit,ſubſequebanturq; reliquę copiæ numero ad viginti hominum millia, & ad Granopolim vſq; proceſſere. Heluetij vero qui tũ primas belli partes ſumpſerant.Tria Alpium loca, per quæ in Italiam itur, armis inſederunt,Dena enim bellicoſæ gentis millia ad Suſam,octo ad Salucium,ſex circa Pinarolum conſtiterant, tripartitoq; in hunc modum copijs diſtributis Heluetius in acie paratus ſtabat,ad inuadendum hoſtẽ, quacunq; ex parte ille erumperet,Et Veneto Gallicis rebus fauente,Mediolanenſis ager à Cerite armis vexabatur,atq; vltra etiam Padum Octauianus Fregoſus pro Rege militans hoſtium fines infeſtabat.Interim Borbonius, & Triultius primi agminis Regij ductores ſiniſtrorſum Geneurę montem linquentes Druentiam flumen vado tranſierunt,& per Lyguriæ fines ſupe rata viarum aſperitate in Italiam ad Villamfrancam peruenere:ibique inexplorato conſedens Proſper Columna omni penè equitatu exutus,à Gal lis capitur.Mox Rex cum omnibus copijs eodem itinere Italiam ingreſſus eſt.At Heluetij ex Allobrogum finibus digreſſi circa Nouariam conſedere, cum quibus Rex priuſquàm acie dimicaret,de pace agere voluit,Aurumq; ingens illis obtulit,conditionesq; placebant,verum Cardinalis Sedunenſis vir ferox,ac pugnandi cupidus,omnia turbauit, Heluetiosque ad prælium inſtigat,& Regius exercitus Nouaria occupata ad Marignanum iuxta amnem Lambrum ſigna conſtituit: atque iterum de pace cum hoſte agebatur, quam Sedunenſis prope inſaniens ſemper reiecit, pugnandique ardebat incredibili deſiderio,interim Liuianus (vt ſocio Regi adeſſet) & Ponti ficios,Hiſpanosque arceret, ne cum Heluetijs caſtra coniungerent, Venetas copias propius admouit: Laudamque proficiſcitur: Indeq; egreſſus hoſtium veſtigia inſtructa acie pone ſequebatur. Triultius vero prætoriana cohorte Mediolanum ad duo millia paſſuum prope accedens per qua-

Not. Heluetiorum agmina.

Proſp. Columna captus.

F. Sforcia Card. Sedunenſis.

Venetorũ exercitus

tuor Caduceatores vrbem Regi tradi poſtulauit: Superbumque Triultio reſponſum datum eſt. Venit poſtea cum omnibus copijs Mediolanum Cardinalis Sedunenſis, qui ſtatim aduocato concilio, in quo Sforcia Dux aderat, Roſtiuſque, & Angiardus Heluetij viri fortiſsimi, compluresque alij armorum ductores, de re bellica longo ſermone diſſeruit: Demum poſt multa hinc, inde dicta, decretum eſt, vt eductis copijs prælium cum hoſte aperto campo committeretur: Et ne inſtabiles Heluetiorum animos à certamine interpoſita aliqua mora reuocaret. Sedunenſis falſum ſubito rumorem diſſeminari iuſsit, Gallos cum Hiſpanis manus conſerere: proinde in aciem prodeundum eſſe, qua ſimulatione ad arma repente eſt conclamatum, Mediolanoque ſub ſignis (iam prope Sole in Occaſum vergente) ad viginti quattuor Heluetiorum millia, Duce Sedunenſe in Gallos erumpunt. Illi autem ad Marignanum ſedentes, ſubita hoſtium impreſsione vix ſpacium acies explicandi habuere: Impigre tamen Regij Duces Borbonius, Triultius, Nauarrus, in primum agmen accurrunt, hoſtemque ferociter inuectum ſuſtinent, diuque pari fortuna certatum, ſummouetur tandem loco Vaſconius, Germanicuſque peditatus, qua in trepidatione ſeptem currulia tormenta Gallis ſunt adempta, maioreque vi addita, Heluetij primam aciem profligant, conglobatique eodem impetu in media agmina feruntur, cædesque vtrinque oritur atrox, ac pugna vſque in noctem ſanguinolenta protracta eſt, iterum vix orta luce certamen initum, tormentiſq; hoſtem loco ſummouere Galli conabantur, contra, ille ordines ſeruat, morique potius in veſtigio, quàm cædere ſtatuit: Id Borbonius, & Triultius conſpicati cataphractos equites egregię virtutis in Heluetium peditatum ſtatim immittunt, quorum impetus pugnaces hoſtium manus paulum compreſsit: nec tamen mota eſt loco aduerſa acies, quin maiore audacia præliari cœptum. Accurrentesque integrę Heluetiorum cohortes equitatum Regium à tergo inuadunt, tum redintegrata pugna vehementius incrudeſcit, Roſtiuſque, & Angiardus, & Ronna, in primam aciem aduolant: Galloſque armis fatigant, Duces quoque Regij adſunt, pariaque ædit vterque exercitus fortitudinis exempla, ferocior tamen Heluetius inſtat: circumuentique Galli penè in fugam vertuntur: Sed Regis præſentia animati locum retinent, totiſque viribus connixi in Heluetios acerrimè pugnant, Rex quoque armis inſignibus cultus, in media acie verſatur, ſuiſque pugnans adeſt. Hæretque circa eum tota prælij vis, Ac ter haſta in thorace Rex percuſſus fuiſſe dicitur, Cruorque occiſorũ in eius oculos per Galeæ rimulas quandoq; proſiliuit: & iam Regij cædere videbantur. Miſſaque ab hoſtium Ducibus ſex millia peditum vno agmine in Gallos à tergo irruebant. At Liuianus à Rege per nuncios alios ſuper alios euocatus, Veneta caſtra ſtatim à Laudenſi agro mouit: Ipſeque ante alios vt certamini intereſſet, cum quinquaginta equitibus præcurrens

in

Hoſtium cõſilium.

Gallorũ Duces.

Not. prælũ dubiũ. & atrox.

Liuiani aduentus.

i n hoſtem fertur, iuſsitque reliquas copias ſub Dominici Contareni Legati ductu adproperare, Phalangem interim illam ſex millia Heluetiorum Liuianus inuadit. Hoſtiſque extemplo turbatur, vt Veneta ſigna conſpexit, ac magno timore illi permoti fugam circumſpectare cęperunt. appropinquante poſtea vniuerſo Veneto inſtructa ad dimicandũ acie exercitu, priuſquàm ferrum miles ſtringeret, apertam Heluetius in ea parte fugam capeſsit: & ex quinquaginta illis equitibus, qui Liuianum ſequuti fuerant, cecidit ſclopetaria glande traiectus Chiappinus Vrſinus Pitiliani comes, magni ſupra ętatem adoleſcens animi: vulgato autem Veneti exercitus ſubito acceſſu, & Regijs ſtrennuitas, fortitudoque addita eſt, & Heluetijs eodem temporis momento imminuta, tum inclinata iam re, quum per altũ diem dubio, cruentoque marte vtrinque pugnatum eſſet, Heluetij, & viribus diuturno certamine exhauſtis, & Venetis nouo appulſu irruentibus, magna cæde profliganturnã ſupra quindecim millia ex his deſiderata ſunt, & reliquos Venetus equitatus inſequutus multa occidione Mediolanũ vſq; proſtrauit, nec incruẽta Gallis victoria fuit, quorũ ad ſex millia in ea pugna ferro oppetiere, ex Heluetijsq; clari nominis ductores hi in acie pugnantes cecidere, Cãtius Emerer, Peregrinus Lãdeburgius, Purius, Rodulphus, Flẽctius, põtinerius, Chezius, & Antius Encher, viri fortiſsimi, & ex Gallis deſiderati ſunt Sciatalardus Vaſco, Lud. & Geor. Helleſpurgẽſes, Buſsius, & Telamonius Tramulij filius, Claudius aũt Giſa ex Lothoringia ſpirãs adhuc inter hoſtiũ cadauera repertus eſt, ac pleriq; alij in aceruo occiſorũ corporũ ſemineces inuẽti, & ad Regẽ poſtero die inſignis Legatio ex Mediolano in caſtra acceſsit, deditioneque facta à Hieronimo Caſtelliono publico nomine vrbs Regi traditur. Inſubricoque hac victoria Galli Principatu potiuntur, & Dux Maximilianus Sforcia eo amiſſo, ac arce munitiſsima reddita, captiuus in Galliam abductus eſt, vbi Princeps parum fœlix vitam cũ morte commutauit. Veneti autẽ quatuor oratores viros ampliſsimos, Antonium Grimanum, Dominicum Triuiſanum, Georgium Cornelium, & And. Grittum ad Regem Mediolanũ miſere, vt ei recentẽ de Heluetijs victoriã publico nomine cõgratularẽtur, vnuſq; ex his Triuiſanus facũdia inſigni prędirus, ad Regẽ cõuerſus, Gallorũ virtutẽ in bello extulit, nouamq; hãc Italię expeditionẽ, quę fęlici ſucceſſu nobiliſsimũ Principatũ ei aſtruerat. Diiſq; immortalibus gratias egit, quòd hoſtes acerrimi, exercitu eorũ deleto, Italia exceſſerint, qui incredibili furore cũcta vaſtabant. Victoriam poſtea publico nomine Regi congratulatus eſt, eiuſq; inuictam manum, ac auxiliares Gallorum copias ad reparandum Imperium implorauit: quo incolumi Rex omni tempore (vt ſuo) amice vti poſſet: ad ea ita à Gallo reſponſum: Regem Venetos læto animo complecti, vt bonos, & fideles ſocios, quibus plurimum ſe debere palam Rex affirmabat, quum ſola Venetorum ope ab infeſtiſsimo hoſte victoriam (quæ diu anceps fuerat) reportarit:

Heluetiorum fuga. Chiappini Vrſini mors.

Heluetiorũ clades.

Ant. Heluetios cęſos in prælio. Galli occiſi.

Venetorũ Legati.

Regis reſponſum.

 tarit:

tarit: proinde omnes Galliæ vires pollicebatur, ad rem Venetam in priſtinam dignitatem reſtituendam, Atque ita Legati dimiſsi: Et Rex poſtea in Galliam abiturus iuſsit, Theodorum Triultium cum quingentis Cataphractis equitibus, & ſeptem millibus peditum Veneta ſigna ad oppugnandam Brixiam ſequi, ſtatimque Liuianus bellico apparatu in eam expeditionem exijt, Sed dum mora protrahitur, in prçſtolandis Gallorum auxiliaribus copijs, Brixiam Hiſpani valido firmarunt præſidio, quo temporis ſpacio Liuianus in aduerſam valitudinem incidit. Paucisque diebus apud Gaidum in Brixienſi magno exercitus mœrore vita exceſsit, tantoq; extincto Duce non parum ciuitas commota eſt, in eius enim fide, & virtute, ſpem reparandi Imperij ſummam Veneti animis conceperant, funebrique pompa in vrbe defunctum decorarunt, Laudauitque eum publice And. Nauagerius vir eruditione tota fermè Italia ſingulari, Sepulchrumq; eius, ac Imperatoria ſigna in Diui Prothomartyris æde ſuſpenſa adhuc viſcuntur: Nec Veneti poſt Liuiani obitum, inchoatam Brixiæ expeditionē omiſſere, primumque ad Piſcheriam caſtra admota ſunt, oppidumq; vi expugnatur, cæduntur que ad trecenti Hiſpani, quo motu Aſula, Lunatum, & Sermenedum, vltro deditione facta in fidem redierunt. Mox Gallica aduenere auxilia ſub Ioannis Iacobi Triultij Imperio, coniunctiſque caſtris Veneti, & Galli Brixiā ſtatim petunt, vt vrbem inſignem armis reciperēt, quę ſubita defectione à Venetis alienata octauum iam annum Barbaræ genti ſuperba Imperia pertulerat: Eòque copiæ ſociales progreſſæ vrbem ſtatim corona cingunt, tormentiſq; ad demolienda mœnia diu concertatum eſt, ſed validis munitionibus, veteriq; murorum ſtructura vrbs egregie obſepta irritam Venetorum, Gallorumq; reddidit oppugnationem, obſidio tamen ad retinendam bellicæ diſcipline dignitatem ab his eſt continuata. Ac ſub id tempus priuſquàm Rex in Galliam tranſiret, Leonis Pontificis hortatu Bononiam conceſsit. Ibiq; duo ſummi orbis Principes ad pacandum Italiæ ſtatum longos inter ſe ſermones habuere, placuitq;, vt Egidius Cardinalis vir eloquentiſsimus in Germaniam ad Maximilianum proficiſceretur: cum quo de Pace cum Venetis ineunda ageret. Hi autem oblata ingenti vi auri ne armis amplius cum mortaliū pernicie diſceptaretur: vrbes ſuas Brixiam, & Veronam à Cæſare repetebant. At is reiectis conditionibus bellum proſequi voluit: Poſtea Pontifex quatriduo Bononiæ cum Rege moratus, Romam reuerſus eſt, vbi ieiuniorum tempore multos creauit Cardinales, inter quos fuit Franciſcus Piſo nobilis Venetus Aloyſij Senatoris ampliſsimi filius, & Borbonius Mediolani adminiſtrationem (Rege in Galliam abeunte) ſuſcepit, Arctiuſque Brixia obſidione premi à Venetis, Galliſque cœpta, Lutrechiusque, & Triultius cum trecentis cathaphractis equitibus, & quattuor millibus peditum Regis iuſſu in eam expeditionem ſunt profecti, qui ſtrennuam Reipublicæ operam nauantes die,

Liuianus in[?] mors[?].

And. Nauagerius.

Brixię oppugnatio

Fran. Piſo cardinalis

die, noctúque, vrbem Catapultis, Baliſtis: tormentis inceſſebant: obſeſsiſque vndique itineribus commeatus introferendi facultas hoſti adimebatur, & iam fame ciuitas laborare cœperat, ad cuius ſubſidium ſupra viginti armatorum millia Cæſar ex Germania miſit. Cardonius quoque Hiſpanos. In Venetum, Gallumq́ue è Verona eduxit, coniunctiſq́ue copijs hoſtes ad Aſulam conſedere, & Brixię obſidio tum à Venetis, Regijsq́ue omiſſa eſt. Inde circa Piſcheriam caſtra loco tuto poſita, aggreſsi autem hoſtes Aſulam in oppidum irrũpere conati ſunt: demolitaq́ue tormentis mœnia aliquot locis ingenti ruina procidere, non tamen auſus eſt hoſtis in apertum oppidum irrumpere: quin ſignis repente ſublatis receſſit. Abduamq́ue verſus copiæ ductæ, vbi Veneti, Galliq́ue è Piſcheria digreſsi caſtra habebant, & Regij hoſtium aduentu perterriti Mediolanum abeundi conſilium cœperunt, contra Veneti abſcedere indignum ducẽtes, manendum, ſtandumq́ue intrepidanti animo cenſebant: cæterum Regios abire volentes Veneti ſunt ſequuti. Mediolanumq́ue omnes ſimul contendere, tantusq́ue timor Gallorum animos inceſſerat, vt relicta Italia Alpes ſuperare, in Galliamq́ue tranſire meditabantur: feciſſentq́ue, niſi eos Veneti à præſenti conſilio retraxiſſent: docuiſſentq́ue quantum periculi res Italiæ eorum diſceſſu ſubituræ eſſent, reuocatis igitur à pauore animis Galli, Venetiq́ue ſigna Mediolani firmarunt: vt vrbem tuerentur, ſi eò forte hoſtis caſtra admouiſſet. Qui iam minarum plenus Laudam cępit, & diripuit, Amphum quoque deditione ab vrſato Priolo præfecto facta hoſtes occuparunt, is poſtea captus decemuirum iuſſu capitali ſupplicio inter Geminas columnas affectus eſt, inde prædabundus ille in Mediolanenſem agrũ irrupit, ad vrbisq́ue vſque portas Germano inſtructa acie adequitante ingens terror ciuitati iniectus eſt: tum Galli, Venetiq́ue vndiq́ue coorti ad repellendam hoſtium vim ſtatim ad męnia accurrunt: incenſiſq́ue ſuburbijs ne ea hoſtis occuparet, ferociter in appropinquantem Germanum inuehuntur. At illi ſuppreſſo gradu pauliſper ſubſiſtunt, pedemq́ue deinde referunt, diſceſſereq́ue à ſtatione. Quam armis retinuerãt: & ad abduam tandem Mediolanẽſi agro relicto caſtra hoſtis rettulit, inde quoq; receſſum, Germania repetita, militibus ob non ſolutæ ſtipendia in ſeditionem verſis. Quorum magna pars in Gallica, Venetaq́ue caſtra transfugit, acceſsit poſtea iuſſu Cæſaris in Italiam Marchio Brandiburgẽſis, nouas ſecum copias adducens: easq́ue ad Brixiæ, & Veronæ cuſtodiam diſtribuit, & Veneti ſocijs armis cum Gallo adiunctis, ambas vrbes veteri Imperio adijcere ſtudebant, ad easq́ue recipiendas omnes vires intenderant, & iã Veneti, & Galli Brixiam tertio circunſedentes vrbem bellico apparatu aggreſsi ſunt. Lutrechiusq́ue vir armorum ſcientiſsimus in caſtris Regijs Dux omnia adminiſtrabat: itineraq́ue, & ſaltus iuſsit inſedi, ne commeatus Brixiam alicunde adduci poſſent: vt per hunc modum inexpugnabilis vrbs domaretur, to-

tis

Galloru metus.

Hoſtium impetus.

In Germaniã hoſtes abeunt.

Marchio Brandiburg.

Lutrechi⁹

tis tamen diebus,ac noctibus tormenta in mœnia torquebantur, prociderantque late muri,& Venetus miles intempeſta nocte ſcalis admotis parũ abfuit,quin vrbem ad Palarim portam occuparet:& niſi Gallorum mora interceſſiſſet,à quibus ſerum ex vicinis Lutrechij caſtris aduenit auxilium,re feliciter geſta,vrbem vi,armiſque Venetus cœpiſſet:verũ Paulopoſt optatum expeditio ſortita eſt exitum:fameque hoſtis in ciuitate pene enectus in has pactiones deſcendit,vt niſi ſubſidium die poſtero à ſuis haberet: vrbem cum omni militari ſuppellectili: incolumis decedens, eam Veneto libere relinqueret.Iccirco peruigil cura, ſtudiumque accuratum appoſitum: ne parati commeatus,contractæque ex vicinis hoſtium locis copiæ in Brixiam introducerentur:verum vbi nulla præſidij recipiendi ſpes affuit, quũ

Brixia & Bergomũ vrbes receptæ.

omnia itinera armis eſſent obſepta,vrbem Brixiam poſt octauum annum Veneto hoſtis reſtituit.Bergomum quoque cum toto agro montibus, vallibus,in fidem rediȷt:poſt hæc autẽ Veneti ſtatim cũ Gallis ad Veronę expeditionem profecti ſunt. Ac ſub primum acceſſum bellicis machinis,operibusque vrbs circũuallata acerrime oppugnatur,totiſque hoſtes viribus reſiſtunt,& quum rumor increbruiſſet,ad quinque Heluetiorum millia Cæſaris nomine ad Veronæ ſubſidium aduentare. Veneti ad Piſcheriam caſtra rettulere,& Regij quoque digreſſi ſunt,quo temporis ſpacio Hiſpani, Germanique è Verona ſubito erumpentes Vincentiam furtim ingrediũ-

Vincentia ab hoſte diripitur.

tur:vrbemque præſidio nudatam fęde diripiunt:indeque opulẽtam prædã abduxere. Verum enim vero quum vana de Heluetiorũ aduẽtu fama extitiſſet.Veneti eo liberati metu ad Veronę obſidionem iterum vires omnes ſuas conuertunt:Galliſque aliò dilabentibus,ſoli in Veronenſem agrũ feruntur,& dum pręcipiti curſu Rhedæ, plauſtraque ſulphureo puluere onuſta per vaſtam campi Martij planiciem agerẽtur,ignis(fauilla ex rotarum

Pulueris incendiũ.

lamine ſuper ſilices repercuſſo)emicuit,accenſaque materia, omnis illico tormentalis puluis voraci flamma abſumpta eſt,vehicula quoque cum aurigis,& iumentis,pariter exuſta:interim de pace cum Cæſare,& Veneto Senatu Principum oratores apud Noionem in celtis vrbem ſępe egerunt: ac

Pacisactio

præter fędus ictum inter Galliarum,& Hiſpaniæ Reges in hæc pacta Cæſar deſcendit,vt niſi duorum mẽſium ſpacio Veneti,& Galli Veronam in ſuam poteſtatem redegiſſent,tum vrbem Cæſar vltro ijs reſtitueret, haberetque ob id à Venetis ducenta aureorum nummum millia : omnis igitur cura adhibita eſt,vt ſtatuto tempore Verona armis reciperetur, euocatiq; ex Patauio,& Vincentia in caſtra milites,conuectę bellicę machinæ,commeatus parati, pecuniæ aggregatæ, delectuſque ad firmiorem exercitum reddendum vbique haberi cœptus.Lutrechius quoque cum Gallicis copijs præſto affuit,vrbsque ſtatim armis cingitur:atque eam dum totis viribus aggredi Venetus parat,ſubito à Cęſare,& ab Hiſpaniæ Rege miſſus caduceator in caſtra ad Lutrechium venit,cum quo diu ſecreto collocutus poſtea

ſtea abijt, famaque ſtatim ſparſa diuulgatur: ingentẽ armatorũ manũ breui Veronæ ſubſidio hoſti affuturam. Idque Galli finxiſſe dicuntur, vt expeditionem interumperent. A Venetisq; auara Gens pecuniã extorqueret. Pax tandem poſt multos circa Veronam armorum conatus inter Cæſarem, & Gallorum Regem ſancitur: inducijs vero decem, & octo menſium cũ Veneto pactis: hæ conditiones, legesque conſcribuntur, vt Verona Gallorũ Regi prius tradita, mox Venetis reſtitueretur. Centumque aureorum nummũ millia ob id Cæſari, & Regi, Gallisque tantundem Veneti ſoluerent, de reliquis vero oppidis, finibusque bello partis. Galliæ, Hiſpaniæq; Reges ſex menſium ſpacio iudicarent: his pactis ſolẽniter firmatis, dum Veneti, Galliq; ad oſtombonum pagum caſtra haberent. Duo oratores Veronenſes viri præclari Nicolaus Caballus, & Leonardus Liſcha ad Lutrechium, & Grittũ publico ciuitatis nomine in Caſtra venere, congratulatique ſunt de pace, de inducijs, quibus clariſsima vrbs octauum poſt annum veteri Imperio reſtituta eſſet: at poſtero die Lutrechius, & Grittus cum armatis copijs, ſignisque Imperatorijs per portãnouam in vrbem ingrediuntur, rectaque in Prætorium progreſsi obuiam Epiſcopum Tridentinum habuere, qui ſtatim Veronæ Imperio Lutrechio Cæſaris nomine aſsignato, vrbe cum præſidiario milite exceſsit. In Germaniamque abijt. Mox Lutrechius vrbẽ cũ clauibus portarum And. Gritto Legato magno populi concurſu, ac incredibili omnium gaudio tradidit, fuitque hæc Veronę receptio Milleſimo, quingenteſimo, decimoſeptimo, ad ſextumdecimum Ianuarij mẽſis diem. Qui apud Veronenſes celeberrimus quot annis habetur, triduoq; ingẽs tota vrbe feſtiuitas acta, pijsque votis omnibus Deorum templis, arisq; ſupplicatũ: obſtupuereq; Galli fidẽ, & affectum in Remp. populi illius incomparabilem: poſt hæc Lutrechio cum copijs Verona digreſſo, Veneti vrbem validiſsimis præſidijs firmarunt: inde Grittus Lutrechio Mediolanum abeunte. Senatus iuſſu Salodiũ, Piſcheriã, Bergomũ, Brixiã, Cremam, Veronã, Vincentiã, Patauiũ, Taruiſiũ, Rodigiũ, Vtinũ, ac totũ Forũiuliũ inuiſit: hortandoq;, & cõſolando populorũ animos in antiquę fidei obſequio confirmauit: tandemq; poſt tot labores exhauſtos, poſt varios armorũ conatus, poſt innumerabiles terra, mariq; clades, expenſaq; certies, quinquagies, centena aureorũ nummũ millia, honeſtis conditionibus bello finis impoſitus eſt: & pax perpetuo firmata: Illud vero (abſit verbo inuidia) inſigni, ſempiternaque Venetum laude exornat: qui tantam belli molem aduerſus vniuerſæ Europæ Principes ſuis ſolis viribus ſuſtinuit: ac rem pene inclinatã non ſolum erexit. Sed in priſtinam etiam dignitatẽ reſtituit: quod memorabile cunctis ſeculis prędicabitur. Socijs enim armis tot Reges, tot Principes, Venetum adorti omni pene terreſtri Imperio ſpoliarant: actumq; alijs ſuper alijs cladibus de re Veneta fuiſſet, niſi ſingularem in aduerſa fortuna conſtantiã Patres habuiſſent: collapſumque tandẽ erexere admirabili virtute

Pax & eius conditiones.

Legati Veronenſes.

Verona recipitur.

Vrbes à Gritto adita.

Nota.

tute

tute Imperium: ac per id tempus magna in extremo oriente rerum mutatio facta eſt. Regnoq́; excidit Campſon Ghaur Sultanus Turcorum armis debellatus. Nã Selin Sach maximis copijs Othomanarũ gentiũ contractis, ex Thraciæ ora in Syriam irrupit, prelioq́; in Alepianis cãpis apud amnem Singam inito Sultani exercitus Cayarbei Ducis fraude ingẽti clade profligatur: perijtq́ue equo prolapſus ſubito animi dolore Ghaur Amyra: Rexq́; Thomombei eius loco ſalutatus copias reparauit: qui mox ſuorum dolo victus, captusq́ue in Turcorum poteſtatem venit: Cayroq́; vrbe ampliſsima cum ingenti mamaluchorũ cęde occupata. Selynni iuſſu ad portam ciuitatis quę Baſuella dicitur Thomõbei laqueo necatus eſt: Nec multo poſt Syria, Egyptusq́ue Prouinciæ debellatę Turcorũ armis ceſſere: Imperioq́; opulentiſsimo (Seruorum ſtirpe deleta) qui diu inſolenti faſtu regnarunt, intra breue temporis ſpacium Selyn Sac ſumma fęlicitate potitur: deceſsitq́; altero fere poſt pacẽ anno Lauredanus Princeps Remp. autem adminiſtrauit ſupra nouẽ, & decẽ annos, & in Gemellorũ æde vma ſublimi cõditur, funebriq́ue oratione ab And. Naugerio viro doctiſsimo decoratus fuit. Ducatumq́; Lauredani loco Antonius Grimanus iam nonagenarius miro Patrum conſenſu accepit. Magnamq́ue is vir fortunę inſtabilitatẽ in omni vita expertus eſt, nam gratia, & authoritate à primis annis in ciuitate plurimum valuit: magiſtratusq́;, & Imperia ampliſsima terra, mariq́ue geſsit. Idem generis nobilitate, opum magnitudine, forma corporis, dotibus animi æque clarus quinq́; liberos ſuſcepit. Inter quos Dominicus Cardinalis eruditione, ſapientia, integritate admodũ illuſtris in Romana curia tanquam Sydus effulſit clariſsimum: Pater vero (vt diximus) maximis honoribus diu excultus, mariſq́; Imperiũ ſępe adeptus multo tẽpore in Rep. floruit, è ſummo poſtea dignitatis faſtigio (rerum humanarũ viciſsitudine ſic ferente) nõ ſolum excidit, ſed etiã carcere, & relegatione damnatur, inde in patriam Bemardo Bembo, Marino Iuſtiniano, & Aloyſio Gradonico, Triumuiris aduocatoribus referentibus, ab exilio accitus ad Principatũ (vt ab Hariolo olim illi prędictum fuerat) euehitur: Sic nullo vnquam tẽpore mortalium quiſquam maiore fortunę varietate agitatus eſt.

Not. Sultani excidium.

Ant. Grimanus. D. lxxvi. 1521.

Not. fortunę mutationem.

FINIS.

PETRI IVSTINIANI
RERVM VENETARVM
HISTORIA.

LIBER DVODECIMVS.

SVB NOVO Principe pace inita res Veneta conquieſcere aliquantiſper videbatur. Verum ſubito Turcorum terra, mariq́ue apparatu non anxia, ſollicitaq́ue eſſe non potuit, factumq́ue eſt, vt quum vno, eodemq́; fermè tempore, & in Pannoniam ingẽtes Othomanus copias, & in Aegeum ad Rhodum oppugnandum claſſem prępotentẽ immiſiſſet, his motibus acerrimi Chriſtiano nomini hoſtis Veneti cõmoti (licet pacem cum eo haberent) nauales tamen vires & ipſi ad tutandum maris Imperium ſubito contraherent: ſexagintaq́; triremibus inſtructis Dom. Triuiſanus eques, & Procurator vir prudentia, & cõſilio ſingulari præficitur, in Cretãq́; ſtatim recto curſu cum tota claſſe adnauigauit, ibiq́; nil hoſtile in Turcũ mouẽs, ne pacem violaret, diu ſtationem habuit: At vigili cura omnia circumſpicere, prouidere, agere, nequid detrimenti in tanta hoſtiũ vicinitate Reſp. pateretur, clare tamen cõſtat, ſi vim Triuiſanus inferre Barbaro fęderis oblitus voluiſſet, facile eũ cũ magna Veneti nominis gloria delere potuiſſet: nã hoſtis in terrã egreſſus vacuã omni pręſidio claſſem reliquerat, qua deleta nil pręterea quicquã obſtabat, quominus excluſis vndiq́; mari auxilijs, Turca in inſula deſtitutus ferro, fameq́ue cõficeretur, verũ fidẽ Venetus ex maiorũ inſtituto ſeruare volens à vi abſtinuit, & Rhodij à potẽtiſsimo hoſte oppugnati, vrbẽ diu ſtrẽnue tutati ſunt. cui Philippus Villada gẽte Gallus tunc magnus Magiſter pręſidebat, nec ſolũ turres, vineasq́;, ſed mõtes etiã ex egeſta humo irrequieto opere manufactos ad męnia Turcę admouere: è quibus coniecta miſsilia, telaq́; omnis generis oppidanos die, noctuq́; fatigabant: ad reparandumq́; imminẽs excidium illi conuerſi, quum nullam etiam Chriſtiani Principes opem ferrent, Gabriele Martinengo authore qui deploratam rem videbat, deditionem fecerunt, Atq́ue ita Rhodus nobiliſsima inſula in Turcorum poteſtatem venit, Ac ex antiqua ſede Hieroſolymitani Equites, quam per tot annos paccate tenuerũt, Othomanicis armis expelluntur, profugiq́; in Melitam inſulam, quæ eſt inter Siculum, & Lybicum mare poſita, commigrarunt, in Pannonia quoque Belgradum à Turcis expugnatur, aliaq́; belli facinora ab his in Chriſtianos ædita: Ea autem quia ad noſtram hiſtoriã parum attinere video, prætereunda duxi: fędusq́; initum eſt hoc tẽpore à Venetis cũ Carolo Cæſare, opera, & induſtria Hier. Adumi Oratoris, qui tum

Veneta claſsis.

Do. Triuiſanus maris Impe.

Rhodus à Turcis occupatur.

Melita inſula.

Legatione apud Senatum Caroli nomine fungebatur, decedensque is poſtea è vita magnum deſiderium ſui reliquit, elatumque Adurnum publica funeris pompa ad Diui Stephani Aedem laudauit in Principis, & Patrum conſpectu Nicolaus Pontius vir eloquentia, & eruditione inſigni, qui tum Annuo Aere Philoſophiam magna ſua cum laude publice profitebatur: Et Triuiſanus vbi Turca victor cum nauali apparatu Byzantium redijt, à Creta digreſſus cum incolumi claſſe, & ipſe domum reuerſus eſt. Ac per id tempus Pontifex fatali ora interijt: Succeſſorque creatur Adrianus eius nominis Sextus gente Hiſpanus, tum abſens, ac prouectæ, ingraueſcentiſque ætatis, ad quem vbi ille Romam acceſsit, Veneti ſex hoſce Oratores obſequij, congratulationiſque gratia deſtinarunt, Aloyſium Mocenicum Equitem, Antonium Iuſtinianum Philoſophum, Vincentium Capellium, Marcum Dandulum Iuriſconſultum, & Equitem, Petrum Peſareum, & Marcum Foſcarum, qui magno honore à Pontifice, Romanoque populo excepti ſunt: Moriturq; paulopoſt Grimanus Princeps, & ad Antonij Aedem magna funeris pompa elatus ſpecioſum ſepulturæ locum habuit: Laudatuſque eſt à Federico Vallareſsio funebri oratione elegantiſsima, Vixitque per viginti ferè menſes in Principatu. Grimano autem defuncto And. Grittus belli, paciſque artibus vir inſignis ſurrogatur. Repulſamq; paſsi ſunt, Ant. Tronus, & Geor. Cornelius. D. M. Procuratores ambo ingenio clari, meritoq; ſuprema dignitatem aſſequutus ille eſt, quū toto belli tempore militaria obiens munera immenſos ſubierit labores: accedebant quoq; præter corporis ſpeciem amplam, maieſtatemq; oris eximiam, dotes in Gritto animi ſingulares, liberalitas, prudentia, facundia, comitas, ingenium, æquiſsimum proinde fuit Principem eum creari, quo virtute, ſplendore, meritis, nemo ea tempeſtate in Republ. prior habebatur: Adrianum quoq; Pontificem ſuprema dies ex humanis abripuit: Eique ſucceſsit Clemens Septimus patria Florentinus, è Medicea illuſtri familia, claroque ortus genere: Legatioq; ſtatim à Veneto Senatu de more decreta. Octoq; Oratores miſsi, Hier. Peſareus, Thomas Contarenus, M. Dandulus, Laur. Bragadenus, Nic. Theopolus, Dominicus Venerius, Aloy. Bono, & Laur. Aurius, inſigniſque hi omnes comitatu Romanum adiere Pontificem, ac publico nomine congratulati ſunt; obedientiamque de more præſtarunt: Venetijsque hoc tempore obijt ſenio confectus Georgius Cornelius Senator omnium præſtantiſsimus, quem Princeps, Senatuſque funebri pompa ad Apoſtolorum ædem extulit: Laudauitque Carolus Capellius luculenta oratione, & ſanè vir ille ſummus, clarusque in Rep. fuit: congeſtiſque omnibus humanis à natura, fortunaque bonis, maximam ſibi laudem peperit, nobiliſque idem, ac diues erat, miroque conſilio, ac prudentia præditus, facundiſsimusque habebatur, ſeu priuata, ſeu publica cauſa in foro, Senatuue oranda: eiusque ſolius opera Cypri Regnum Venetis rebus acceſsit,

Nic. Pontius.

Adrianus vi. Pont.

Vene. oratores.

And. Grittus Dux lxvii. 1523.

Clemens vii. Pont. Max.

Veneti Legati.

Geo. Cornelii interitus.

Dum

Dum ſororem Catharinam eblanditam ab Inſula (vbi illa Regina Imperitabat) ſecum in patriam naui deuexiſſet: Et Procuratorum numerus hoc tempore auctus: Treſque additi, qui authoritate, & prudentia in Republica eminebant, primiſque Comitijs creatus eſt Aloyſius Priolus, ſecundis Leonardus Mocenicus, & nouiſsimis Paulus Capellius Eques, Atque hoc tempore immoderata honorum cupiditate in ciuium animis efferueſcente, qui in ſuffragijs eliciendis, & aucupanda hominum gratia, largitionibus, & malis artibus vtebantur: Lex de ambitu lata eſt. Cenſoresque ad eam rem curandandam veteri Romanorum exemplo creantur: Primique fuere Gaſpar Maripetrus, & Marcus Foſcarus, magnę ſeueritatis, & conſtantiæ viri, qui multos ex nobilibus, qui Legi non obtemperarant: à Comitijs, Senatuque amotos cenſoria nota ærarios fecere: Compreſſaque eſt huius Magiſtratus authoritate immodica ciuitatis ambitio: Procuratores. Primi cenſores.

Poſt hæc Franciſcus Gallorum Rex in Italiam cum maximis copijs deſcendit, vt ex Mediolanenſis Principatus vrbibus Hiſpanos armis eijceret. Ad Papiamque ſub primum acceſſum caſtra poſuit, vbi Antonius Leua clariſsimus belli Dux Caroli Cæſaris nomine, qui Maximiliano patruo defuncto nuper in Imperio ſucceſſerat, cum veterano milite præſidio aderat. Vrbſque à Gallis circumſeſſa, oppugnataque diu eſt: in ſummoque verſabatur periculo, ne à Regijs capta, domitaque ſubigeretur: proſtrata enim tormentis mœnia late corruerant, trepidationeque, & fuga omnia in vrbe plena erant. Iamque oppidani palam de deditione facienda inter ſe loquebantur, priuſquàm extremam hoſtis vim inferret: tum opportune Borbonius, qui à Rege paucis ante diebus, ad Cæſarem deſciuerat, cum octo armatorum millibus in ſubſidium obſeſſorum adueniens iuxta Ticinum conſedit: Statimque in Gallos explicata acie irruit. Marchio quoque Piſchariæ Hiſpanos in pugnam inducit, tormentiſque primum res geritur, quorum ſtrepitu exciti qui in vrbe erant, Statim arreptis armis Duce Antonio Leua (qui ob pedum debilitatem lectica vehebatur) patefacta porta erumpunt: & in Gallos magno impetu feruntur: multoq; temporis ſpacio dubia vtrinq; fortuna pugnatum eſt. Demum Galli magna clade profligantur. Rexq; ipſe in prima acie dum acerrime in hoſtes depugnat, prolapſo equo capitur, & in Caroli proregis Neapolitani poteſtatem venit, mittiturque ſtatim ſub quingentorum militum cuſtodia Picegatonum, inde in Hiſpaniã in Madrillum oppidum abductus eſt: Ac reliquæ Gallorum copiæ diſsipatæ Duce Lanſono in Gallias transierunt. & Cæſar, Franciſco Sforcia repulſo, qui Maximiliani frater fuit, Mediolani Ducatum occupauit. Rex vero poſt aliquot menſes Leonora Cæſaris ſorore prius ſibi matrimonio coniuncta, datiſque obſidibus, qui fuere duo eius filij, è cuſtodia liberatur, & in Galliam redijt, Interim dum res Italiæ Cæſaris armis premuntur: Clemens Pontifex, Venetus Senatus, atque Pugna ad Papiam. Rex Gallorum capitur.

Nouũ fœdus. extra Italiam Galliæ,& Britanniæ Reges fœdus inter ſe inierunt, Locuſq; intra duorum menſium ſpacium Cæſari ad ſequendas fœderis partes relinquitur, quo tempore elapſo, ſociorum copiæ ſtatim in Hiſpanos eductæ ſunt. bellumque in Cæſarem parant, vt Franciſcus Sforcia in Mediolanenſem Principatum, Hæreditarium reſtitueretur. primoque acceſſu Laudam occuparunt. Inde Mediolanum continuo itum ad Sforciç ſubſidium, qui à Cęſarianis in arce obſidebatur, ſed validis hoſtium munitionibus nil proſperè circa Mediolanum actum eſt, ibi enim præclari armorum Duces Carolus Borbonius, Antonius Leua, Marchio Vaſtenſis, Princeps Aurantius,& Comes Gaiazzius militaria munera pro Cęſare peruigili ſtudio obibant, Omiſſa itaque Mediolani expeditione ſociorum exercitus aliò flexit iter, ad Cremonæque vſque portas quadrato agmine adequitauit, quã vrbem præſidio tenebant ductor Corradinus,& Sarra Columna, cum tribus,& quingentis millibus peditum, equitumque, Sforcia autem Dux quũ diu arcem in poteſtate ſua retinuiſſet, ac inexpugnabili loci natura confixus nullam hoſtium vim extimeſceret, fame tandem ex ſumma frumenti inopia vrgente: deditionem fecit. Arceque continuo incolumis decedens in confœderata Pontificis, & Venetorum caſtra ad Lambrum fluuium haud procul à Cremona ſe contulit, Eò quoque Marchio Salutiarum cum Gallorum copijs antea acceſſerat, Aderant, & Guizziardinus,& Vrbini Dux, ille Eccleſiaſtici, hic Veneti exercitus Imperatores, atque hi omnes vno conſenſu Cremonam armis aggredi ſtatuerunt, productis itaque tormentis bellicis, diſpoſitiſque circa vrbem militibus oppugnatio acerrima inchoatur. Hinc enim Pontificij, Venetique, illinc Galli,& Inſubres arma intentant, ſcalas mœnibus admouent, tormentaque, ac miſſilia vtrinque creberrimo iactu prouolantia ingentem hominum ſtragem ædunt, ceciditque ex Venetis Iulius Manfronus ductor fortiſsimus tormento hoſtili ictus,& Alexander Marcellus Patritius inſignis, qui muros primus aſcendere auſus plumbea glande percuſſus ex alto in præceps moribundus corruit, Demum quum vrbs egregiè armis munita eſſet: difficiliſque expugnatio videretur, in aliud tempus bellica re dilata obſidione eximitur. Ad Genuæq; expeditionem cum triginta ſeptẽ triremium claſſe eſt

Not. Genuæ exp. itum, quarũ octo Clemens Pont. ſub Andreę Doria auſpcijs emiſerat, ſexdecim Gallorũ Rex, quibus Pet. Nauarrã pręfecerat, reliquas tredecim Reip. Venetę Legatus Aloy. Armerius ductabat, ſed totius claſsis Imperium Petro Nauarræ demandatum fuerat, tẽtabaturq;, Fregoſios, qui ab Adurna factione genuæ expulſi fuerant, in patriam armis inducere, ſed nil actum eſt, per tres mẽſes, quibus circa Genuam ſociorum claſsis obſidionem tenuit, quum vrbs valido Cæſaris præſidio munita eſſet, leuibus tantum prælijs mari certatum, miſſo poſtea à Venetis in Armerij locum ad maritimũ Imperium Auguſtino Amulio viro forti,& prudenti, Neapolitana expeditio

terra,marique tentata eſt: copiæq; ſub Horatij Balconi ductu ingentes con tractę Cęſarianas res infeſtare cęperunt,oppidumq; A mare armis petitum, quod ſtatim voluntaria deditione in noſtrorum poteſtatem venit. Qua in expeditione Pauli Iuſtiniani, & Franc. Danduli virtus plurimum enituit. Salernum quoque ſubigitur,multaque alia circa Neapolim oppida capta ſequutę ſunt poſtea inter partes ſex menſium induciæ. Quo tempore Principum Italorum precibus delinitus Cęſar Fr. Sforciam in gratiam ſuſcepit, atque illi magna cum modeſtiæ Laude Inſubrię Principatum reſtituit. At in Pannonia res Chriſtiana ingens vulnus accepit. Solymanus enim Turcorum Imperator cum centum millibus armatorum in eam prouinciam irrumpens omnia ferro,ignique deleuit: quo Barbarę gentis motu Ludouicus Rex ſtatim copijs contractis populabundi hoſtis audaciam comprimere nitebatur,auſusque poſtea eſt longe impari copiarum numero in aciem deſcendere,ac cum Barbaro confligere. Pannon igitur,Turcaque congreſſi atrociſsimum haud procul à Danubij ripis prælium contraxere: in quo Rex iuuenta ferox acerrime dimicabat,eiusq;,ac cæterorum ducum ſtrenuitate parum abfuit,quin Turca loco ſummotus,ac in fugam pene verſus ſit,diu tamen ancipiti marte pugnatum,demum Barbarorum multitudine Pannones circũuenti magna clade profligantur. Rexq; ipſe præcipiti equi curſu in proximã paludem delatus profunda voragine miſerabiliter ſuffocatus interijt, cæſique Strigonienſis, Varradinus, Torromeus Epiſcopi, & Georgius Ioannis Vaiuodę Tranſyluaniæ Ducis frater, ad vigintique cũ his Pannonum millia interfecta in acie occubuere, paucique omnino incolumes è victorum manibus ſunt elapſi. Ac ſtatim Buda Regia vrbs deditione facta in Solymani poteſtatem venit,qua validiſsimo Ianizarorum præſidio firmata,inde Cõſtantinopolim clara Rex inſignis victoria reuerſus eſt. Qui non multos poſt dies apud Alepum Syriæ vrbem And. Quirinum Venetum Patritium,ac mercatorem tota ea prouincia inſignem teterrimo mortis genere necari iuſsit:ea de cauſa,quòd is Rubertum Caroli Cęſaris Legatum in Perſidem ad Tamaſſum Regem proficiſcentem qui fuit Hyſmaelis viri fortiſsimi filius,armis,iumentis,& pecunia iuuiſſet, declarauitque Pontifex Clemens ex diuerſis nationibus plurimos Cardinales:quorum de numero duo Veneti patritij fuere ſingulari virtute præditi. Marinus Grimanus, & Frãciſcus Cornelius eques,& procurator, qui antea in Reip. adminiſtratione diu floruerat:at in Italia iterum Cremonæ expeditio tentata. Sociorumque exercitus ad vrbem admotus eã continuo bellico apparatu aggreditur:ac die,noctuq; oppugnationibus fatigat. In omnesque vrbis partes miles intentus rem impigre gerit,nec hoſtis iam viribus diminutus confęderata,ſociaque arma ferre poterat. Verum maturo conſilio Cremonenſes vſi vrbem Sforcię poteſtati vltro permiſere,eamq; ingreſſę ſociorum copiæ magno populi gaudio excipiuntur,ſequuta eſt poſtea

Lud. Pannoniæ Regis mors.

Pannonũ clades.

Marinus Griman. & Fr. Cornel. Cardinales.

ſtea miſerabilis,fœdaq́; Romanę vrbis direptio,qualis olim nec à Gothis, nec à Longobardis,Vandaliſue facta legitur.nam Duce Borbonio Hiſpani Romam omni fere præſidio nudatam aggreſsi poſt longam,atrocemq́; cum milite eccleſiaſtico pugnam occuparunt.Borboniusq́ue Dux dū ante alios in prælium ſuos accendit.Glande plumbea ictus interficitur. Vrbe autem hoſtium armis oppreſſa.Clemens Pontifex apud quem Dominicus Venerius pro Veneta Rep.legatione fungebatur in capitolium ſe recepit,tum Hiſpani,Germaniq́; milites in omne crudelitatis genus prolapſi, multas vrbis partes incendunt.Sacra,profanaq́ue diripiunt, omniaq́ue fuga, tumultu,terrore,ac cęde replent.Nec Cardinales,Epiſcopi, cęteriq́ue viri religioſi impias deprędantium effugere manus:ædes quoq; ſacrę ad vnā omnes ſpoliatæ ſunt.Vaſaq́ue libatoria diuinis rebus dicata in prædam nefarie acta:ab altaribusq́ue ablatæ aureę cruces,precioſa candelabra, Sacerdotalia indumenta,atque vſque in ſacroſancta Dominici corporis tabernacula rapaces manus iniectæ.Omnesq́ue tandem Eccleſiarum Theſauros Barbarico faſtu,immaniq́ue auaritia crudelis hoſtis expilauit, atque in religionis Chriſtianæ ludibrium Virgines ſacras vel violauit, vel expoliatas in publicum nudo corpore traxit,cęteras quoque matronas eadē ignominia affecit,nullum præterea fuit genus hominum,nulla tota Roma vel publica,vel priuata domus.Quæ furentis,ſacrilegiq́; hoſtis manus euaſerit de hac vrbis Romanę direptione Ioannes Barotius intima mihi à pueris familiaritate coniunctus, dum vnus ex Pontificis curialibus Romę eſſet, ab Hiſpanis captiuus factus per elegantem ad me ex vinculis miſit epiſtolam in qua rei ſeriem enarrat,eam autem his noſtris commentarijs ad perpetuam facti memoriam inſerere libuit, vt viri doctrina, caſusq́ue varij, et eorū tēporū calamitas ante lectoris oculos ſubijciātur,et hęc eſt epiſtola.

Borbonii ducis cædes.

Romanæ vrbis direptio.

Ioan.Barotii lit.

Ioan.Barotius Pet.Iuſtinano .S. De meo ſtatu, deq́ue meis infortunijs licet graue, moleſtumq́ue ſit, aliquid ad te ſcribere:cogit me tamē amicitię noſtrę vis,ac magnitudo,vt aliquid recēſeam, caſumq́; mei leuādi doloris gratia tecum communicem.Eodem die quo Romana ciuitas ab Hiſpanis, atque Lanciferis eſt expugnata,ego vna cum omnibus alijs captus fui, ac cunctis meis bonis ſpoliatus &(quod grauius fuit)vario tormentorum cruciatuūq́ue genere dilaceratus. Tenuerant me quidam milites Hiſpani per quadraginta dies in quodam obſcuriſsimo, atque teterrimo carcere vinctum grauibus cathenis,& ponderoſis.Atq́ue inde cum opera cuiuſdā vetulæ meas calamitates miſeratæ aufugiſſem,ſtatim in alios Hiſpanos milites incidimus:qui ſimulatq́ue cognouiſſent me & Venetum eſſe, & quædā Romanæ vrbis officia coemiſſe magnum mihi(vt vulgo dicunt)talionem impoſuere.Cuius cum ego partem aliquam ſubito perſoluiſſem, neque reliquum haberē,aut ab amicis eadem penuria laborantibus inuenirem, decreuerunt illi me captiuum vna cum pleriſq́ue alijs in Hiſpaniam ſecum adducere,

adducere, & iam iter ingreſsi illi equites,& ego pedes,caſu in quoſdam milites Italicos incidimus:qui animaduertentes illos Hiſpanos eſſe,& pretioſiſsimis ſpolijs onuſtos ſtatim congreſsi ſunt, & per horam, atque amplius atrox vtrinque prelium commiſere. Tum ego optimam fugiendi occaſionem nactus Romam magnis itineribus contendi. Quam vbi ego adeo euerſam,adeo deformatam inſpexiſſem,non ſolum dolui, atque ingemui, ſed etiam in vberrimas lachrimas ſum reſolutus. Cogitans præclaram illã vrbem,atque olim rerum omnium dominam,nunc ad tantam,tãque inſignem miſeriam redactam:tot generoſos,illuſtreſque viros tormentorum aſsiduitate periſſe:tot nobiles,atque ingenuas matronas ſtupratas:tot honeſtiſsimas virgines violatas:tot miſeros ſenes iugulatos:tot liberos, à cõplexu parentum raptos: ſacratiſsima Deorum immortalium templa prophanata:nullum denique locum in tam ampla ciuitate extitiſſe, qui non cæde,atque ruinis vaſtitate, atque incendio laborarit. Atque vt vere ſcias, quàm magna,atroxque fuerit Romanæ vrbis euerſio,vidi; ego vidi,atque diligenter obſeruaui,ipſos etiam hoſtes ſæpius lugentes Romanas calamitates. Neque multo poſt tanta inopia rei frumentariæ laboratum eſt,vt nõ ſolum plebei,ſed etiam nobiliores, potentioreſque homines herbas, & viliſsimas quidem herbas hæſitarint. Illud etiam videtur ſcitu non indignũ, atque ad declarandam fortunæ varietatem ſatis accomodatum,viſos fuiſſe ſæpius quoſdam opulentiſsimos epiſcopos,multoſque alios præclariſsimos viros panem ipſum hoſtiatim mendicaſſe. Hanc autem tãtam, atque tam eximiam rei frumentariæ caritatem tum atrox peſtilentiæ vis ſubſequuta eſt,vt quottidie ducenti,atque amplius homines interirent. Atque illa tam ingens cõtagio ita in dies magis magiſque inualeſcebat: vt vidiſſes loquentes homines in terram labi: vias ipſas mortuorum cadaueribus refertas:atque iſto tam contagioſo morbo arreptos vix quattuor horas ſuperuiuere,ego vero hac tanta & tam communi omnium infectione nõ potui me adeo cuſtodire,quin in ipſam peſtilẽtiam inciderim. Sed cum omnes de mea ſalute iam actum exiſtimarent:tamẽ neque medicis mihi deficientibus,neque medicamentis,Deorum immortalium benignitate factũ eſt,vt breui priſtinę ſaluti, atq; incolumitati fuerim reſtitutus. O quoties tunc mecum cogitabam,quo nam pacto poſſem ad vos reuerti,& poſt tot procellas,tot,ac tantas tempeſtates in cariſsimam patriam tãquam in tutiſsimum quietis,tranquillitatiſque portum remeare. O, quoties vos fęlices,quoties fortunatos & ter quaterque beatos appellaui: qui ob ſtupendum,ac prope diuinum fęliciſsimæ illius vrbis ſitũ ab his atrocioribus periculis tuti ſumma illa quiete,ſummo atque dulciſsimo ocio perfruimini. Tunc quando ego eram apud vos vel priuatam vitam agens, vel publico aliquo munere perfungens, libertatum illam cum dignitate coniunctam vix agnoſcebam. Et quemadmodũ bona valetudo gratior eſt his, qui ali-

quando ęgro corpore fuerunt:& libertas carior his,qui acerbiſsimu m illud ſeruitutis iugum tollerarunt:& portus quidem iucundior his, qui marinis tempeſtatibus aliquandiu iactati fuerunt:ita & ego poſt tot mala, tot incō moda,tot infortunia tolerata nunc demum incipio ſentire, nunc demum agnoſcere,quam dulce ſit in patria ſua viuere,quam dulce, atque ſuaue illud quietis,tranquillitatis,libertatisq; nomen. Sed quoniam eſt in rebus hu manis viciſsitudo,ſeruatque has vices conditio mortalium, vt ſecunda ex aduerſis,aduerſa ex ſecundis oriantur,ſpero equidē quod iſtæ res licet turbulentiſsimæ ſint,tamen aliquando componentur, & hæc præclariſsima vrbs,quæ excellentiſsimis,atque in omni genere laudis ornatiſsimis viris ſemper floruit,breui ſuum decus, atque ſplendorem retinebit. Vale:

At Pontifex in capitolio ab Hiſpanis obſeſſus quingenta aureorum nummum millia perſoluere pollicitus eſt, vt ſe in priſtinam libertatem vendicaret. Quattuorque ob id dedit obſides Piſonem Venetum,Triuultiū Mediolanenſem,Ambos Cardinales,vnaque Iacobum Saluiatum, & Ioannē Matheum Gibertum:quo facto Pontifex ſtatim liberatur,& Hiſpani Germaniq́ue fortunis,ſpolijſque depopulatæ vrbis onuſti abierunt: ex quibus pleriq́ue dum mari prædam vehunt. Fędiſsima tempeſtate nauibus iactatis pelago ſunt abſorti.Iraque hæc Deorum immortalium euidenter apparuit. Qui perditiſsimos latrones Apoſtolicę ſedis violatores naufragio punierunt:Rex Gallorum interea apud quem Seb. Iuſtinianus legatione Senatus nomine fungebatur, Italiæ curam non omittens rurſum copias ad eam inuadendam contrahit,demandataq; ſumma militaris Imperij Odeto Lutrechio iubet illum Alpes ſuperare,& in Italiā proficiſci, qui ſtatim imperata facturus per aſperos, niuoſosque Alpium ſaltus cum viginti armatorum millibus in Italiam venit, atque ocius Venetis copijs ex fœdere adiunctis,quarum ductores erant. Ioannes Maria fregoſius,& Paulus Mā-fronus,viri militari arte clari,ad Papiam oppugnandā ire pergit, vrbemq; campeſtrem Galli,ac Veneti ſocijs armis aggreſsi poſt longum certamen expugnarunt,ceciditq́ue ſub mœnibus ſclopetaria glande traiectus Paulus Monfronus inclinata iam ætate vir,& fide in Remp.ſingulari. Inde in cāpaniam caſtra mota,ac Neapolis terra, mariq́ue petita, ſtatimq́ue Antonius Leua,qui Cæſaris nomine Mediolanum regebat,quàm maximas poteſt copias contrahit,ad Papiamq́ue recipiendam citato agmine proficiſcitur,nec mora vrbs continuo Hiſpanorum armis circūuallata, expugnataq; in fidem redijt. Lutrechius interim Neapolitanam expeditionem proſequens cum exercitu in Brutios peruenit. Troentoq́ue flumine ſuperato, Aquilam cœpit.Inde Appulia ferme omni armis potitur, & ad Neapolim poſtremo caſtra poſuit, vbi præclari hi bello duces pro Cæſare aderant. Huggus Moncada,Princeps Aurantius,Marchio Vaſtenſis, & Alarcon Hiſpanus,cum magno militum numero, Veneta autem quadraginta duarū

Pontifex è cuſtodia liberatur.

Pauli Mā froni cædes.

Lutrechii expeditio

triremium

triremium claſsis Petro Lando Imperatore ad Neapolitanum littus appulit, marique infeſſo frumenti inopia hoſtis in vrbe laborare cœpit, itaque Annonæ caritate vrgente nauali apparatu Gallos Hiſpanus inuadere ſtatuit, ac maritimi prælij tentare fortunam: Et ex altera parte Andr. Doria Gallicæ claſsis Imperator miro pugnandi deſiderio tenebatur, iamque in altum proceſſerat, vt ſi hoſtis ex Neapoli in mare prodiret, cum eo confligeret, is autem claſſe inſtructa, haud procul à Salerno repente affuit, in quē pugnæ ſigno dato Philippinus Doria Imperatoris nepos iuuenis acer primus ante alios ferociter mouit, concurrereque medio mari ambæ claſſes, ac per quinque horas atrociter vtrinque dimicatum. Verum Lygure pro Gallo pugnante Hiſpani vincuntur. Caditque prorex, Huggus Monchada, Brachio, & fœmine, tormento laniatis, ac captiui fiunt Marchio Vaſtenſis, & Camillus Columna, ſeptem autem triremes partim captas, incēſaſque, partim mari demerſas Hiſpanus amiſit. Mox cum And. Doria Regi ſuccenſuiſſet, ad Hiſpanos cum ſuis triremibus transfugit, qui comiter, & benigne à Cæſare exceptus Melfiarum in Appulia Princeps inſtituitur, magnoque eum deinceps ſemper Cæſar in honore habuit, & circa Neapolim Galli, Venetique aſsidentes ex cæli inclementia ingentem cladem accepere, nam tabifica aeris corruptione totus penè exercitus infectus in inſanabilem languorem incidit. viſque morbi intoleranda omnes cœpit: quo factum eſt, vt innumerabile militum vulgus perierit, quotidianaq; funera, internitioque totis caſtris ingens deſæuijt: Duces quoq; Lutrechius, & Salutiarum Princeps morbo impliciti extinguntur, atq; eadem lue correpti Al. Piſo, & Pet. Peſareus, Legati Veneti interiere. Acceſsit & vltimum malum fames, quæ ægrorum, & beneualentium corpora pariter afflixit. A Neapoli igitur Galli, Venetiq; aeris intēperie, illuie, fameq; omnes penè enecti, caſtra amouere, paucisque incolumibus totus huc, illuc diſsipatus exercitus in diuerſum abijt: claſsis autem Veneta, cui Legati nomine Ioan. Contarenus vir nauali ſtudio clarus præerat, à Neapolitano littore ſoluēs, in Appuliam transfretauit, Barletamque, Tranum, Manopolim, & Brundu ſium oppida, alia vi, armiſq;, alia voluntaria deditione occupat: impoſitisq; militum præſidijs, ſub Laur. Ceritis, & Ioan. Vetturij Imperio, claſsis inde abducta eſt: Nec multopoſt Italiam iterum Galli repetentes nouo armorum apparatu Alpes ſuperarunt. Quo tempore Andreas Nauagerius vir literarum ſtudijs præſtantiſsimus Orator à Veneto Senatu creatus in Galliam ibat, qui dum perhorridam hyemem incredibili equi curſu ad Bleſſum ciuitatem perueniſſet, vix iactatione in aduerſam valitudinem incidit: paucisque diebus ea in vrbe, morbo conflictatus interijt. confecto autem velociter à Gallis magno itinere in Italiæ fines peruentum, Papiaque primum vi capta, direptaque in Gallorum poteſtatem redigitur, quare Antonius Leua copias ſtatim in Gallos ex Mediolano

Not. Naualam pugnam.

Hiſpanorum clades.

Andr. Doriæ à Gallis defectio.

Not. fœdi morbi vi c. Neapolim.

Not. clarorum virorū obitus.

Ioan. Cōtarenus.

Attē. oppida Appuliæ à Venet. capta.

Sācti pauli comes. educit,pugnaque inita,Regij fugantur, Capiturque Sancti Pauli comes ex Francorū proceribus ductor inſignis,ſub cuius auſpicijs Galli infauſto omine in Italiam tranſcenderant,iterumq; Papia vrbs à Cæſarianis eſt recepta Et Venetus exercitus,cuius ſummam Imperij Dux Vrbini cum Ioan. Delphino Legato habebat. Poſt Gallorum cladē in Brixienſem agrum ſe recepit.Interim Leonora illius coniuge.huius ſorore procurāte,pax inter Cęſarem,& Gallorum,Regē cōponitur,filijq; Regis,qui quartū iā annum obſides pro patre in Hiſpania fuerant,è cuſtodia liberati, dimiſsiq; in Galliā rediere.Et Veneti ſtatim Ioā.Piſone Oratore creato filiorum liberationē per eū amico Regi cōgratulati ſunt. Ac ſub id tēpus Solymanus innumerabilibus equitū,peditūq; copijs Pānoniā inuaſit,vbi Altāburgū munitiſsimū oppidū cepit,inde Pōte ſuper Danubiū cōſtructo,terra,aquiſq; Vienā aggreditur,vrbſq; diu Turcorū armis oppugnata nec debellari,capiq; vnquā potuit,quin cū cęde,& ignominia Barbari à mœnibus ſunt repulſi,& in Traciā ſoluta obſidione rediere: Poſt hæc Cæſar è Barcellona quò profectus fuerat,ſtatuit in Italiā ad accipiēdam de more Imperij Coronā ſe conferre, parataq; claſſe,maritimum capeſsit iter,& Genuę primū cum M.Ant.Contareno Oratore Veneto applicuit,inde Bononiam acceſsit. Ad eumq; ex tota Italia officij gratia Legationes aduenere. Miſsi quoq; à Senatu quattuor Oratores,Aloy.Gradonicus,M.Dandulus,Aloy.Mocenicus,& Laurentius Bragadenus, qui publico nomine Cæſaris Coronationi de more adeſſent:Et Clemens Pontifex Bononiam eſt profectus:Ibiq; maximo totius Italiæ concurſu Sacris rite celebratis.Carolus Imperatoria,Auguſtaq; à Pontifice Corona inſignitur. Cæſar poſtea Alexandrum Medicem, qui ſumma in Hetruria nobilitate,opibuſq; florebat,Generum ſibi(deſpōſata illi filia)aſciuit,ac cum Pontifice egit,vt mutata Florentinæ Reip. forma, Alexander illius vrbis, totiuſq; Hetruriæ Princeps inſtitueretur: Armiſq; & vi, quando alia rationę non poſſet agi placuit:Ab hoc colloquio Mantuam ſe contulit, Gonzagamque Federicum Ducatus titulo Imperatoria authoritate perpetuo ornauit, Ex Italia demum abiens in Flandriam trāſijt,tum Pontifex ad occupandam Patrię libertatem conuerſus ſtatim arma contrahit.Thuſcoque bellum infert,vt Reip. nomine ſublato,Alexandrum Nepotem (ſicuti cum Cæſare conuenerat) Florentiæ libera Imperij poteſtate Principem inſtitueret: Magno itaque belli apparatu clari armorum Duces Aurantius,Ferneſius, Pyrhus Columna, Ferrandus Gonzaga, Ioannes Baptiſta Sabellus, Florentinam rem adoriuntur: At Magno animo bellum Thuſcus excipiens diu pro retinenda patriæ libertate in hoſtes pugnauit,Ducemque copiarum ſuarum Malateſtam Baleonum virum militari ſcientia clarum habuit: Doloq; is malo agens hoſtium partes occulte fouebat,armis tandem inimicorum,ciuitas Hetruriæ pulcherrima,poſt innumerabiles vtrinq; clades,fame potius,quàm ferro domita: ceſsit.

Viena à Turcis oppugnata.

Legati ad Cęſarem.

Cæſar Bononiæ coronatur.

ceſsit: Atq; ita Alexãder Medices Florentię Princeps ſalutatur, qui primus vrbem illã Tyrannice occupauit: Et per hos dies Turca iterum in Pãnoniã terra, mariq; nouam expeditionẽ inſtituit, quo motu Ferdinandus Rex, ne improuiſa aliqua clades Chriſtianæ rei infligeretur, magno militũ numero ex Germania, Boemia, Pollonia, Tranſyluania cõſcripto validiſsimum confecit exercitum, & ex altera parte Cæſaris iuſſu Andr. Doria in Græciã delatus rem Turcorũ mari infeſtabat. Coronumq; oppidum aggreſſus cępit, ac diripuit, Solymanus autem domeſtico bello implicitus Pãnoniæ expeditionẽ in præſentia omiſit. Aduenientiq; iterum Cęſari in Italiam. M. Minius, Hier. Peſareus, Laur. Bragadenus, & M. Foſcarus, Oratores Veneti officij gratia circa Mantuã occurrerunt, a latereq; eius nunquam diſceſſere: donec ille i Hiſpaniã reuerſus eſt, & cũ in Mediolanẽſi agro noui militũ delectus à Cæſarianis haberẽtur, armiſq; omnia duce Comite Gaiazzij viro turbulẽto obſtreperent, Vrbini Dux Venetarũ copiarũ Imperator veritus, ne quid doli lateret, Cæſariãnorũ hoc martio apparatu, cũ duobus Legatis Carolo Cõtareno Socero meo, & Pau. Nani, ad tutandos Imperij fines in Bergomẽſi agro iuſſu Senatus cõſedit, inſidiæq; multæ intentatę in rẽ Venetã, quas omnes admirabilis Legati Cõtareni ſolertia ad nihilũ redegit, isq; paulopoſt morbo correptus incredibili exercitus męrore ex humanis deceſsit, vir præter Generis nobilitatẽ, belli, paciſq; artibus admodũ clarus: inſigniq; eius oſſa Brixia tumulo cõdit. In mari vero Hier. Canalis claſsis Venetæ præfectus rẽ in Pyratas proſperẽ geſsit, memorabilẽq; adeptus eſt victoriã, illi enim Mauro Alexandrino Othomanicæ claſsis Duce, qui cũ tredecim lõgis nauibus ex Coroni obſidione reuertebatur, in altũ progreſſi Gręcię littora excurſionibus infeſtab[illegible]t, nauigãtibusq; vbiq; infeſti erãt, tũ Canalis in vindictã ardens quatuordecim triremibus è Cretæ portu ſtatim eductis, in Turcas, quos Pyratas eſſe iudicabat: curſum intendit, eosq; intempeſta nocte haud procul ab Acrio promontorio forte obuios habuit: Nec mora (nam Luna per nox erat) Venetus pugnæ ſigno dato, in eos proras detorquet, inierẽq, vtrẽq; claſſes pari ferocia nocturnam pugnã ac dimicatum diu, & atrociter: ſub duorum ſuæ ætatis fortiſsimorum Canalis, Mauriꝗue Ducum auſpicijs: Naualique vtrique virtute clari æqualem per multas horas prælij fortunam reddidere: Demum Veneto vrgente, dum Maurus fugam capeſſere molitur: & ex medio conflictu triremem ſuam auellere, eum Canalis vela iã d[illegible]tẽ velociter inſecutus effugere longius non permiſit. Temoneque hoſtilis Myoparonis tormento excuſſo, Prætoria triremis a Veneto capitur, Maurusque octo vulneribus transfixus in mare ſe proiecit: Quem adnatantem, ac ſemiuiuum Canalius miles interficere ſæpe eſt annixus, neſciens, quis eſſet: Sed vbi ille ſe notum fecit: è mari continuo extractus ad Canalis conſpectum adducitur. tum capto Duce reliquas Turcorum triremes Venetus facile oppreſsit,

Alex. Medices Florẽtinę rei pu. Dux.

Coronũ à Doria captum.

Legati.

Car. Contareni interitus. Hieronymus Canalis.

Atten. pugnam Naualã cum Pyratis.

Maurus prędo capitur.

Barbarique ad vnum omnes ſunt interfecti,qua ſuorum clade Solymanus vehementer commotus rupto fœdere arma ſtatim in Venetos induiſſet,ni ſi Nic. Iuſtiniani Baili prudētia mature imminēti periculo occurriſſet,qui ſtatim Aiacem Baſſam domi conuenit,eumq; edocuit,huius facti culpam apud Maurum eſſe qui multis iniurijs illatis Venetum in pugnam prouocarat,& cum Barbaroſſa predone non cum Mauro errore deceptus,manus conſerere Canalis crediderat, paccatoq; his verbis per Aiacem Solymani animo,ab armis temperatum: Victor autem Venetus, in Cretā redijt: vbi Maurus grauitate vulnerum diu languit: Poſtea curatus Canale permittente, in Aegyptum tranſijt,ac intra paucos dies Alexādriæ exceſſit è vita, nec diu Canalis & ipſe ſuperſtes fuit,qui quum in grauem morbum incidiſſet, omnibus remedijs fruſtra tentatis,Zacinthi interijt.vir pugnax, & à puero maritimis rebus innutritus. Nobiliſsimumque ei Antonius filius paternæ virtutis æmulator in Gemellorum æde loco conſpicuo monumentum erexit, ob viri autem fortiſsimi merita patres in Senatu Legem tulere,vt liberis eius perpetuus cenſus ex Corcyrenſi quæſtura conſtitueretur,nullam tamen vim lex haberet,niſi ſupremum concilium eam approbaſſet. Aduerſatusque eſt legi in comitijs Mapheus Leonus vir dicendi facultate clarus: Sed Ioannes Donatus viginti quattuor ætatis annos nondum agens in roſtra aſcendit,ac incredibili facundia vſus Patritios,qui mille, & quingenti in comitijs aderant,in ſuam ſententiam ferè omnes adduxit,noningentiq; ex his legem iuſſere,cuius ſuaſor ille fuerat, ſingularemq; eo die apud omnes Donatus eloquentiæ tulit laudem. Et in vltimis terris per id tempus bellum ardebat,Solymanusque in Armenia Sophenum Perſarum Regem magna clade affecit: Inde ſuperato Euphrate Tauriſum opulētam vrbem occupauit.Ampliandiq; cupidine Imperij ductus in vltimos, inacceſſoſq; Perſiæ fines cum numeroſo exercitu (cuius Ibrayn ducem cōſtituerat) penetrare voluit,quo in itinere ſumma annonæ caritate laborauit,Plurimiq; ex Othomanis inedia extincti ſunt, Verum alia via Perſæ ad Tauriſum reuerſi,vrbem Turca eiecto recepere,ægreq; Solymanus cum incolumi exercitu Byzantium redijt:Atque hoc tempore ad Saſinum in maritima Epyrrhi ora Venetis clades à Pyratis illata eſt,qui cum duodecim biremibus ex Aulonæ portu egreſsi quinque Venetorum triremes obuias medio mari habuere. quarum ad Adriatici ſinus cuſtodiam miſſus Franciſcus Dandulus præfectus erat,in Barbarorum autem biremes non ſolum ille vim parare auſus eſt,ſed turpi ignauia vix conſpecto hoſte,fugam arripuit.Pyrataque celeriter inſecutus duas triremes in poteſtatem ſuam redegit. Capitur & ipſe Dandulus, Vnaque Marcus Cornelius, earum præfecti cum omnibus turmis, & ingenti præda, Reliquæ tres celeri effugio dilapſæ in tutum abiere : ductoreſque his præerant Ioannes Baptiſta Iuſtinianus, ac Corrictanus, & Lieſinenſis. Nobiles Dalmatæ: Dandulusque in Aphricam

Canalis interitus.

Expeditio Solymani in Perſiam.

Not. Venetorū clades.

Aphricam captiuus abducitur, poſtea auro redemptus vbi Venetias acceſſit: Iaderam in exilium actus eſt, ibique diem ſuum infamis obijt. Et Sforcia Mediolani Dux per hos dies Chriſterni Datię Regis filiam duxit vxorem; Quæ in Italiam profecta à ſponſo maximis honoribus excipitur. Et ne qua orbis terrarum pars bellorum incendijs vacaret: Aphricam Solymani iuſſu Ariadenus Barbaroſſa Archipyrata ea tempeſtate illuſtris parata claſſe inuaſit: expoſitisque in littus Ianizaris quos mercede ex Aſia conduxerat, ad Tuneta caſtra admouit: eo conſilio, vt defuncti Regis frater Muryloſeth nomine maior natu à Muleſen minore vrbe expulſus in regnum reſtitueretur: vbi itaque Ariadenus terra, & mari oppidum circũuallauit: tũ Tunetanus populus, Aphriq́ue omnes portas ciuitatis illi ſtatim aperuere: & Muleſen fugam trepide arripuit. Salutaturq́ue Rex à populo incredibili omnium fauore Ariadenus. Qui poſtea Muryloſeth clam interfecit: Regnumq́ue ipſe Aphricę per hunc maxime modum obtinuit: Mortuusq́ue eſt hoc tempore Clemens Pontifex, in cuius locum Alexander Fernelius creatur. Familia nobili Romæ natus, & Pauli tertij nomen accepit. Ad eũ autem quattuor ab vrbe Veneta de more oratores aduenere. M. Minius, Thomas Mocenicus, Nic. Theupolus, & Federicus Renerius, ſapientiſsimeq́ue perfuncti ſunt publico nomine legationis munere: poſt Clemẽtis autem obitum Rodulphus Baleonus cum ingenti armatorum manu Peruſiam verſus tacite eſt profectus: in vrbemq́ue miro populi fauore admiſſus, Vicelegatum eccleſiæ Epiſcopum Terracinæ interficiẽdum curauit. In Peruſinæq́ue dominium ſe armis intruſit. Et ſub idem tempus magni bellorum motus in Pannonia, ac Tranſyluania extitere, miſſusq́ue eſt cum delecto equitatu ex Andrinopoli in eas prouincias Aloyſius Grittus Veneti Principis filius, vir Turcorũ moribus aſſuetus, ac Solymano Regi perquã gratus. In cuius Aula diu amice verſatus fuerat, intimamq́ue cum Barbara gente familiaritatem, conſuetudinemq́ue habebat, ac in altiſsima fortuna collocatus immenſas ſibi opes aggregarat, ex Andrinopoli igitur profectus in Daciam, quæ Tranſyluania hodie dicitur, aduerſus Pannonas Solymani iuſſu cum equeſtribus copijs tranſijt, tumultuariaque pugna rem proſpere in hoſtes primum geſsit: qua Epiſcopus Varradinus (Gritto iubente) necatus eſt: tulereq́ue eius interitum Pannones acerbiſsimo animo: poſtea (vt ſunt belli caſus varij, ac incerti) acie congreſsi in Turcas Pannones proſpere pugnarunt: Grittusq́ue in Victoris poteſtatem redactus in Varradini Epiſcopi interfecti vltionem, cęſa gladio ceruice, in Regijs caſtris obtruncatur: obijtq́ue per hos dies Alphonſus Dux Ferrariæ. Hæredemq́ue, ac Principatus ſucceſſorem reliquit Herculem filium maiorem natu: ſimiliter Venetijs è vita deceſsit vir ampliſsimus Dominicus Triuiſanus. Senator, orator, Procurator inſignis. Ad Franciſciq́ue ędem delatus tumulo infertur ornatiſsimo; & quum Henricus Britannię Rex Catharina coniuge

Ariadeɋ Aphricæ Regnũ occupat.

Paulus iii Rom. Põ. Legati ad Pont.

Al. Gritt⁹

Al. Gritti ſupplicũ capitale.

Ferdinandi

Ferdinandi Arragoniæ Regis filia cum qua viginti annos in matrimonio paccate vixerat. ceu ſterili repudiata. Annam Bolianam obſcuris ortam natalibus duxiſſet vxorem: factumque Henrici. Phiſerius Cardinalis, & Morus à ſecretis viri ſanctiſsimi damnaſſent. Indignatus Rex apud que m tunc Daniel Barbarus oratorem Senatus nomine agebat. Homines cōprehendi iuſsit, ac in carcerem duci, nec multo poſt medio Londinij foro capitali ambo viri optimi ſupplicio efficiuntur. In Regem vero Pontifex ſtatim ob impium ſcelus Anathematis ſpiculum detorſit. Annam quoq; adulterij crimine inſimulatam ſuſpicioſus Rex ſecuri percuſsit, atque eius conſtupratores Georgius Norreius, & Bruentonius eodem ſupplicij genere afficiuntur, & ad tertium coniugium Rex tranſiens Ianam Samariam nobili genere procreatam ſibi matrimonio copulauit: ex qua Odoardum filiũ ſuſcepit. Qui poſt Patrꝭs obitum regnauit. Sexiesq; Henricus nupſit, deorum, hominumque contemptor: inſolitamque in Regnum religionẽ Chriſtianæ puritati aduerſantem introduxit. Illius autẽ impietatis Dij immortales vltores Britaniam multis cladibus afflixere: Rex quoque meritas improbitatis ſuæ pennas dedit: quem graue in crure vlcus enatum, erodensq; miſerabiliter extinxit. Nouaque hoc tempore expeditio in Aphricam pro Muleſen Arabo ab Hiſpanis facta eſt. Ille enim (vt ſupra demonſtratum) Ariadeni Barbaroſſę armis Tunetana vrbe expulſus ad Cæſarem confugit, cuius ope implorata, claſsis ſtatim inſtructiſsima ſub Andreæ Doriç Imperio è Genua educitur, aſcenditque in eam Marchio Vaſtenſis cum Hiſpanis, Italisque militibus: & claſsis continuo in altum euecta Sardiniam primum petijt: inde paucis diebus Aphricæ littus tenuit, expoſitisque in terrã millitibus ad Golletam caſtra ſunt poſita. Arxque oppugnari cœpta, quã Turcæ, Arabesque, durum in armis genus, præſidio tenebant: diuque terrã, & mari oppugnati Chriſtianorum impetum ſuſtinuere. Demum Cæſareis vndique circũuallata armis arx ab hoſte deſeritur: qui inde fuga elapſus ad Tuneta in proximo ſe recepit: & Hiſpani Golleta potiti caſtra eodem victoriæ curſu ad Tuneta propere admouere: oppidumque corona cingunt: tormentisque in mœnia directis, magna earum ruina facta eſt, tum Barbaroſſa veritus, ne Hiſpanus in oppidum vi irrumperet, auerſa porta, cum ſuis egreſſus in proximos Arabiæ, Libiæque montes profugit: vrbemq; ſtatim ab hoſte deſtitutam Hiſpanus occupauit. Quæ mox Muleſen veteri Domino Cæſaris iuſſu reſtituitur: vectigalemque ob id, ac ſtipendiarum Barbarus Carolo Imperatori perpetuo ſe conſtituit: ac ex Ergaſtulis multi fideles Chriſtiani ſunt liberati. Clarusque Aphricana victoria Hiſpanus in Siciliam cum claſſe redijt, & Pontifex Rodulphum Baleonum Peruſia expulit, qui antea vi, armisque vrbem illam occuparat, præripiturque ex humanis hoc tempore Franciſcus Sforcia Dux Mediolani, deceſsitque ſine liberis, ac ex teſtamento vxore Vigeuene ciuitate donata, reliquarum inde vrbium,

No. Epiſcopi indignã cędẽ.

Nec. Henrici regis impietatem.

Muleſen.

Tuneta Cęſar ſubegit.

Fr. Sforciæ Med. D. Interitus.

vrbium totiusque Principatus Cęſarem hæredem inſtituit, vnde malorum omnium fons, origoque manauit, quibus diu Italia concuſſa eſt: nam ęgerrime Gallorum Rex patiebatur. Mediolanenſem Ducatum Hiſpanos ſibi aſciſcere. Quem hæreditario iure extincta virili Vicecomitũ ſtirpe ad Frãcorum Regnum pertinere Galli aſſerebant: armis itaque ob Mediolanenſem cauſam diu inter Hiſpanum, Gallumque diſceptatum. In allobrogas autem primum ſub ducibus Admirato, & Annibao, Gallorum copiæ tranſcenderunt: captisque oppidis Taurino, & Pinarolo, omnis fere pedemontana Regio ferro, flammaque vaſtatur. Et Cæſar è Neapoli profectus Romam acceſsit. Inde Senas, Florentiam, & Luccam, omnibusq; his vrbibus magno honore exceptus eſt. Mediolanum quoque ſe contulit, vbi bellum in Gallos parauit, cõtinuoque eius iuſſu Antonius Leua cum copijs in Allobrogum fines delatus Foſſanum in deditionem accepit. Maioraque iam Cæſar animo concipiens viribus omnibus Imperij tam terreſtribus, quàm maritimis cõtractis in Galliã trãſire ſtatuit. Ac ſub primũ acceſſum Maſsiliam claſſe aggreditur. Quæ vrbs validiſsimo firmata erat pręſidio, tribusq; partibus mari alluitur, à continenti quoque vis illata, parum autem terra, & mari Hiſpanus munitiſsimę vrbi nocuit. Inde Arelatum caſtra admota, qua ſubita Cæſarianorum in mediam Galliam irruptione factum eſt, vt è Sabbaudia, Allobrogumque finibus Regiæ copiæ quam primum reuocatę in Gallias trãſierint: vbi leuibus pugnatũ aliquoties prælijs, nullaque deinde benegerendæ rei occaſione oblata, ac appetente iam aſperiore Bruma vterque exercitus in hyberna cõceſsit. Fatoque obijt, in Saiſſa oppido Antonius Leua bellicæ diſciplinę vir omnium inter Cæſareos Duces peritiſsimus. Creanturq; à Paulo Pont. Maximo ſupremi ordinis Antiſtites. And. Cornelius, Gaſpar Contarenus, & Petrus Bembus viri in Veneta gente oratoriæ, ac Poeticæ facultatis, diſciplinarumque omnium ſtudijs præſtantiſsimi. Nec multo poſt Alexander Medices Florentinæ Dux Reip. dum in tyrannide exercenda prauis cõſilijs vtitur. Inter domeſticos Lares à propinquo ſuo Laurentio interfectus eſt: qui patriam in priſtinam libertatem pulchro hoc facinore vendicare voluit: ſed ſecus euenit, nam continuo Cęſaris fauore. Coſmus Medices Alexandri loco princeps ſalutatur. In prioremque Florentina res ſeruitutem ob aduerſas ciuiũ factiones incidit. Verno poſtea tempore ducentarum diuerſi generis nauium Othomanica claſſis è Byzantio ſub Ariadeni Barbaroſſa, & Sina Baſſa Imperio, in altum eſt educta, aſsiduaque nauigatione in ſuperum mare peruenit, & ad Corcyrã conſedens, magnam Venetis ſuſpicionem iniecit, noui alicuius, improuiſique in Remp. motus. Et pauloante Solymani iuſſu Venetæ triremes ad Pharum Alexandriæ à Turcis interceptæ cum omnibus mercibus fuerunt, earumque præfecti Antonius Barbadicus, & Hermolaus Barbarus cuſtodię traduntur, atque vna Nicolaus Iuſtinianus Bailus. Qui per octo annos antea

Cæſaris expeditio in Galliã.

Ant. Leua mors.

Alex. Medices cædes.

Coſmus Florentiæ Dux.

Not. Turcorũ claſſem.

Veneta claſsis cũ duobus Imp.

Nos Trire mũ præfe ctos.

Ian. Bei.

No. Alex. Contare- ni factũ.

Caſtri à Turcis ca- ptum.

tea apud Solymanum Reip. inſeruierat. Iccirco patres ſtatim ingentẽ claſſem decernunt, duoſque eligunt Imperatores. Hieronymum Peſareum, & Ioannem Vetturium, quod nũquàm alias à Priſca vrbis memoria factum dicitur, pariq́ue vtriq́ue poteſtate ſummæ rei præficiuntur. Peſareoque cura tuẽdi maritimi Imperij ſupra Corcyram cum quinquaginta triremibus demandata. Vetturius vero ad Adriatici ſinus cuſtodiã Corcyra tenus totidem longas naues retinere eſt iuſſus. Adduntur quoque cæteræ claſſi Galleonum, & Barcia, ſic appellata, duo inuſitatæ magnitudinis nauigia quorũ alteri Bertutius Contarenus vir nauali arte clarus præficitur. Alteri Nicolaus Triuiſanus homo æque impiger. Extraordinarijs ad hæc ſuffragijs viginti quinq́ue patritij maritimarum rerum peritiſsimi eliguntur, quibus ſingulæ triremes attributę, vt ad omnem caſum paratæ eſſent, ſi Barbarus forte claſſem propius admouens vicina maria infeſtaret: Lecti autem hi fuere patritij omnes ætate, genere, & peritia nauali clari: Sanctus Contarenus, Nicolaus Donatus, And. Mollinus, Vinc. Centanus, Steph. Triuiſanus, Ber. Marcellus, Paulus Iuſtinianus, Nic. Bõdimerius, Hermolaus Maurocenus, Philippus Baſadona, Ioãnes Baptiſta Grimanus, Vinc. Priolus, Laur. Amullius, Fr. Cornelius, Pandulphus Contarenus, Vinc. Iuſtinianus, And. Duodus, Iac. Armerius, Mich. Salomonus, Seb. Venerius, Al. Sanutus, & Vitus Ciuranus, his auxilijs à Veneto comparatis. Turcica interea claſsis Corcyram verſus curſum intendit. Inſulamq́ue clamore Nautico, crebraq́ue bombardarum conſultatione amice præteruecta. Aulonem adnauigauit: & ex altera parte audito Othomanicæ claſsis curſu. And. Doria Cæſarianarum triremium præfectus, è Meſſana ſubito ſoluit: & in Aegeum mare prouehitur. Cephaleniamq́ue inſulam legens, aliquot circa eam Turcorum nauigia commeatibus onuſta cœpit: eademq́; medio mari demerſit. Duę quoque apud cimerios Ianusbei triremes à Doria ſunt oppreſſæ. Barbaroſſa autem cum tota claſſe in Hiſpanum inuectus nauigationis curſum accelerabat, vt Doriam maturo acceſſu opprimeret. At ille re proſpere in Barbaros geſta ſtatim velis datis in Siciliam cum claſſe abijt: nec Turca in ocio fuit, qui Calabriæ, Appuliæq́ue littora excurrens fuga, terroreq́ue omnia repleuit, & quum forte vna triremis. Quam Buſtanus Garipolitanus vir fortis regebat, paulum à cætera claſſe aberraſſet. In eam Alexander Contarenus Legatus ex priuato in Turcas odio cum quattuor longis nauibus impetum fecit: nec ad fędera, amicitiamq́ue reſpiciens, quam cum Solymano Veneti habebant. Ferrum diſtrinxit: cædeſque Turcorum ęditur ingens, & triremis capta in profundum mergitur, fortiterq́ue pugnando Buſtanus interijt, & Barbaroſſus cum claſſe in Appulia haud procul ab Hydrunto conſedens, milites in terram expoſuit. Caſtriq́ue oppidum ſubito aggreſſus, illud per voluntariam deditionem occupat, multiq́ue Chriſtiani in captiuitatem ſunt abducti, quo rerum motu dum Peſareus ex Corcyra profectus

ctus Appuliam verſus cum nauali apparatu adnauigaret, Turcorum claſſem medio mari obuiam habuit, qua viſa continuo Venetus triremium proras retorquet, ac velis, remiſque innixus fugam arripit, Tum Barbaroſſus hoſtili animo fugientem Venetum inſequitur. Buſtani enim cædem, aliaſque veteres, recenteſque iniurias vlciſci in tanta benegerendæ rei occaſione ſtatuerat: itaque irrequieto curſu per ſexaginta paſſuum millia Venetam claſſem eſt inſectatus, quæ vix eius manus effugit: incolumiſque ægre ad Corcyram ſe recepit, trium tamen triremium iactura facta eſt, quas alijs corpulentiores hoſtis in fuga oppreſſit, earumque præfecti Ioannes Maurocenus, Aloyſius Contarenus, & tertius Zacinthi ciuis, Barbaroſſæ iuſſu ſecuri percutiuntur: Eodemque ſupplicio Baptiſta Grittus in Contarena triremi captus afficitur: Et paulopoſt Barbaroſſus cum tota claſſe Corcyram Pheaciam olim dictam venit: expoſitiſque in terram militibus, inſulam primum fœde depopulatus eſt. Dehinc oppidum ferociter aggreſſus, vi, armiſque expugnare nitebatur, contra Venetus impigre omnia agere, hoſtem à mœnibus tormẽtis repellere, munitiones nouas erigere, vigilare, adeſſe, erant enim tum vrbis præfecti Symeon Leonus, & Aloyſius Ripa viri induſtrij, qui omnia ad Corcyrenſem rem tutandam indefeſſo animo, corporeque agebant: parque militum virtus, & ſtrẽnuitas ĩ bellica adminiſtratione elucebat: Turcæ nihilominus terra mariq; inſulam fatigare, vicos exurere, agros populari, cæterum vbi Veneti Corcyræ oppugnatione Solymanum pacem tam impudenter violaſſe cognouere, ſtatim cum Pontifice, & Cæſare in Turcas fœdus ineunt: quę res tantum terrorem Barbaroſſæ iniecit, vt continuo ſoluta obſidione è Corcyra claſſem abduxerit. Solymanuſque paulopoſt oratorem Venetias miſit, qui Patrum animos deliniret, prioreque pace renouata, veterem his Regis amicitiam offerret, conuocato igitur ſtatim Senatu Solymani Legatio exponitur, qua obliteratis vtrinque iniurijs, Veneta amicitia iterum expetebatur, erant autem ex Senatoribus, Sebaſti. Iuſtinianus, Petrus Mocenicus, Mar. Antonius Comelius, & Federicus Renerius, qui Turcicum nomen exoſi, bellum mallebant: ex Aſiaq;, & Græcia hac occaſione Solymanum expellere ſperabant, alijs potentiſsimi Regis vires metientibus, pax cordi erat. Et Iulius Contarenus procurator vir eloquentiſsimus qui Turcorum mores probe norat, pro iungenda iterum cum Solymano ſocietate, hæc in Senatu orando diſſeruit. Si vnquam in adminiſtranda Rep. Princeps Grauiſs. ac Patres conſcripti ſingulari prudentia, maturoque conſilio vſi eſtis, id hoc tempore profecto à vobis præſtandum cenſeo, ne in ardentiſsimũ bellum ciuitas incurrat, agitur enim hodie, aut de pace ineunda, aut de bello gerendo cum potentiſsimo hoſte: ſed ſentiant alij quod volunt, pacem ego plurimum laudo, quam ipſemet hoſtis vltro nunc per Legatos nobis offert. Ex litteris quoque Iacobi Canalis Baili cognoſcere poteſtis,

Claſſis Venetę fuga.

Not. pręfectorum trirem. cędem.

Corcyrę oppugnatio.

Nota fœdus in turcas.

Solymani Legatio.

Iulii Cõtareni oratio.

quantopere Solymanus pacem, reconciliationemque optet. Eam autem niſi ſano prorſus caremus conſilio, libentiſsimis animis complecti debemus, ſic melius Reip. conſultum erit, Venetique fines Imperij tutiores reddentur, pace, ac amicitia cum Solymano renouata, qui latiſsimè terra, mariq; ditione pollet, nam ex tribus orbis partibus (vti omnes norunt) Aſiæ, Aphricęque dominatur, In Europamq; cum incredibili armatorum manu iam antea tranſcendens Miſsiam, Thraciam, Pannoniam, debellauit, ingẽtemq; Chriſtianis rebus cladem intulit. Et nos potentiſsimis ſæpe claſsibus eductis quoties perterruit? teſtis eſt Gręcia, Dalmatia, & Forumiulium vbi Barbara diu feritas deſæuijt, magnasque in illis prouincijs olim clades paſsi ſumus: Et nunc quoque recens paratur terror, niſi oblatam pacem amplexi in priſtinam, veteremq; cum Solymano ſocietatem coeamus, nec vos Patres conſcripti blandæ Principum Chriſtianorum ſuaſiones ſeducant, ac magniloqua promiſſa, cum inani ſpe occupandi (quod vtinam eueniret) Turcici Imperij, quidam enim ſibi ſomnia fingentes, totum iam Orientem armis perdomarunt, iam Solymanum, Turcaſque omnes, eorum claſsibus, exercitibuſque deletis in triumphum trahunt, qua animi fiducia? quo ſenſu? Patres optimi, hæc tanta perficere cogitatis? veſtris ne viribus? aut Pontificis, Cæſarisque ope? qui vobis fœdere iuncti ſunt? in his profecto haud multum confidite. Pontifex enim exiguas terra, marique vires habet, Cæſaris vero dubia, infidaque auxilia agno-

Nota. ſco, Cuius claſſem ducit Andreas Doria Lygur Genere, natura, & veteri ęmulatione Veneto nomini infenſus: Nos itaque ſoli derelicti Turcorum viribus reſiſtere poterimus? quingenta enim varij generis nauigia ſtatim Solymanus educet, terreſtres quoque ingentes copias parabit, equitatuq; illo ſuo inuicto, nos primos, qui eius Imperio in Græcia, & in Illyrio contermini ſumus, inuadet, Ad commeatuſque, ac rerum omnium penuria mari obſeſſo ipſi redigemur, tum vobis, creditis ne, Pontifex, Cæſarue ſuppetias vllas afferrent? vterque profecto fœderis oblitus res ſuas aget, ac Regnorum ſuorum curam habebit, & nos in ſummo diſcrimine Annonæ, bellique conſtituti tum pacem à Solymano victore intempeſtiuam requiremus, quam nunc ipſe à nobis precario petit, optimiſque eam, ac honorificis habebimus conditionibus, quum nobiſcum ſe hoc tempore Solymanus reconciliare vehementer optet, an cum eo bellum gerere vultis? quo conflato potentiſsima ſtatim Turcica claſsis in ſupero mari aderit, in Gręciæque oram, inde in Adriaticum ſinum delata, quot terrores huic vrbi incutiet? Noua iterum Corcyra obſidione premetur, iterum Dalmatiæ fines armis terreſtribus, maritimiſque Turcorum infeſtabuntur: Et quod grauiori vulnere Rempublicam conficiet, veſtræ triremes, quæ nuper in Aegyptum nauigarunt, interceptæ in Barbarorum poteſtatem venient, ac mercatorum bona, qui Alexandriæ, Berythi, Conſtantinopoli,

Damaſci,

Damaſci, Tripoli, Alepiæ, ac per totam Syriam, & Aegyptum vſque in Carhas negociantur, in prædam agentur, quæ omnia ſupra decies, centena aureorum nummum millia ſummam excedunt: ſed fœderibus ſtandum eſt, rectè ſanè, nec enim fidem violare decet, hæc tamen fœdera nondum tenent, quæ partium ſubſcriptione ad hanc diem non ſunt firmata, ac parum curæ Pontifex, & Cæſar in his ſeruandis, ac bello gerendo adhibent: quin nos tacitè admonere videntur, vt rebus noſtris conſulamus: nec illi, nec quiſquàm Chriſtianorum Principum nouam hanc noſtram reconciliationem cum Solymano ægre ferre debebunt, quū nihil per eam in Chriſtianum nomen, & in Orthodoxam fidem à nobis hoſtile paratur, his igitur omnibus ex cauſis, pacem, ſocietatemque amplectendam eſſe cenſeo: quæ nobis vltro per potentiſsimum omnium Regem tam ſtudioſè offertur: Belloque deinceps abſtineamus, pacem amplectentes, quæ ex Venetæ Reip. dignitate hodie ſancita, nobis quietem, fęlicitatem, ſucceſſusq; ſpondet ſecundiſsimos, vbi Iulius conticuit, præter Grittum Pincipem, qui maximopere pacem optabat. Aloyſius Gradonicus, Franſc. Donatus, Lauren. Bragadenus, M. Foſcarus, conſilio, & prudentia viri ſapientiſsimi, Contareni Sententiam approbantes. Solymani poſtulata, amplectabantur, tum ab his diſſentiens. M. Ant. Cornelius Senator facundus, ac dicendi arte excellens, Turcorum ſocietatem diſſuaſurus, in hunc modum reſpondiſſe fertur. Non poſſum in hac dubia belli, paciſque actione Princeps optime Reipublicæ deeſſe, nec ad præſens reticere ſtatui, licet conſilio, ingenioque minus valeam. Pietatis enim, Religioniſque hæc nimirum cauſa eſt, maximamque continet honeſtatem, quid enim magis Iuſtitię, rationiſque conſentaneum? quàm fœdera, quæ cum duobus ſummis Chriſtiani populi Principibus Pontifice, & Cęſare icta habemus, ſeruare? quam in communes hoſtes Turcas bellum gerere? quo illorum impetus quandoq; reprimatur. Atq; vtinã maiores noſtri, ac reliqui Chriſtiani Principes ſocijs armis Turcorum conatibus antea reſtitiſſent, non vtiq; Othomana domus tantum ſibi Imperium terra, mariq; comparaſſet: ſed dum nimium paci ſtudemus, Barbaræ gentis arma ab vno ad alterum extremi orbis terminum ſecundis ſucceſsibus penè omnia edomarunt, atque in dies maiora ferox hoſtis audet, nuperq; in Adriaticum ſinum cum validiſsima claſſe delatus Calabriã, Appuliamq; ferro, ac igne deuaſtauit, vbi Caſtri expugnato, claſſeq; noſtra fugata, Corcyrã huius ciuitatis, maritimiq; totius Imperij arcẽ, atq; oculum bellico furore oppugnare auſus eſt, qua affecti iniuria vos Patres conſcripti ſtatim cũ Põtifice, & Cæſare in Solymanũ ſocia arma iunxiſtis: cũ quo pacẽ nunc renouare, atq; in eius iterũ amicitiã coire violato fędere meditamini, parum vobiſmetipſis, & Reipu. conſulentes. Pace enim cum vobis inita, Solymanus ſtatim claſſe, exercituq; maiore contracto, terra, mariq; rẽ Chriſtianã inuadet, ac nobis eius ſucceſſus ocioſe ſpectantibus. oĩa

Not. maxima negocia.

M. Anto. Corneli oratio.

facile debellabit,breuiq́ue futurum eſt, vt nouis populis,prouincijsq́ue bello partis,cuncta ſibi reddat ſubiecta.Nouiſsimeq́ue vos aggrediatur. Quibus facile erit(quod Dij immortales omen auertant)poſt accifas, attenuataſq́ue reliquorum Principum Chriſtianorum vires, frenum inijcere: fruſtraq́ue tum fœdera,auxilium,opemq́ue à quopiā implorabitis, quæ omnia nunc vobis paratiſsima adſunt,ſi his vti vellitis. Ecce enim Paulus Sanctiſsimus,& optimus Pontifex proſperis, aduerſisq́ue rebus nunquam (vt ipſe ait) à veſtra ſocietate diſcedet. Idem ſpondet Carolus Cæſar, & iam vterq́ue præpotentem claſſem inſtruunt, quòd ſi veſtræ pariter vires acceſſerint,omnia profecto Veneto,ac ſocio nomini proſpera, & fęlicia auguror:deijcieturq́ue è maris poſſeſsione ferox Turca: atque id ipſum Solymanus veritus pacem ideo à vobis tam demiſſe per Legatos petit,quę prorſus reijcienda eſt.Ac in fœdere perſeuerandum: quod tu Iuli clariſsime,tā diſerte,conſtanterq́ue ſuades,vt violetur,& hanc labem ſanctiſsimo Imperio inijcitur, quæ nullo vnquam tempore amplius ab eius nomine eluetur: quouſq: autem Patres optimi,patiemur.Hæc furens bęllua Turcus omnia deuaſtet? Religionemq́ue Chriſtianā,& Barbaricis armis euertat?& Maomethanis ſuperſtitionibus polluat? resq́ue eò adducta eſt,vt breui Solymanus terra,mariq́ue victor omnia occupabit,niſi quàm primum eius conatibus obuiam eatur.In quo quidem facto,hac præſenti occaſione vtēdum arbitror.Qua nulla vnquam maior ſe nobis obtulit.In domando Turcorum faſtu,in tutandis Chriſtiani Imperij finibus,quos ille ſingulis fere annis tot cladibus,incurſionibus,incendijs deformat,nullaq́ue miſeris Chriſtianis quiete data,nunc Pannoniam inuadit,nunc Tranſyluaniam. Italiæ modo oram maritimam, modo Hiſpanum littus armis infeſtat: eiusq́ue nūc impetum Patres optimi,reprimere cum duobus ſummis terrarum orbis principibus coniuncti nunc abnuitis?fideiq́ue,ac fœderis obliti,ad communis omnium hoſtis amicitiam reſpicitis. Quid immanius? quid magis impium? quam fidem violare? Chriſtianam rem deſerere? Ampliandi quoque Imperij noſtri curam habere licet. Turca enim è toto mari depulſo. In Conſtantinopolim, atque in Aſiam arma noſtra tranſcendent, ac veteres, recenteſq́ue iniurias vlciſcemur: fœdere igitur ſeruato ad dignitatem Reip.pertinere arbitror bellum proſequi.Ex quo victoria ſocio, ac Veneto nomini Deorum Immortalium ope,certa expectanda eſt.Hæc ille:fœdere itaque ſemel cum Chriſtianis Principibus inito. Veneti ex Cornelij ſententia Solymani poſtulata reiecere.Bellumq́ue proſequi paucisſimis ſuffragijs decretum.Ac in eum ſtatim ſocia ſunt arma vndiq́ue mota, abeunteq́ue in Helleſpontum cum claſſe Ariadeno, tum Venetus terra, mariq́ue.Scardonam Turcorum oppidum in Dalmatia ſitū aggreſſus,poſt atrocem dimicationem expugnauit:ſoloq́ue penè illud æquatur. Inde ad Obrouatium caſtra admota,ſub Gabrielis Ripenſis ductu, viq́ue hoſti illata,

Not. fœderis confirmationē.

Scardona capitur.

lata,ad octuaginta Turcorum equites explorandi cauſa ſuperuenere, maioriſque agminis ſpeciem ijs præbentibus.Veneti ſtatim primo aſpectu cō territi ſunt,ac in fugam verſi per campos erabundi, vagique ſine Imperio, ſine duce palantur.In quos ſua ſponte turbatos Turcę vno agmine irruūt, cedituręue à paucis ingens multitudo equitum, peditumque, nullaque ab his defenſio facta eſt.Sed abiectis fędè armis,ad duo millia, & quingēti ex Venetis à paucisſimis hoſtium trucidantur:periereque in his tres triremiū præfecti ex patritio genere,iuuenes,Fr. Lauredanus,Donatus Cornelus,& Paulus Vendraminus,qui in terram deſcenderant,ac pugnādo potius egregie mori,quàm turpem fugam arripere malluerunt. Cum his quoque Hieronymus Batalca Ludouici filius præclarę indolis adoleſcens interficitur, qui ſupra ætatem egregie pugnando hoſtem diu ſuſtinuit,prælongæ tandē lanceę cuſpide à Barbaro per os transfixus glorioſe pro Chriſti fide cecidit, & Gabriel infęlicis expeditionis Dux cum paucis è Turcorum manibus elapſus Iaderam ſe mœſtus recepit, in quem ſtatim Peſarei Imperatoris iuſſu capitali ſupplicio eſt animaduerſum.Pariterque eiuſdem decreto Zacharias Barbarus,Marcus Delphinus,& Petrus Semitecolus perduellionis, peculatuſque ad Corcyram rei ſecuri ſubijciuntur,nec Turcica inde claſsis deſedit,quæ rurſus ab Helleſponto egreſſa ad inſulas Cycladas defertur,ex quibus Aeginam,Andrum,Schyrū,occupauit,& in Illyrijs Zāzachus Boſſinenſis cum magno equitatu Nadinum, & Lauranam oppida munitiſsima adortus dedentibus præfectis in poteſtatem ſuam redegit.Turcorūque adiecit Imperio, ex his Sebaſtianus Sagredus, qui Nadino præfuerat, vbi Venetias acceſsit, Decemuirum decreto capitali ſupplicio affectus eſt: & Victor Superantius Laurane amiſſæ reus abſens perpetuo exilio damnatur. Cliſſa quoque ſupra Salonam oppidum munitiſsimum, cui Ferdinandus Romanorum Rex. Imperabat, fugato, cæſoque tumultuaria pugna Petro Croſitio oppidi præfecto à Turcis capitur.Veneti autem rebus ſuis timentes,quum prępotentis hoſtis viribus grauiter terra,marique prēmerētur. Nullaque à ſocijs Principibus auxilia hactenus tranſmiſſa eſſent, duos ſtatim oratores ad Cæſarem deſtinarunt: qui tum Nizzæ in Narbonenſi Gallia aderat.Legatique fuere Nicolaus Theopulus,& M.Ant.Cornelius, ijſque Cæſar benigne amplexatis,claſſem ſub Doriæ Imperio in Adriaticū breui ſe tranſmiſſurum pollicitus eſt;quæ cum Veneta coniungeretur, vt hoſtis audacia compreſſa fœlicior Chriſtianis rebus fortuna bello aſpiraret.Pontifex quoque maritimis auxilijs Venetum iuuare cœpit, claſſemq; viginti triremium ſub M.Grimani Patriarchæ Aquileienſis ductu in Græciam miſit:vt cum Veneta nuper aucta,& in altum educta, ſe adiungeret, cuius Imperium Vincentio Capellio viro acri, ac nauali arte claro à Senatu demandatum fuerat:interea Turcorum claſsis Aegeum mare peruagata,in Cretam curſum direxit. Cydonemque vrbem diu fruſtra oppugnauit.

No. Venetorū cladē ad Obiouatum.

Gabrielis ſuppliciū & aliorū.

Not. oppida à Turcis capta.

Seb. Sagradus obtrūcatur.

Vict. ſuperātii damnatio.

Legati ad Cæſarē.

Pontificia claſsis.

Vinc. Capellius.

uit. Inde digreſſus Macedoniæ, Epyrriq́ue littus tenuit: & in Dalmatiam Veneti cum copijs Valerium Vrſinum miſſere. Additurq́; ei Legatus Aloy-
Al. Baduarius.
ſius Baduarius vir ſummi conſilij, ſingulariſq́ue eloquentiæ, iterumq́ue ab his Obrouatij expeditio tentata eſt, oppidumq́ue magna Turcorum cæde
M. Grimanus.
expugnatur, ac captum, direptumq́ue euertitur, & M. Grimanus ex altera parte Pontificiæ claſsis pręfectus. Preueſam circa Ambracium Sinum fero citer inuaſit, in oppidumq́ue vi irrumpere eccleſiaſticus ſępe miles conatus à Turcis non ſolum repellitur. Sed ad internitionē pene deletus eſt: vnius
Al. Rimōdus.
tamē Aloyſij Rimondi virtus plurimum enituit, qui triremen ſuam ad oppidi oppugnationem primus agens fortiſsime in Turcas pugnauit, cæterū crebris hoſtilium tormentorum ictibus ad ſexaginta ex Turma ſua nauali viri fortes interfecti occubuere, ipſęq́ue in crure vulnus hoſtili iaculo accepit, animiq́ue ſui intrepidantiá, & noſtris, & hoſtibus pariter admirationi fuit, & niſi Veneta claſsis ſubſidio mature affuiſſet: ingens ea die clades accipienda erat. Corcyrę mox Cęſariana quadraginta triremium, & viginti nauium claſsis ſub And. Doriæ Imperio applicuit, quam Venetus vbi alto
Claſsis cęſaris, áduētus.
adnauigantem vidit, miro gaudio excepit. Coniūguntur q́ue ſtatim ſimul tres claſſes Pontificia, Cæſarea, & Veneta, ſupputatoq́ue numero ſupra du-
Att. Chriſtianorū claſſem.
centæ diuerſi generis naues in Chriſtianorum partibus fuere: ac pene totidem Ariadenus hoſtis habuit: qui vbi claſſem Hiſpanam Corcyram acceſſiſſe certior factus eſt, quam primum in Ambracium Sinum ad Preueſam
No. Turcorū audaciam.
ſe in tutum cum tota claſſe recepit. Inde poſt aliquot dies egreſſus, in altū procedere audet, nec prælium detractat, tum noſtri congredi cum Barbaro mirificce cupientes claſſem inſtruunt: Venetiq́ue præ omnibus prælij cupidine accenduntur, & pugnam expoſcunt: vnus autem Doria (apud quē totius ſumma Imperij erat) à certamine alienum animū habebat, ad eumq́; Capellius inſignibus einctus armis cōuerſus. Ne dubites Imperator inquit
Not. Capellii verba.
prælium hodie capeſſere, quod proſperum nobis Deorum Immortalium ope futurum auguror: primaſq́ue ego prælij partes cum Veneta claſſe expoſco. Vos ſequimini, impetumq́ue omnem, ac hoſtile ferrum hoc pectore: illud dextra tangens, pro Chriſtiani nominis gloria libenter excipere paratus ſum: Hæc Capellius, cuius vigore animi, conſilioq́ue ab omnibus ap-
Att. prælii apparat⁹.
probato. In diem poſterum Doria edicit, vt omnes intenti pugnæ ſignum expectent, claſsiariamq́ue aciem militari ordine inſtruit: Cetheas naues in prima fronte collocat: in quarum robore ſpes omnis victoriæ aſſequendæ reponebatur, poſt eas ſubſequi triremes iubet: ipſe media conſiſtit claſſe: verum quum ventus, qui vehementiſsime ad illam horam proflarat, ſubito reſediſſet. Naues ab vtroq́ue cornu medio mari immobiles pene redditę ſunt, nec in aduerſam Turcorum claſſem impetum facere ſubita maris trāquillitate orta potuere: at Turca, vt paccatos vidit fluctus, Galleonum Venetum aggreditur: cui Alexander Bondimerius pręerat. In defuncti nu-

per

per Bertutij Contareni locum à Senatu ad eum regendum miſſus, pugnaq́; circa Galleonum atrox oritur, multis autem tormẽtorum ictibus aliquot Turcorum triremes, biremesq́ue diſiectæ medio mari demerguntur. Barcia quoque à Turcis oppugnata eſt, quæ Barbarorum impetum fortiſsime ſuſtinuit, omnesq́ue vna voce exclamabant: vt pugnæ ſignum daretur: nũquam tamen Doria aſſenſit, fraudeq́ue id, an metu à Lygure factum ſit: parum compertum habeo: plane autem conſtat, ſi totis viribus, concordiq́ue animo in aciem deſcenſum eſſet, Turcorum claſsis facile deleri potuiſſet, quum ad primum congreſſum Barbarus de fuga cogitaret: nec à continenti multum ſe cum claſſe elongarat, vbi ſi quid grauius accidiſſet, parato effugio omne periculum declinaret: captæ tamen ſunt ab hoſte duę triremes. Quas lento Remigio à cætera claſſe diſiunctas facile Turca oppreſsit, earumq́ue Franciſcus Mocenicus Patritius Venetus, & Ioannes Baptiſta Bibiena natione tuſcus ductores fuere, atque ille ab hoſte interficitur. Hic vero captus in poteſtatem Turcorum venit: quædam etiam naues onerariæ per noctem commeatus plenę ea trepidatione ab hoſte interceptæ ſunt: poſt leue, fortuitumq́ue hoc ad Preueſam nauale certamen, claſsis Turcica, Chriſtianaq́ue in diuerſum abiere: altera Zacinthum verſus profecta inſulam crudeliter deprædata eſt. & in Illyricum altera delata Caſtrum nouum ad oſtium Cathari occupauit: præſidioq́ue oppidum Hiſpani validiſsimo firmarunt: mox Riſano deditione à Turcis facta Veneti potiuntur. Hisq́ue Barbaroſſa auditis, ad Aulonem cũ claſſe reuertitur, vt ſuis ſubſidio adeſſet, cuius ſubito in Adriaticum ſinum acceſſu Veneti nouę triginta longarum nauium claſſem inſtruunt: Præfectusq́ue earũ Hermolaus Maurocenus creatur, vir maritimarum rerum peritia, ac vſu clarus: & Doria è Dalmatiæ littoribus cum Cæſarea claſſe Brunduſium in Hyberna conceſſit. In Helleſpontum autem infeſto anni tempore dum Barbaroſſus nauigat, coorta ſubito ingẽti tempeſtate, multas triremes naufragio amiſsit: Veneta vero, & Pontificia claſsis Corcyram ambæ ſimul ad hybernandum ſe contulere: repulſiq́ue ſunt cum cędę, & ignominia Turcæ à Nauplia, quã diu obſederant: & quum per huiuſmodi rerum motus Grittus ſupra quindecim annos Principatum tenuiſſet: iam Senio confectus, Naturę, fatoque conceſsit: leuiq́ue egritudine die vno correptus, altero præter omnium expectationem interijt: Luxitq́ue eum mœſta ciuitas: funusq́ue decora pompa ad Franciſci ædem honeſtatum eſt. In quo Ber. Nauagerius Principis defuncti laudes elegantiſsima oratione celebrauit. Poſt Grittum Petrus Landus Ducatum obtinuit: ob aduerſamq́ue hoc tempore corporis valitudinem Vincentius Capellius maritimo ſe Imperio abdicauit: ſtatimq́ue in eius locum Ioannes Maurus abſens eligitur, qui pauloante in Cretam ad inſulæ præſidium cum armatorum manu Senatus iuſſu adnauigarat: is vero vix terræ appulſus in morbum incidit: quo paucis diebus è vita exceſsit, eo defuncto,

Pugna circa Galleonũ, & Barciam.

Doriæ incerta mẽs.

Fr. Mocenici interitus.

Caſtrum nouũ captum.
Riſani deditio.

Her. Maurocenus.

Pet. Landus Dux. lxxviii. 1538.

Io. Mauri interitus.

Th. Mocenicus. eo defuncto, Thomæ Mocenico maris Imperium demandatur, qui ſtatim ad claſſem in Dalmatiam profectus eſt: poſt modum Laurentius Grittus Veneti Senatus nomine inducias in tris menſes cum Solymano Turcorũ Rege paciſcitur: miſſuſque eſt ad eas confirmandas Conſtantinopolim Pe- Pet. Zen°. trus Zenus, vir grauis, prudens, & Turcicæ linguæ peritus, quo induciarum tempore viginti quinque Turcorum biremes in quattuor Venetas longas naues haud procul à Corcyra impetum fecere, duabusque earum oppreſsis reliquæ ne perfidus hoſtis iis potiretur, nautis in proximum littus expoſitis, Noæ triremes captæ. demptiſque armamentis, à Veneto medio mari comburuntur, pręfecti autem triremium captarum fuere. Fracíſcus Grittus, & ciuis dalmata, ex Pharo ſocia vrbe oriundus: alij duo Hieronymus Zane, & M. Carolus Contarenus amiſsis incendio triremibus, quas ſponte flãmis, vt ſupra diximus, ab- Vrbini D. interitus. ſumpſere: incolumes Venetias ſunt reuerſi: ac per hos dies Fr. Maria Vrbini Dux, Venetique exercitus Imperator ex humanis migrauit, miſſuſque Fr. Sanutus. eſt ſtatim à patribus Franciſcus Sanutus orator Piſaurum ad Guidobaldũ filium, qui publico nomine de obitu fortiſsimi viri patris ſui condoleret: iuuenemque conſolaretur, celebratumq; eſt viri illuſtris funus Venetijs in Gemellorum æde, vbi Princeps, Senatusq; frequens officij gratia affuit: & de eius laudibus Laurentius Contarenus Patritius eruditiſsimus funebrem orationem habuit: & Petrus Zenus dum Byzantium peteret, medio itinere diem extremum obijt. Alteraq; ſtatim legatio decernitur, eamque Tho- Th. Contarenus. mas Contarenus licet inclinata iam ætate eſſet, libens ſtudio iuuandæ patriæ ſuſcepit. Interim Solymani Regis iuſſu Barbaroſſus cum præpotenti claſſe in Adriaticum Sinum delatus ad Caſtrinoui oppugnationem recto curſu contendit: oppidum autem ſupra tria millia Hiſpanorum præſidio tenebant, quod ex fœdere ad Venetos ſpectabat, illud tamen violenter Cæſariani ductores Hiſpano nomini vendicarũt, ad oppidum itaque recipiẽdum Turca claſſem ex Helleſponto furibundus duxit, expoſitoque in continentem milite, triremibusque admotis terra, marique oppidum aggredi tur, pluriesque certatum cum fęda ambarum partium pernicie: vltimo tan dem conatu Turcæ ingenti armatorum multitudine in oppidum irrupere: tum ferro paſsim Hiſpani cadunt, pauciſsimosque ex his Barbarus iratus Caſtrum nouũ Turcæ expugnant. ſeruauit: magnaq; huiuſcemodi Caſtrinoui expugnatione Cæſar clade affectus eſt: quum plurimi inſignes armorum ductores. Hiſpanęque totius militiæ flos vnius horę momento occubuerit, eorumque militum magna pars cęſa fuit, qui pauloante Romanam vrbem tam fęde diripuerãt, vt merito hanc illis cladem Deorum ira eueniſſe omnes iudicarint. Inde Riſanum Turca voluntaria deditione à Veneto recepit. Catharum quoque ab Ioan. Matthęi Bẽbi virtus. hoſte tentatum, vbi Ioan. Matheus Bembus vir conſtantis, magnique animi præturam gerebat: intrepidanterque is militaria munera circa męnia obiens hoſtem telis, tormentiſque ſummouit: itaque altera die Barbaroſ-

ſus

ſus ab vrbe, quam egregiè præſidio firmatam cognouerat, claſſem abduxit,& dum ille per Illyricum vagaretur, Veneti Barbaræ gentis vicinitate commoti decem maiores triremes armandas curarunt, eiſq; Iac. Michaelem Auunculum meum virum ſpectatę virtutis, ac naualis diſciplinę Gnarum præficiunt. Et Byzantij Laurentius Grittus pęſtilentiæ lue infectus ſubito interijt, qui cum Thoma Cōtareno Oratore apud Solymanum Regem Reip. negocia diu prudenter procurauit. Morsq; eius Senatui merito acerba fuit: Poſtea Alphōſus Vaſti Princeps à Cęſare ad Venetos Legatus venit, quos iam bello feſſos ad antiquam Turcorum amicitiam reſpicere fama erat, Patreſq; hortatus eſt, ad perſeuerandum in fędere nuper icto. aduerſus Turcas, ſocijsq; armis rem Chriſtianam iuuarent: Venit & à Gallorum Rege Henibaldus Legatus qui Reip. ſocietatē expetebat. vtriq; à Senatu reſponſum eſt. Venetos quod ex Chriſtiani nominis, ac Reip. dignitate foret: omni tempore facturos, nec quicquàm innouaturos, quod Regias Maieſtates, & Chriſtianam rem vnquàm offendere poſſet, duoq; ſtatim Oratores à Senatu delecti ſunt, qui ad Cæſarem, & ad Regem proficiſcerentur: Oratoreſq; fuere Antonius Capellius, & Vinc. Grimanus, quorum illi Hiſpanica: huic Gallica demandata eſt Legatio: ac publico nomine poſtulatum, vt in Turcas arma vterque indueret, ad Venetam rem terra, mariq́ue coadiuuandam, quæ præpotentis hoſtis viribus valde premebatur, & quum Thomas Contarenus è Byzantio re infecta ob iniquas conditiones in patriam redijſſet: Paulopoſt Veneti per Aloyſium Baduarium Oratorem de pace cum Solymano agere cœperunt, ad quam firmandam, ineundamq́ue magno ſtudio ferebantur, vt ciuitati fame laboranti conſulerent, & bellando cum potentiſſimo hoſte iam finis imponeretur: quatenus res eò adducta erat, vt nec à Pontifice, nec à Cæſare auxilia vlla ex fœdere mittebantur, Quin commeatus, ac frumenta precio ſæpe negata, fraudeq́ue ab Hiſpano quandoq́ue intercepta: Annonæ itaque extrema caritate impulſi pacem cum Solymano componere Veneti maturarunt: cui Nauplia, & Epidaurus in Peloponeſſo oppida traduntur, ad tercentumq́ue ſeſtertia ſoluta: Bellumq́ue acerbis conditionibus grauiſſimum eſt depulſum: ſed magna ſtatim tritici copia ex Aſia auecta vrbem repleuit: quæ ad ſummam pennuriam iam deuenerat: ac nulla vnquàm maior poſt hominum memoriam fuiſſe dicitur: Pace Solymanus cum Venetis firmata, contractis ſtatim ingentibus copijs aduerſus Ferdinandum Romanorum Regem in Pannoniam tranſijt: vbi res variæ bello geſtæ ſunt: & in Danubio claſſes concurrere, Pannoneſq́ue terra, & aquis vincuntur, venereq́ue in Turcorum poteſtatem Strigonia, & Peſtum, aliaq́ue oppida, hæc vi, illa deditione occupata: Vienæ quoque expeditionem hoc victoriæ curſu Barbarus facere ſtatuerat: ſed per aduerſas tempeſtates, ac anni tempus expeditio omiſſa: Cæſar autem audito

Iaco. Michael.

Laurentii Gritti obitus.

Legatio Cæſaris, & Gallorum Regis.

Reſponſum.

Legati Veneti.

Al. Baduarius.

Pax cum Turca, & eius conditiones.

Bellū in Pannonia.

LLl Pannonico

Pannonico motu in Italiam properauit, vt inde auxilijs contractis fratri opem ferret. Ac dum per Italiæ vrbes iter faceret, Imperatoriam celans Maieſtatem atra in penula, viliq; Pileolo ſpectandum ſe præbuit: & è Pannonia Solymanus cum victore exercitu Conſtantinopolim reuerſus eſt; tum Cæſar Luccam profectus cum Pontifice in colloquium venit: & Veneti officij gratia ad Cæſarem quatuor Oratores miſſere, Ioannem Anto. Venerium Equitem, Nicolaum Teupolum Iuriſconſultum. Marcum Ant. Contarenum Equitem, & Vincent. Grimanum Procuratorem, diuq; cum Pontifice ſermone habito, Cæſar in Aphricam cum claſſe traijcere ſtatuit: vt Algerium Pyratarum receptaculum (quod olim Cęſarea appellabatur) expugnaret; Chriſtianosque à miſerrima ſeruitute liberaret, quorum prope infinitus erat numerus, atque ita media hyeme Cæſar cum inſtructis copijs in Aphricam traiecturus claſſem aſcendit, ac ex Hetruſco ſoluens littore in Corſicam nauigauit, inde in Lybiam traſuehitur, copiarumque parte in terram expoſita Algerium verſus ſigna ferri cœperant: Et quum totis viribus oppidum Cæſar aggredi parat, repente turbato cœlo ingens oritur tempeſtas, claſsiſque Hiſpana tota procelloſo mari iactatur, plurimæque triremes, ac onerariæ naues littoribus alliſæ periere: Tum in naufragam militum, nautarumque turbam Barbari Duce Aſenaga coorti, impetum faciunt, trucidantque æque omnes, ac ferro vndique ingens Hiſpanorum multitudo cadit, & copiæ quæ in continentem expoſitæ fuerant: vi frigoris, hymbrium, aquarumque inundatione penè delentur, crebris quoque eruptionibus Mauri, Arabeſque, huc, illuc vagos, pallanteſque Hiſpanos fatigabant. At cunctis Cæſar periculis occurrens ſæuientis fortunæ impetum incredibili animi magnitudine ſuſtinuit: in maioreque metu verſabatur, ne cõmeatus deficerent, nauibus cibarijs onuſtis à terra tẽpeſtate abreptis: Deorũ tamen immortaliũ ope factum eſt: vt miteſcẽte vẽto mare ſubitò tranquillũ redderetur, Decreuit itaq; Cæſar Algerio, & Aphrica relicta, quã infauſte tentarat: copias, claſſemq; abducere, & in Hiſpaniã reuerti, ad Methaphuſiũ itaq; promõtoriũ claſſe cõſcẽſa rurſum hęc ſecũda nauigatio ex vulturno, & euro turbatũ habuit mare: iactataq; eſt alto claſſis; in Syrteſq; penè impacta perijt, equiq; bellatores ad leuãdũ nauiũ onus in mare proiecti, qui altis capitibus, ſuperbiſq; iubis vaſto pelago adnatantes (viſu profectò miſerabile) in terrã euadere fruſtra enitebantur: ſubmerſoſq; omnes æſtuans mare deglutiuit: Poſt ſęuã demũ iactationẽ, ac maris Nauſeam incolumis ad Carthaginẽ nouã Cæſar ex Holchachite ſinu cum tota claſſe Hiſpanũ littus tenuit: periere autẽ duplici tẽpeſtate ex tota illa Cæſariana claſſe ad ſeptuaginta maiora, minoraq; nauigia partim fluctibus demerſa, partim littoribus, ſcopuliſq; proximè illiſa, multi quoque frigore, geluq; enecti, inter quos Marinus Iuſtinianus Orator Venetus fuit: qui Cæſarem in bello ſequutus fatum euitare non potuit: Deceſsitque

Cæſar cũ claſſe in Aphricã tranſit.

Not. tempeſtatis vim.

Nota ingens naufragium.

Veneti oratoris interitus.

dum æger medicaméta nulla in Barbarico ſolo inueniret, & in eius locum Oratorem Veneti ad Cæſarem miſſerunt, Nic. Pontium, Vtini tunc præſidem: quem Locumtenentem appellant: Maranumq́; in Italia ſub id tempus à Ferdinandi Regis poteſtate furtim ademptum Gallus occupauit: qui poſtea Venetis oppidum triginta aureorũ nummum millibus receptis tradidit; Ad illiuſq́; ſtatim loci cuſtodiam à Senatu Alexander Bondimerius vir fortis cũ valido militum preſidio miſſus eſt: Marano in Venetorum poteſtatem redacto Ferdinandi Regis populi qui finitimi oppido erant, culpam in noſtros referentes incurſiones magno armorum ſtrepitu in Venetos fines hoſtiliter parabant, ſed Nic. Pontij prudentia, qui (vt diximus) Vtino præerat, ab armis cauſa melius cognita, temperatum: Miroq́; opere poſtea medio Vtini foro Pontius fontem erigẽdum curauit: ac magna ea in re vſus diligẽtia Aquęductus, & Tubulos ſubterraneos, per quinq́, paſſuum millia extrui iuſsit: quibus irriguę aquę in fontẽ perpetuo curſu influerent: opus quidem priſcę antiquitatis Romanæ: In Legationem poſtea demandatam Põtius profectus ſingulare in ea prudentię, & ingenij ſpecimen dedit: Mox Ianusbei Solymani Legatus Venetias acceſsit: Patribuſq́; egregia belli facinora nunciauit, quæ nuper Solymanus Rex in Pannonia ædidit: magniſq́; is poſtea muneribus donatus Cõſtãtinopolim reuerſus eſt, & ad ſedãdas cõtrouerſias, quę ſępenumero de finibus in Dalmatia inter Turcas & Venetos oriebãtur, Senatus iuſſu Vinc. Centanus eò profectus rẽ omnẽ prudenter cõpoſuit, & Pontifex vt Chriſtiano nomini conſuleret, Cæſarem, & Gallorum Regem diu inter ſe bello digladiantes placare nitebatur, Itaq́; Gaſparem Contarenum Cardinalem patria Venetum virum Philoſophię, ac ſacrarum literarum cognitione inſignem, Legatum ad Cęſarem miſit, & Iacobum Sadolettum Cardinalem itidem magna virtute præditum in Galliam ad Regem deſtinauit, vterq; vero Legationem iniunctam ſingulari prudentia adminiſtrauit, à bello nihilominus ad pacis ſtudia Regum animi minime auerti potuere: Et Venetijs hoc tempore ingens motus ſequutus, nam quum Decemuiri, publicos miniſtros miſiſſent, vt aliquot honeſtæ conditionis viros cõprehenderent: qui proximo bello Turcico plurima Senatus Archana propalaſſent, atq́; illi periculo permoti in ædes Epiſcopi Rhodenſis Oratoris Gallici clam auffugiſſent, ad quos miniſtri profecti inde eos Magiſtratus iuſſu extrahere vellẽt: nũquàm Gallus Orator paſſus eſt, vt rei è penatibus ſuis abducerẽtur, tũ ex Triumuiris Aduocatoribus vnus, qui fuit Bernardus Georgius vir integritate vitæ, & Poeticæ facultatis ſtudio clarus eò acceſsit: Ac ampliſsimi Magiſtratus poteſtate homines ſibi tradi poſtulauit: Galli autem ex Legati comitatu ſpreta Triumuiri authoritate, non ſolum obſequium præſtitere, ſed etiam vim attentare auſi ſunt, tota proinde vrbe tumultuatum, impleturq́ue extemplo Duce Alexandro Contareno armatis forum: Et ad Aedes Oratoris

Nic. Pontius.

Marani receptio.

Ianusbei.

Gaſp. Cõtaren⁹ cardinalis.

Iac. Sadoletus car.

Nota motum.

Bernard⁹ Georgi⁹.

Rhodenſis in Diui Moyſis vico accurritur,minisque,& ſtrepitu turba furibunda circũfremit:vimque in legatum parat,ni ſontes pruducantur,acceſſit & Vincentius Grimanus multitudine fabrorum naualium ſeptus, omniumque animi in vindictam accenſi erant,tum ille furorem populi pertimeſcens,reos in triumuiri manus tradidit:Hi autem fuere Ioannes Fr. Valerius Venetus ex damnato coitu natus, ſacerdotioque inſignitus, & Auguſtinus Abondius Veronenſis,qui ſtatim quæſtione adhibita dum torquerẽtur:crimẽ faſsi ſunt:ſceleriſque ſocios Mapheum Leonum Senatorem,qui triumuiratum geſſerat,vnaque Bernardum Capellium æque nobilem, ac Conſtantinum, & Nicolaum Cauatium ambos à ſecretis nominarunt: à quibus illi publicas res,Senatuſque Archana edocti Gallorum Regi, exteriſque Principibus per occultiores literas,nũciosque omnia ſignificabant: pecuniaque Regia corrupti per hunc modum diu Venetæ Reip.ſunt inſidiati,proinde Decemuirum decreto Valerius,Abondius,& Cauatius inter geminas columnas laqueo ſuſpenſi necantur: At Leonus,Capellius, & Cõſtantinus Cauatius abſentes perpetuo tota Imperij ditione exilio damnati ſunt:decretique ex publico in ſingulorũ capita percuſſori mille aurei: mulcta quoque Leono grauior addita:cuius liberi,poſterique in perpetuũ patritio ordine priuati ſunt:bonaque in publicum redacta: & hæc domi: in tranſmarinis autem Græciæ oris Turca claſſem,exercitumque parabat: Venetique ſubitos fallacis gentis motus timentes maritima & ipſi arma ſtatim contrahunt:ſexagintaque triremium claſsis inſtruitur: eiusq; Imperiũ Stephano Theopulo viro magnis rebus geſtis claro commiſſum: & quum Cæſar fędus cum Britannis aduerſus Gallorum Regem inijſſet: ex Hiſpania profectus Genuam conceſsit:ad quem oratores Veneti Carolus Maurocenus procurator,Gabriel Venerius,Ludouicus Falerius, & victor Grimanus honoris,officijque gratia congratulabũdi aduenere: exceptiq; ſunt à Cæſare multa comitate:atque ex Legatis Victor Grimanus his Cæſarẽ allocutus dicitur. Optime, & inuicte Cæſar Carole. Veneta Reſp. de tua incolumitate plurimum lætatur,& quum in Italiam deſcendens Venetos fines attigeris. Ecce nos ſtatim oratores elegit: qui tibi officij gratia huc vſque delati obuiam prodiremus:Senatuſque id in primis nobis mãdauit: vt tuæ Maieſtati quicquid Imperij,quicquid opum Italiæ ſolo poſsidet:ad tuum commodum,vſumque oblatum eius nomine per nos traderetur:ita enim beneuolentiæ,ac obſeruantiæ conuenit.Qua Maieſtatem tuã Reſp. noſtra Auſtrij Generis cultrix proſequitur:dignumque,ac ęquum eſt:id facere:quum Auguſtiſsimis ortus Natalibus late terra, marique ditione polleas,maximiſque rebus geſtis Romanum ſupra omnes Cæſares,qui ante te fuerunt,auxiſti Imperium:tuamque hanc fęlicitatem Dij tibi Carole perpetuo ſecundent:vitamque præſtent diutumam,& tranquillam:cum Chriſtianę fidei,ac Romani Imperij incremento,& gloria:ad ea Cęſar in Legatos

Not. ſontes.

Not. reorum damnationẽ.

Stephanus Teupolus claſ. Imp.

Veneti Legati.

tos conuerſus,pauca ſubiecit:gratijſque Senatui actis Venetam omni tem pore amicitiam ſe conſtanter culturum pollicitus eſt:& claſsis Othomanica in Lyguſticum delata pelagus.Nizzam in Gallorum gratiam(cum quibus Solymanus fœdus percuſſerat)aggreditur:oppidumque præter arcem Turcæ occuparunt:terreſtri quoque exercitu Pannonia eſt vexata: cuius maiorem iam partem Solymanus ſolito arridentis fortunæ curſu in ſuam poteſtatem redegerat:Nizza poſtea incenſa,& direpta. Tholonum in portum Barbaroſſus cum tota claſſe ad hybernãdum ſe recepit:eo conſilio, vt vere primo maritimos Hiſpaniæ ditionis fines claſſe infeſtaret: & in Italia circa Pedemontanam regionem bellum inter Hiſpanos, Galloſque ingẽs ardebat:ad quod reſtinguendum ſuam Pontifex interpoſuit authoritatẽ: miſitque ad ambas Maieſtates nepotem ſuum CardinalemFerneſium, vt vtrunque Principem ad cõcordiam,& pacem perliceret, verum obduratis animis,nil actũ eſt:& dũ Gallorũ Regis Franciſci Legatus. Antonius Rinco ex allobrogis Venetias peteret, vt inde ad Turcum Byzantium ſe cõferret,per occultas inſidias.In pado quo nauicula ſecundo fluminis curſu ferebatur,ab Hiſpanis interficitur. Interea concilio Cæſaris iuſſu ad Spiram in Germania indicto.Gallorum Rex grauiſsime accuſabatur, quòd ſocia cũ Turco Chriſtiani nominis hoſte arma coniunxiſſet:claſſemque infidelem amice aleret, ac in portus, oppidaque Galliæ natio effera admitteretur. Proinde totius pene Germaniæ conſenſu bellum in Tureas,Galloſque decretum eſt:Cæſarique firmiſsima auxilia promiſſa. Spirenſem igitur hunc motum Rex perpendens,veritusque,ne Germaniæ populi, liberæque ciuitates in vnum aduerſus ſe coirent:& Rex Britanniæ Cęſaris ſocietatem ſecutus Galliam inuaderet:Pontificem,& Venetos, miſsis legationibus ad arma ſecum iungenda ſollicitabat,nouiſsime Hyppolitus Cardinalis Ferrariæ ad Patres profectus Francorum Regis nomine eos orare, obteſtariq; cœpit,vt quando inſatiabili dominandi cupidine Cęſar teneretur,ad Monarchiamque aſpiraret:vellent Veneti coniunctis cum Rege armis imminenti periculo mature occurrere:reſponſum eſt:Maxime Venetos dolerę, quòd ambę maieſtates tam atroci inter ſe bello agitarentur:verum patres nec poſſe,nec debere,ſalua Reip.dignitate pacem, quam cum Cęſare habent,tam impudenter violare,quòd ſi ingrato reſponſo Regię offendãtur aures.Venetos Gallus excuſatos habeat:qui fidem ſeruare ex maiorũ inſtituto ſemper cupiant:culturum autem omni tempore amicam ciuitatem Gallicum nomen,fidemque,& obſeruantiam erga Regem Venetos perpetuo,conſtanterque ſeruaturos:atque cum his Cardinalis dimiſſus Romam petijt. Pontificiſque ſimiliter animo fruſtra tentato. In Galliam reuerſus eſt:poſt hęc bello tota Pedemontana Regio agitabatur.Ductabatq; Gallorum exercitũ Obiginius ex Belgarũ proceribus vir fortiſsimus, qui multa oppida armis cœpit.Carignanumque poſtremo obſedit.vbi Pyrhus columna

Fęd. Gallorum cũ Turca.

Bellũ i Sabaudia.

Cardinalis Ferneſius.

Hippolitus Cardinalis.

Senatus reſpõſum.

Carignani obſidio

lumna cum valida Hiſpanorum manu ad cuſtodiam aderat,aliquandiuq; oppidum tutatus tandem viribus hoſtium fame inualeſcente cedere videbatur.Iccirco Vaſtenſis Marchio è Mediolano cum decem armatorũ millibus digreſſus in Pedemontanam Regionem ſubito venit, vt ſuos cõmeatu,ſubſidioq́ue leuaret:tum Obiginius parte copiarum ad Carignani obſidionem relicta cum reliquo militiæ Gallicæ flore in hoſtẽ ferociter vadit: & circa Cereſolam vicum collatis ſignis, vterq́ue exercitus cõflixit : acerq́; & ſanguinolentus congreſſus primum fuit. Aduerſæq́ue acies ſub duobus fortiſsimis ducibus inſignem pugnam ædebant. Acriori tamen Cathafractorum equitum impreſsione Gallus Hiſpanũ loco ſummouit, atque ab omni parte grauatum profligat:plurimiq́ue & in acie,& in fuga Cæſariani periere:ſupra enim quinque millia ex his deſiderata ſunt, & ex Gallis ſeptingenti,& amplius interfecti. Sauciorum quoque ex vtraq́ue parte ingẽs fuit numerus,& Marchio Vaſtenſis citato curſu cum paucis Carmignolã primum,inde Vercellas ſe recepit,atque alij fuga diſsipati per vicina oppida dilabuntur:nec multos poſt dies. Quum Pet. Stroccius Florentinus qui Gallicas ſequebatur partes, vir ſingulari fortitudine, infeſtiſsimoq́ue in Hiſpanam gentem odio magnam militum manum circa Mirãdulam cõtraxiſſet:in Pedemontanam Regionem ſubito mouit, vt Obiginij copijs iunctis grauiore belli mole hoſtem fatigaret: ad eius autem tranſitum impediendum Vaſtenſis exercitu nouò educto haud procul à Placentia conſedit. In appropinquantemq́ue cum inſtructa acie Stroccium impetum facit,ſtatimq́ue pugna atrox conſeritur, quæ varios, dubioſq́ue conatus diu habuit:Hiſpaniq́ue pro demenda recentis cladis ignominia vires omnes intendunt:contra Galli ad retinendum anteacte victoriæ decus cõnixi pugnam ferociſsimã cient. Poſtremo Cæſariani ſub Vaſtenſis, Salernitaniq́; Principis ductu cunco facto inferũt ſe ſe magno impetu in aduerſam aciẽ proſternuntq́ue Gallos cæde,ac vulneribus, vertunturq́ue illi continuo in fugam:& Stroccius vſque ad vltimum euentum pugnæ intrepide moratus quum vim hoſtium reprimere diu fruſtra tentaſſet:è media tandem cæde cum paucis Placentiam profugit:inde iterum vir inquieti animi Mirandulam ſe contulit,ac conſcriptis aliquot peditum Centurijs in Allobrogas per inuios ſaltus tranſijt:Obiginioq́ue coniungitur:qui Carignano deditione recepto,ad alia Sabbaudiæ oppida caſtra admouit:at Cæſar ex altera parte è Spira ciuitate cum inſtructiſsimis copijs profectus, quibus Ferrandũ Gonzagam claſsimum belli ducem præfecerat, Galliam verſus iter arripuit, vt domeſtico bello implicitum auerterent ab Italiæ finibus hoſtem : Britanniæ quoque Rex ad Calectum cum copijs mare tranſgreſſus. Galliam inuaſit. Montiroloq́ue ſub primum acceſſum capto, ad Boloniam caſtra poſuit:& Barbaroſſus veris initio claſſe è Tholoni portu educta, ad Lyguſtica littora peruenit:ijsq́; magno omnium terrore excurſis, in Siculum inde fretum

Hiſpanorum clades.

Pet. Stroccius.

Gallorũ clades.

fretum tranſmiſit: ac dextra, leuaque prædabundam claſſem agẽs Telamonam, & Portum Herculem Senenſium maritima oppida in ſuam redegit poteſtatem: atque hinc digreſſus Polycaſtrũ, & Lyparim occupauit: multaque infanda in Deos, hominesque perpatrando, fœdiſsima clade Chriſtianam rem afflixit. Oppidisque incenſis octo millia captiuorum in ſerui tutem Conſtantinopolim abducta ſunt: atque hoc tempore Cethea vaſtæ magnitudinis quæ cognominabatur Luna, mercibus precioſiſsimis onuſta. In Syriam nauigatura: circa Auguſtianos Scopulos haud procul à Raguſio non tam vi tempeſtatis, quam Nautarum imperitia in profundũ demergitur: perieréque vndis abſorpti hi patritij adoleſcentes. Qui in negociationem de more exierant. Fr. Contarenus, Th. Mocenicus, Hier. Zane, Vinc. Teopolus, Angelus Lolinus, & Tribunus Memmus, & cũ his plurimi alii tam nautę, quàm mercatores: ad quadringenta autem aureorum nummum millia hoc naufragio ciuitas amiſit. Mox Cæſar quum in Gallias exercitum induxiſſet: ſuperato ponte Rhodano duo oppida Lygui, & Sandreſium aggreſſus expugnauit, ac ferro, & flãma totius Regni fines depopulatus eſt: progreſsique vlterius Cæſariani prope Cabbilunum ad Sequanam fluuium caſtra ſunt metati, tum Rex ſtatim vires totius Galliæ in vnum contrahit: in hoſtemque vadens ſigna prope eius vallum conſtituit: duarumque inuictiſsimarum gentium caſtra ita vicina erant, vt tubarũ cantus, armorumque vtrobique exaudirentur ſtrepitus: omniumque animi in pugnam ardebant: ingensque vertebatur diſcrimẽ. Ac Gallo, Hiſpanoque ea dies vel ablatura, vel ſtabilitura erat Regnum: Deorum autem clementia factum eſt: vt procurantibus Grimano, Moronoque Cardinalibus antea à Pontifice eò miſsis, commeantibusque ea caſtrorum vicinitate citro, vltroque nuncijs, Pax ſubito inter Cæſarianos, & Regios ſanciretur: cõſcriptiſque legibus ab armis diſceſſum. Quo temporis ſpacio Britanni Boloniam in Galliæ finibus vrbem occuparunt: & Pontifex vt res fidei in Germania componerentur: quæ hæretica labe non parum deprauata erat: noua ſanctione concilium Tridenti cõfirmauit: quod antea ſuſpenderat, eiq; Pontificis nomine præſidere tres Cardinales, Sanctę Crucis, de monte, & Pollus, viri doctrina, & prudẽtia inſignes, affuit & à Cæſare Diegus de Mẽdoza, qui tum apud Venetos legationis munere fungebatur, aduenereque etiam complurium Principum Legati ex tota ferme Europa, multaque à viris eloquentiſsimis dicta, diſputataque ſunt: ſed nil omnino ſancitum, immutatumque ex priori ritu: atque ita re infecta concilium diſſoluitur: poſtea conuentus Germanorum procerum apud Vormatiam indictus eſt: vbi Ferdinãdus Romanorum Rex, & Cæſaris nomine Grãuellius, multique alij affuere ex Germania, Pannoniaque viri illuſtres, veritusque Ferdinandus ne Turcorum Imperator totis Aſiæ viribus in Auſtriæ, Viennæque expeditionem primo vere exiret, ſtatuit ex totius conuentus decreto.

Claſsis Turcorũ geſta.

Not. lunę nauis naufragium.

Not. vicinos conſl. exercitus.

Pax.

Concilii Tridentinum.

to. Pacem per Legatos, vel ſaltem inducias petere: atq; huius rei cauſa mittitur Conſtantinopolim Hieronymus Adumus natione Genuēſis orator ad Solymanum: At ille quum primum Byzātium appulit, pęſte correptus. Extremum vitæ diem obijt: Legatioq́ue altera decreta. Quam Nicolaus Siccus ſuſcepit: triremiq́ue Veneta in Thraciam aduectus, cum Solymano Ferdinandi nomine annuas inducias pepigit: nouum poſtea Patres Nic. Geno authore decretum tulere: vt centum triremes in Arſenatu (vt patrio verbo vter) inſtructæ, paratæq́ue continuo adeſſent, vt his ad omnem belli motum Reſp. vti poſſet: inſtitutumq́; eſt ob id collegium viginti nobiliū: qui maritimarum rerum peritiſſimi in ciuitate haberentur: ad ea mature agenda: quæ ad naualis rei curam pertinerent: & quum Ducatui Lādus ſex annos, & decem menſes præfuiſſet, ex humanis fatali hora emigrauit: Sepeliturq́ue in Diui Antonij Sacello: vbi viuens tumulum ornatiſſimum erexerat: circa quem duæ marmoreæ inſigni opificio viſuntur ſtatuę, quarum vna maris Imperatorem: altera vrbis Principem Landum repreſentat. In cuius funere habita eſt à Michaele Barotio patritio doctrina claro luculenta, elegansq́ue oratio. Eo defuncto Fr. Donatum Senatorem ſingulari eloquentia præditum Ducatu Ciuitas inſigniuit: ac per id tempus Guidobaldus Vrbini Dux copiarum gubernator à Senatu eligitur. Venetiasq́ue acceſſit, cui Imperatoria ſigna in Diui Marci æde per manus Principis magno populi applauſu tradita ſunt: & in Hiſpania Dux Aurelianenſis Gallorum Regis filius minor natu immatura morte præreptus è vita exceſsit, venenoq́ue extinctus in alieno ſolo fuiſſe creditur: quum ad illum poſt Cæſaris obitum Flandriæ pars, ducatusq́ue Burgundiæ dotali iure peruenirent. Aurelianenſi itaque in flore ipſo ætatis ex humanis abrepto. Pax inter Cęſarem, & Regem, turbata eſt, ac bellum renatum: & Galli Boloniam poſt multos obſidionis labores à Britannis ingenti auro appenſo, recepere: hac etiam tempeſtate dum Cenetenſes ad Senatum de Cardinalis Grimani inſolenti, iniuſtoq́ue Imperio quæſtum veniſſent: Venetamq́ue in tot malis clementiam, opemq́ue imploraſſent: cenſuere Patres, vt temporalis Cenetę dominij ius à Cardinale ablatum, ſicuti iam centum ab hinc annis in Senatus libera poteſtate fuerat, ad Venetos rediret: comitijsq́ue ſtatim habitis. Iacobus Surianus Prętor Cenetę creatur: qui ingēti populi illius lętitia, plauſuq́ue exceptus Veneti Senatus nomine vrbis adminiſtrationem ſuſcepit, huius autem rei nouitate Cardinalis vehementer commotus acerbiſſimam continuo ad Pontificem querellam detulit. Venetosq́ue incuſauit: quòd nulla habita Apoſtolicę dignitatis ratione vrbem Eccleſię tam temere occupaſſent: tum Pontifex iniuriam non tulit: effecitq́ue, vt Veneti abrogato priore decreto. Cenetenſem rem in integrum reſtituerent: atq; ita Cardinalis priſtina ſua iura in ea vrbe recepit. Quod à Senatu in Pontificis gratiam factum fuit: ipſęq́ue paulo poſt Cardinalis è vita exceſsit, vir potius

Hie. Adumus. — Nic. Siccus. — Not. decretum. — Fr. Donatus Dux. lxxix. 1545. — Cardinalis Grimanus. — Not. Senatusconſultū de Ceneta. — Iac. Surianus.

tius ſecularibus,quàm ſacris rebus aptior:in eius autẽ locum Michael à Turre Vtinenſis Cenetæ Epiſcopatum eſt cõſecutus. Et Cæſar noua expeditione tentata,in Lutheranos copias eduxit,liberaſq; Germaniæ ciuitates primum aggreditur:quæ ſtatim inter ſe inito fœdere vires, copiaſq; maximas contrahunt:communiq; Germanorum procerum cõſilio ſumma Imperij Philippo Lanthgrauio tradita eſt: apparatuſq; armorum vtrobiq; ingens factus:in ſubſidium autẽ Hiſpanorum Põtificiæ copiæ ſub Cardinalis Farneſij,& Alexandri Vitellij auſpicijs in Germaniã venere, leuiaq; inter partes commiſſa ſunt ſæpe certamina, in hiſq; ſemper ferè Germanis proſper fuit euẽtus. Ac per id tempus vir Patritius Mapheus Bernardo,qui opibus, fortuniſq; ampliſsimis longè primus in ciuitate erat, maximaque in totius orbis emporijs negocia pertractabat,ob perduellionis crimen publicè proclamatur:dieſq; octo conſtituuntur,ad diluenda obiecta. At ille iudicium declinans ex vrbe cum duobus famulis profugit, ac Rauennam ſe cõtulit: vbi paratis inſidijs doloſè ab vrbe educitur, ac circa Pineam à tribus Siccarijs multis vulneribus confoſſus crudeliſsimè iugulatur. Cadauerq; expoliatum,nudumq;,ac cruore oppletum plauſtro impoſitum in vrbem aduehitur: Poſtea loculo incluſum Venetias ductum eſt:atq; ad Diui Auguſtini templum,vbi corpus vulneribus plenum in propatulo poſitum iacebat,ingens populi multitudo per diem totum ad ſpectandum confluxit,& quum propinqui exquiſitiſsimam funeris pompam ad condendas illuſtris viri cineres pararent, Decemuirũ iuſſu id facere prohibẽtur,ſepulturæq; honore in patria qui maximas poſſedit diuitias,omnino caruit, Cæterũ ingentia ex publico premia propoſita his,qui cædis in Bernardum perpatratæ authores indicaſſent:percuſſoriq; impunitas promiſſa,ac duo millia argẽti põdo, ſi homicidij Mãdatarium denunciaret: his premijs allectus vir militaris Cãpana nomine,patria Cremonẽſis,qui Bernardum ad Pineam proprijs manibus interfecerat,facinus detexit,ac Ludouicum,& M.Ant.Eritios fratres nepotes Bernardi ex ſorore nominat, vnaq; Ludouicum Armium Bononienſem,qui omnes pari ſcelere inquinati, ac locupletiſsimi viri bona appetentes Cãpanæ homini facinoroſo mandarant,vt auunculum ſpreta ſanguinis propinquitate fœde obtruncaret,pecuniaq;corruptus crudele ille homicidium perpatrauit, Subiecti itaq; quæſtionibus Eritij,& Armius, ſcelus confeſsi ſunt. Ludouiciq;ambo medio foro ſecuri percutiuntur,& M.Ant. Eritius,qui aliquo modo neci non conſenſerat,minoriq; in noxa erat,perpetui carceris pœna damnatur, is tamen paucis poſt diebus fracto carcere clam aufugit, Et Campana index iuxta fidem publice datã abſoluitur,promiſſamq; recepit pecuniam,nec diu & ipſe lætatus eſt,Romæ enim vir ſcelestus Pontificis iuſſu non multopoſt in crucem ſublatus vitam turpiter finiuit, Exilio præterea Ioan.Fr.Mocenicus abſens perpetuo mulctatur:qui conſilium cum Eritijs de interficiendo Bernardo communicarat: Et hæc

Bellũ Cæſaris cum Germanis.

Not. Maphei Bernardi cædem.

Not. hominũ ſcelus.

Not. reorum damnationẽ.

Campane ſupplicium.

Ioan. Fr. Mocenici exilium.

MMm domi

domi accidere: obijtq́ue per id tempus Henricus Britanniæ Rex, cui Odoardus filius pubertatis annos nondum egreſſus ſucceſsit: ſtatimq́ue à Senatu Dominicus Bollanus Orator in Britanniam mittitur, ad vtrunq; & mœroris, & congratulationis munus cum nouo Rege obeundum: fato quoq; functus eſt Franciſcus Rex Gallorum. Ac patris loco Henricus filius eius nominis ſecundus ampliſsimum Regnum obtinuit. Duoſq; ad eum Oratores Math. Dandulum Equitem, & Victorem Grimanum Procuratorem Veneti deſtinarunt, in declarãda Patrum lętitia, & ad Vrbini Ducem Federicus Baduarius ſingulari virtute iuuenis miſſus ad amicum Principem cõſolandum, in vxoris pudiciſsimę fęminę immaturo obitu: Dum autem his Legationum officijs Veneta ciuitas erga Reges, Principeſq; occupatur: In Germania Cæſar aduerſus ferociſsimam gẽtem bellum gerebat: Vlmãq; vrbem cępit, ſtatueratq; glorię cupidine acceſus omnẽ Germaniam armis domare, contra liberarum ciuitatum Duces, ac populi coniunctis viribus res ſuas tueri, copięq; ab his ſtatim magno numero cõtrahũtur, & aduerſus Cæſarianos productæ apertis cãpis in acie cõſiſtunt, leuibuſq; ex Caſtrorũ vicinitate aliquoties certatum eſt prælijs: in quibus præter paucos vtrinq; milites vulneratos parum detrimenti hinc, inde acceptum: ſed Cæſar locum inſidijs querens, nocte tacito agmine Albi flumine ſuperato, vltra quod Ioannes Saxoniæ Dux caſtra habebat: tutoq́ue ibi loco aquis ferè vndique cincto conſiſtere arbitrabatur, in eum improuiſus impetum fecit, ſtatimq; repentina vi Germani opprimuntur, quorum pars in fugam effuſa, pars in medio cęſa eſt, Ioanneſq; ipſe Dux ea trepidatione capitur, Caſtriſq;, & pręda hoſtium Cęſar potitus in Vertẽbergẽſem ciuitatẽ ſigna cõuertit, vbi Mauritius Saxo Ioannis Ducis frater præſidio aderat, vrbem aũt Cæſariani magno impetu aggreſsi ſunt, nec maiorem vim Mauritius expectandam ratus vltro ciuitatem Cæſari tradidit, atq; ipſe Ioannem Ducem, quem antea captiuum fecerat, in Mauritij gratiam liberum dimiſit: Poſtea Philippus Lanthgrauius accepta fide in caſtra ad Cæſarem venit: Illiuſq́ue ſe poteſtati liberè permiſit, Cæteri quoque totius ferè Germaniæ Principes victoris Imperium accepere: ſed quum in deditos parum ille fido, paccatoque animo ſe geſsiſſet. Iterum bellum à Germaniæ populis in Cæſarem renouatum eſt. Et Placentiæ hoc tempore Petrus Aloyſius Ferneſius Pontificis filius (quam vrbem patris conſenſu tyrannice occuparat) quum ſæuitijs, libidinibuſque omnia fœdaret: conſpiratione occultè inita à ciuibus trucidatur: qui pauloante Victoriam filiam Guido Baldo Vrbini Duci nuptui dedit: Et Octauium filium cum Cæſaris Spuria matrimonio coniunxit: atq́ue ad vtrunque Franciſcus Bernardo Senat us nomine congratulaturus acceſsit: Donaq́ue tulit. Torques aureos, & ſtragula purpurea, cum pretioſis Lautitijs, tumultuantem vero ob Freneſij Necem Placentiam Cæſaris nomine Ferrandus Gonzaga præſidio firmauit:

Henricus ii Gallorum Rex.

Fede. Baduarius.

Bellũ Germanicum

Not. Pet. Aloiſii necem.

Fran. Bernardo.

firmauit: omniſque in vrbe tumultus ſedatur, tulit autem Paulus Pontifex (vt ex Nicolai Pontij Veneti Oratoris literis cognitum eſt) hãc crudelem filij necem conſtanti, fortique animo: nec multopoſt Matheo Dandulo nouo Oratore ſuffecto, dum Pontius functa Legatione Roma digreſſurus in patriam reditum parat, equeſtri dignitate à Paulo Pontifice decoratus eſt, cuius honoris inſignia nullus Romanus Pontifex, Oratori cuipiam Veneto vnquàm antea contulerat: Primusque Nicolaus Pontius, virtutis ergò hoc familiæ ſuæ decus Pauli Tertij Pontificis Maximi munere conſequi meruit, Et Stephanus Theupolus cum ampliſsima poteſtate Legatns à Senatu delectus in continentem tranſijt: vrbeſque, & oppida totius terreſtris Imperij diligenter inuaſit: in quibus omnibus multa ad publicum decus, & ſecuritatem prudenti conſilio inſtituit. Luſtrumque ab eo conditum, in quo cenſa ſunt totius Imperij finibus hominum capita centies centena, quadringenta, octuaginta ſex millia, quorum à vigeſimo vſque ad quadrageſimum annum, qui bello apti eſſent, ſupra ducenta fermè armatorum millia connumerata: & hæc vndecim pauloplus menſium ſpacio Theupolus egit, reuerſusque eſt in patriam magna cum laude, interficiturque à quopiam in Angiportu ad Diui Thomæ Aedem Venetijs Laurentius Medices, qui Alexandrum Florentiæ Ducem in cubiculo anteà obtruncarat. Permaximis poſtmodum copijs Solymanus in Perſiam aduerſus Tamaſſum Regem profectus eſt, quinquagintaque millia paſſuum per loca arida, & inculta itinere confecto, commeatus deficere cœperunt, pœſtilentiaque ad famem acceſsit: quibus duobus malis ingens Turcorum multitudo conſumpta interijt, valde itaque diminutis & fame, & morbo copijs, Solymanus è Perſia fugienti ſimilis Conſtantinopolim reuertitur, prodigiaq; noua, ac inuſitata mortales hoc tempore exterruere, nam rubentes locuſtę magnis agminibus ab oriente per Illyricum in Italiam cõuolarunt, immenſaq; erodendi rabię nõ ſolum ſegetes, ſataq; abſumpta, ſed prata, & frõdoſæ arbores ociſsime toto foliorũ honore ſpoliatæ ſunt: tremuit etiam in Hetruria iuxta Florẽtiã Mugellus ager ad Apẽnini radices, qua Seuia fluuius decurrit, cultu, amenitate, frequentia, nulli ſecundus: noctuq; circa Aeſtiuũ Solſtitiũ ea terræmotus clades incidit, Scarpariaq; oppidum penè totum proſtratum, tellusq; magnis hiatibus patuit, cum ingenti vtriuſq; ſexus, mortalium, brutorumque animalium ſtrage, at circa Europæ fines Henricus Gallorum Rex Taurinum venit, ad quẽ Ber. Naugerius, qui tum prætor Patauij erat, patrum iuſſu in Pedemõtanam regionem officij gratia ſe contulit, Regeq; Senatus nomine ſalutato, Patauium redijt. Mox tres ſummi Gallorum Principes, Giſa, Vandominus, & Admiratus, è Taurino Venetias ſpectandę vrbis gratia aduenere: excultiq; ſunt omnes maximis honoribus, ac publico excepti hoſpicio, & Veneta claſsis Pyratas toto mari inſectabatur, captuſq; eſt Saba Rais prædonum

Stephan. Teupolus

Nota hominũ numerum.

Bellũ Perſicum.

Not. prodigia.

Ber. Naugerius.

Sabba Rais.

ſæuiſsimus: quem poſtea Laur. Amulius claſsis Venetæ præfectus clam interficiendum curauit, huius autem necem Solymanus Rex Grauiſsime tulit, iniuriamq; vlciſci armis palam affirmabat ni ſibi Amulius traderetur: qui virum inter Turcas clari nominis dolo interemiſſet: quare ad mitigandum Solymani iram Senatus cenſuit, vt Amulius ſtatim in vincula coniectus è claſſe abrogata illi dignitate reuocaretur: miſsique ſunt, qui patrum imperata facerent: ſed re ille præcognita relicta in Illyrico claſſe in alienas terras profugit, abſenſq; damnatur, Capiturque à Draguth impio Archypirata iuxta Saſinum promontorium triremis Hieroſolymitanæ Religionis, prædaque opulenta abacta, rerum, hominumque qui in ea vehebãtur. Ac per id tempus Philippus Cæſaris filius Hiſpaniarum Princeps in Italiã venit: atque è Balearibus cum viginti triremibus per Ibericum mare nauigans: fęda diu tempeſtate iactatus eſt, Genuæ tandem incolumis appulit; inde Mediolanum ſe contulit, occurritque ei Federicus Baduarius Venetorum Legatus à Senatu delectus, vt amicum Principem publico nomine ſalutaret: cibariaque, ac precioſa ferculorum condimenta attulit, inde ponte ſuper Atheſim conſtructo ex Mediolano, Mantuaque, Tridentum ille peruenit, hinc poſtea per Germaniæ fines in Flandriam tranſijt, & Iac. Superantium preclaris animi dotibus iuuenẽ excultum Patres ad Vrbini Ducem Oratorem congratulatum miſere, ꝙ ei maſculę ſtirpis infantem vxor enixa fuerat, attulitq; munera puerperæ Torquem aurum, & Gemmatam Bullam, illa poſtea ad agendas Senatui gratias inſigni matronarum comitatu Venetias acceſsit: cui Donatus Princeps, ac Senatus frequens Bucentauro obuiam prodijt, exceptaque inde eſt à Patritijs eleganti forma, corporiſq; ornatu ſelectiſsimis fęminis, & ad Lippomanas ędes in Diuę Fuſcę vico triumphali applauſu deducta, mittitur quoq; ad Fran. Gonzagã Mãtuæ Ducem, & ad Herculem patruum Cardinalem Legatus Pau. Theupolus Stephani filius florẽti ętate, & ingenio patritius lõge clarus, qui tũ in magiſtratu Sapiẽtũ ordinũ quinq; virali cõſtitutus erat, vt cõgratulationis munus publico nomine expleret, ob connubiũ Gonzagę Ducis cũ Catharina Ferdinãdi Romanorũ Regis filia nuper cõtractũ, ad eas aũt nuptias celebrãdas Ferrãdus Archidux Auſtrię, Bauarię Princeps, & Cardinalis Tridẽtinus, alijq; cõplures viri illuſtres ex Germania Mantuã cõuenerant: letitiæq;, ac ludis publice diu indultũ, Hi poſtea (vt vicinitas loci inuitabat) ſpectandæ maritimæ vrbis cupidine acceſi Venetias accedere ſtatuere: tum ciuitas in tantorum Principũ aduẽtu erecta, feſtos, triumphaleſq; apparatus cõtinuò ſumma cura inſtituit, negociũq; triginta nobiliſsimꝭ florẽti ętate patritijs à Senatu datum, vt vrbem exornarent, pararentq; ea, quæ publicam in tot ſummis excipiẽdis Principibus munificẽtiã, ſplendorẽq; aſtruerẽtur, illi vero acuratum adhibentes ſtudium, comitia ad tẽpus amotis ſubſellijs regali apparatu exornata inſtruxere, Vbi arcus, Coloſsi, Trophea, feſta fronde in Topiarij

La. Amulii fuga.

Fede. Baduarius.

Iaco. Superantius

Paul. Teupolus.

Nota feſtos apparatus.

Topiarij operis modum inflexa,ſimulachraq́ue nudi genij configurata, mi ro artificio erigi cœperāt,ad repreſentādas quoque fabellas, Naumachias, ac varia Hiſtrionum Ludicra,Scænæ,Pegmataq́ue extruebantur, totaq́ue ciuitas in Ludorum diuerſi generis adinuentione occupata erat:dum autē hæc fiunt.Pontificis mors ſubito obnunciatur: quæ omnia turbauit: Germaniq́ue aduentum ſuum in aliud tempus diſtulere.Senatuiq́ue ab his tamen de inſigni apparatu ingentes per literas gratiæ actæ : poſt hæc Romæ Cardinalis de Monte natione Arretinus Pōtifex eligitur:ac Iulius Tertius vocatus eſt:quattuorq́ue ad eum oratores miſsi.Philippus Tronus,M.Antonius Venerius,Franciſcus Contarenus,& Nic.Pontius Iuriſconſultus,& eques,qui congratulatione publico nomine habita nouum de more Pontificem adorarunt:& ex Legatis Pontius orationem luculētiſsimam habuit, cunctasq́ue optimi Rethoris partes obiēs,eximiam apud omnes, qui eum concionantem audiere,laudem conſequutus eſt:tantaq́ue ſermonis ſuauitate in deplorando Italię,ac Chriſtianæ Reip.ſtatu vſus dicitur: vt lachrymas à pijſsimi Pontificis oculis excuſſerit: decreuit interim Senatus. Piſcheriam ad Mincij caput. Nobiliſsimum oppidum vallo, foſſa, propugnaculisq́ue muniére:Præficiturq́; operi Stephanus Triuiſanus. vir ſingulari induſtria,oppidumq́ue,ac arcem foſsis,aggeribusq́ue breui cinxit, inexpugnabilemq́ue omni æuo erexit munitionem,accedente poſtea in Italiam Maximiliano Ferdinandi Regis filio.Ioannes Michael eximia virtute iuuenis Legatus à Senatu deligitur: vt in ipſis Italiæ finibus officij gratia Auſtrio Principi obuiam progrederetur:Sed morbo implicitus legationem obire non potuit,ac eius loco Thomas Contarenus qui tum circa Piſcheriā erat. Munus expleuit.Germanumq́ue publico nomine per Venetos fines deducens.Mantuam vſque comitatus eſt:& Octauius Femeſius,qui pro Romana Eccleſia Parmam præſidio tenebat.Dominio vrbis capto Gallos intra mœnia admiſit:ſtatimq́ue Pontifex ira percitus ad vrbem Eccleſię recipiēdam arma comparauit : ac Cæſar copijs in auxilium euocatis , vim rebelli populo inferri iuſsit.Diuq́ue vrbs circumuallata,oppugnataq́ue fuit: in ea autem tuenda Octauius,Galliq́ue ſocijs armis ſtrennuam operam nauarunt:Mirandula quoque bello petita:oppidumq́ue à Gallis aduerſus Pontificios,Cæſarianosq́ue egregie defenditur:plurimiq́ue ex his ſub mœnibus crebris Gallorum eruptionibus occubuere:inter quos Ioannes Baptiſta de Monte Pontificis neceſſarius fortiter pugnando cecidit: demum ab vtraq́ue vrbe hoſtes cum cæde repulſi,obſidionē ſoluere coguntur, & quū Venetijs nunciatum eſſet,claſſem Solymanum ingentem parare, ac breui in altum è Boſphoro prodituram. Patres ſtatim & ipſi nauali apparatu ad tutandum maris Imperium conuerſi ſunt:ac Stephano Theupolo. Qui tū Pataui pręturā gerebat.Maritimi Imperij ſumma ſecundum demandatur, vigintiq́ue triremiū gubernatores viri diſciplinæ naualis peritiſsimi à Senatu

Iulius.iii. Pōt.Max.

Nic.Pontius.

Piſcheriæ munitio.

Ioan.Michael.

Octauius Fernefius.

Veneta claſsis.

natu extraordinarijs ſuffragijs creati. In claſſem aſcribuntur: Hi autem fuere. Michael Salomonus, Vinc. Iuſtinianus, Franc. Duodus, Iac. Armerius, Pet. Piſanus, Pandulphus Contarenus, Laur. Bembus, Iac. Priolus, Fr. Bernardo, Alex. Bono, Renerius Baduarius, Ber. Sagredus, M. Ant. Mauroceнus, Geor. Cornelius, Vitus Ciurano, Iacob. Marcellus, Nic. Dandulus, M. Quirinus, Iac. Celſus, Laur. Piſanus, & ne Corcyra in tanto Turcorum motu incuſtodita maneret, cuius inſulæ periculum Venetorum animos vehementer angebat, mittitur eò ad præſidium Aloyſius Grittus Legati nomine, vnaque mercenariorum militum ingens numerus, interea Othomanica claſsis in altum euecta ſub Corchut Imperio ad Melitam inſulam curſum tenuit, vbi ſacrati viri Hieroſolymitani equites poſt Rhodum amiſſam ſedem ſtabilem fixerant: inſula autem fœde deuaſtata, hoſtilis mox inde claſsis abijt: in Aphricamque celeriter tranſmiſit: ac vrbem Tripolim, quæ Leptis antiquitus fuit, terra, marique aggreditur: varijque circa oppidũ Turcorum conatus bellici fuere: obſtabantque acriter Hiſpani: qui antea in Lybiam tranſgreſsi Tripolim occuparant, demum vi oppidum à Turcis capitur: ac appetente iam hyeme victrix claſsis Conſtantinopolim redijt. Veneta quoque domum reducta, creauitque per Natalitios dies Pontifex Iulius quindecim hos Cardinales viros moribus, ac vitę innocẽtia claros, Patriarcham Alexandrinum, Archiepiſcopum Pulitianum, in Luſitania Legatum, Archiepiſcopum Materæ, Poggium Bononienſem, Putheũ Rotę auditorem, Miginellum Epiſcopum Miſsinenſem, Romæ gubernatorem, Perugiam ex familia Ceruia Pontificis ex ſororep nepotem, Dandinum olim Epiſcopum Imolenſem, auditorem camerę, ex Domo Citella, natione Lygurem, Commẽdatarium Cypri Aloyſium Cornelium Venetum, Epiſcopum ex oppido fano, Campegium Bononienſem, Prouesti num adhuc pene impubem, Pontifici à primis annis notum, & Georgium Varradinum Pannonem genere, armorũ ductorem, qui aduerſus Turcas pro Ferdinando Rege in Tranſyluania tum militabat, is poſtea proditionis inſimulatus Ferdinandi iuſſu obtruncatus eſt: Mox Germaniæ totius fere Principes, & populi, cum Rege Gallorum ſocietate, ac fœdere inito, aduerſus Cæſarem ingentes copias contraxere: quarum Dux Saxoniæ Mauritius omnium confœderatorum Principum conſenſu Imperium tenuit: in magnaque exiſtimatione apud Germanos Gallorum nomen erat. Ac in cunctis liberarum ciuitatum portis Crucis albæ ſignum affixum viſebatur, cum huiuſmodi ſubſcriptione: Henricus Rex Gallorum Chriſtianiſsimus protector Germanicæ libertatis: nouum quoque Numiſma publice excuſſum. In quo puellæ nudę imago inſculpta erat, habens in dextera cœleſtem Spheram. Lęuaque florũ faſciculos: & rurſum Othomanica claſſis valida, præpotenſque in altum prodijt: quo motu Veneti & ipſi maritima arma pararunt, declaraturque tertium Stephanus Theopolus claſsis Imperator,

Not. triremiũ præfectos.

Al. Gritt.

Xv. Cardinales creati.

Not. Germanorum procurarũ cum Rege Hẽrico ſę dus.

Not ſigna tam pęcu n.ã.

Imperator, vigintiq́ue gubernatores quos ſupra memorauimus, viros na-uali ſcientia claros totidem triremibus Patres iterum præficiunt, & Ferdinandus Rex in Tranſyluaniam cum exercitu profectus prouinciam pene totam nuper defuncti Vaiuodæ Regis filio Stephano impubere eiecto, debellauit. Ad Solymanum autem adoleſcens ſupplex cõfugit: ingentes itaq́ue peditum, equitumq́ue copias Turcæ ferociter in Ferdinandum duxere: ac Lippa, Sagadinoq́ue vrbibus receptis, compreſſisq́ue Auſtrianorum armis, Stephanus in Regnum Solymani ope reſtituitur, & ex altera parte Germanorum copiæ. Ducibus Mauritio Saxonię Principe, & Alberto Brãdiburgenſi Marchione in Hiſpanos immiſſæ ſunt. Ac ſub primũ acceſſum Tingliſpilum, Rotimburgum, Nerlingum, & Tanauertum, oppida in Principum fidem volũtaria deditione rediere, & ad Auguſtã vrbem totius Germaniæ Metropolim caſtra admota: quæ vltro portas aperuit. Inde Dux Mauritius cum copiarum parte in Franconiam tranſiijt, ibiq́ue aduentum Gallorũ expectabat: vt ſocia cũ his arma coniungeret: filij quoq; Lanthgrauij Haſſiæ nouum exercitum in Cæſarianos eduxere, & Põtifex metu impulſus cum Galliæ Rege inducias in duos annos pepigit, aggreſſiq́ue ſubito impetu Germani ſub Alberti Brandiburgenſis auſpicijs Cluſam muniſsimum oppidum vi illud captum, expugnatumq́ue in ſuam poteſtatem redegerunt: tum Cæſar ab Iſpruco, vbi belli euentum expectans aliquãdiu ſe tenuerat, continuo cum paucis equitibus digreſſus ad Villachum in Forũiulij vſque fines fugienti ſimilis ſe contulit: vixq́ue hoſtium inſequentiũ manus euaſit. Cæſareq́ue trepide abeunte, Vlma ac reliqua oppida a Germanis ſtatim recipiuntur: è totaq́ue prouincia Hiſpani fugati, expulſiq́ue ſunt: dehinc Turcorum claſſis in ſiculum fretum delata Caietanum, Miſsinenſeq́ue littus fœde diripuit: atque in Neapolitanam maritimam oram inde tranſgreſſa ſimilem cladem intulit, & hæc mari à Turcis geſta, terra vero nouam expeditionem Galli tentarunt. In Flandriam enim magna armatorum manu irrumpẽtes Lucimburgum, Metziumq́ue vrbes occupauere: in Italia quoque Sena à Cæſare defecit: eiectoq́ue Hiſpano præſidio ſe in libertatem vendicauit. Arxq́ue à Senenſi populo à fundamentis diruta eſt, nec his malis fortuna contenta noua clade Cæſarem affecit, nam ſeptẽ triremes Dorię Neapolim milites aduehẽtes apud Caietam Turcorũ claſſis Duce Draguth oppreſsit, poſtea diſcordia inter Germanos Principes orta Mauritius Saxonię Dux Cęſaris partibus adhęſit. Lanthgrauiusq́ue è cuſtodia liberatur, & Auguſta ab Hiſpano recepta, trecentisq́ue aureorum nummum millibus mulctata in Cęſaris fidem redijt. Mox & Albertus Marchio Brandiburgenſis Cęſari reconciliatur: adiunctisq́ue cum Hiſpano caſtris ad Metzium recuperandam copię eductę: Ciuitas autem Gallorum pręſidio egregie munita erat. Diuq́ue à Cęſarianis circũuallata omnẽ oppugnationis impetum fortiter ſuſtinuit, tantaq́ue frigoris vis in ea regione

Veneta claſsis.

Trãſyluanię mot⁹.

Auguſta.

Cęſaris fuga.

Oppida à Germanis recepta.

Gallorũ expeditio.

Senarum motus.

repente

repente coorta deſæuijt: vt viginti armatorum millia ex Cæſariano exercitu gelu exanimata confecerit, imminutis itaque valde copijs, atque in dies re Hiſpana in deterius collabente, Metzij obſidio ſoluitur. Edinum etiam à Gallis captum Cæſar amiſit, in Italia ille poſtea nouam in Senenſes expeditionem parauit. Contractiſque ingentibus copijs ſub Petri Toleddi pro regis Neapolitani Imperio vrbs obſideri cœpta, eam autem Gallorum Regis nomine Cardinalis Ferrariæ, & Petrus Stroccius cum mercenario milite tuebantur: aderant & alij inſignes armorum ductores, qui rem Senenſem amice fouebant. In hiſque belli motibus Donatus Princeps poſt ſeptẽ annos cum dimidio quibus Reip. præfuit. Diem ſuum obijt. Sepulchrique locum in Seruorum æde ſortitur. Eius autem laudes Ioannes Donatus (vt vir eloquẽtiſsimus erat) miro orationis cultu publice celebrauit. Succeſſorque ei datus eſt. M. Ant. Triuiſanus, vir ſanctimonia incomparabili: inuituſque eam dignitatẽ ſuſcepit. Quum natura potius religionis, priuatæque vitæ ſtudio oblectaretur: quam publicos honores, Imperiaque ambiret: miraq; in pauperes beneficentia vtebatur, quibus quotidie pecuniam pie erogare conſueuerat. Neque hoc loco eius modeſtiam ſilentio prætirere licet, nam quũ Federicus Valareſsius vnus ex quadraginta altero electoribus. vir Patriæ amantiſsimus, ac ſingulari eloquentia prçditus antequam ſuffragia inirentur, palam in concione dixiſſet, Triuiſanum magna virum integritate, & innocentia prædictum eſſe, ſed cæteris ornamentis carere, quæ in Principe requiruntur, tantoque oneri vires omnino impares habere, nec hçc ab eo dici, vt virum optimum carperet, ſed patriæ charitate, vt in demandanda ſuprema ciuitatis dignitate, electoribus veritas pateret, nil tamen Triuiſanus animo cõmotus vera eũ quiſquis fuerit, locutũ fuiſſe, ſeque ad Principatum gerẽdum prorſus ineptum eſſe affirmauit. Electoreſque hortatus eſt, vt ad alium ducalem dignitatem deferrent. Qua animi modeſtia cæteros candidatos facile vicit. Statimque eius Principatus initio res proſpere in Pyratas geſta nunciatur. Quos Chriſtophorus Canalis in Adriatico ſinu claſsis Venetæ præfectus apud Hydruntum oppreſsit, ex quattuor enim lõgis nauibus tres interceptæ ſunt: atque altera, in qua prædonum dux vehebatur, celeri remorum impulſu elapſa profugit. Scyriphuſque hoc tempore nomine Maulemeth, interioris Mauritaniæ Rex aduerſus Luſitanos ad Athlanticum Oceanum bellum gerens, multas his clades intulit. Illi vſque tunc clarum, illuſtreque nomen toto orbe haberi cœptum. At Cæſar cum exercitu in Morinos profectus Terouanam vrbem ex Gallis cœpit, quam ſtatim direptam, incenſamque funditus euertit, alia deinde belli vis mari orta, fçdere enim Turcç, Gallique adhuc coniuncti validiſsimam claſſem inſtruxere, eaque in ſuperum delata ſub Ariadeno Turca, & Pollino Gallo ducibus maritimam Calabriæ oram depopulata eſt, pari quoque clade Siciliam affiixit. Inde Corſicum littus tenuit, atque inſulam expoſitis militibus

Not. frigoris vim.

M. Anto. Triuiſan⁹ D. lxxx. 1553.

Chriſto. Canalis.

Turcica claſsis.

bus terra, mariq́; aggreditur. Ad Bonifaciū́q; oppidum primo armis admotis eo Galli, Turcęq́; poſt atrox certamē potiūtur, vbi Corſi, Lygureſq́; plurimi cæſi ſunt: Ac tota inſula hoſtis eiectus antiqu. terræ illius poſeſſionē amiſit. Poſt hęc Solymani claſſe Cōſtātinopolim profecta Gallorū ſtatim maritimis, terreſtribuſq́; copijs ad Cæſarianos conatus repellēdos inſula firmatur, inter tātas aūt rerū perturbationes dirū, inhumanū́q; Solymanus in Aſia facinus patrauit, qui filiū Muſtaphā in minori Armenia regnantē, q̄ is patri inſidias ad occupandum Imperium tēdere criminaretur, in cōſpectu ſuo necandū curauit, accitus enim a Solymano, qui Alepiæ tum Regiā tenebat, in Syriā venire eſt iuſſus, ſtatimq́; paternis obtēperās mādatis, eò cū magnis muneribus acceſsit, atque vbi equo deſiluit, nullas veritus inſidias, Solymani tabernaculū ingredit, iuſſuſq́; Accinacē, quo era præcinctus, deponere: Ad Solymanū propius inermis accedebat, vt patris manus oſcularetur, verū antequā appropinquaret, à regijs miniſtris (vt eis pręceptū erat) ſubito Muſtapha comprehenſus fune collo iniecta iubente, inſpectanteq́; patre ſtrangulatur: Atque ita Barbara feritate authorem necis filij crudelis pater ſe exhibuit: Eadem quoque hora Solymani iuſſu in Muſtaphæ ſigniferum capitali ſupplicio animaduerſum eſt: Is autem è Michaelium familia nobili Venetijs ortus Adoleſcens olim in Illyrico à Turcis capitur, Cōſtantinopolimq́; adductus: Chriſtianā fidē abnegare cogit, in Muſtaphęq́; poteſtatem Adoleſcens claræ indolis dono datus venit, ac ſtatim Barbaro ob egregiam formam corporis, moreſque ciuiles, gratus, acceptusque fuit: Deditque illi Muſtapha militare ſignum in acie geſtandum: quod munus apud Turcas in re bellica ampliſsimum habetur: Miraelinumque eum Barbari vocant: Ac nulli dubium: ſi Aſiæ Imperio quandoq; Muſtapha patris loco potitus fuiſſet: Quin Miraelinus ex omnibus aulicis Principem locū apud eū obtinuiſſet. Mortē filij poſtea Solymanus penitētia ductus multis lachrymis deploraſſe dicitur. Et in Britānia magni rerū motus ſuborti Regnū illud varijs caſibus, agitarūt, Defūcto nāq; Odoardo Rege adhuc impubi Maria ſoror fratris loco qū nulla virilis ſtirps ſupereſſet, Britanniæ Regnum obtinuit: & ad coniugium animum adijciens ad hærédē procreādū, ex multis terrarum orbis Principibus: Philippum Caroli Cęſaris filiū ſpōſum ſibi delegit: Qui ſtatim parata claſſe in inſulam ad vxorem ex Hiſpania traijcere ſtatuerat, ſed has nuptias Britannorum Primores impedire nitebantur, Hiſpanumque nomen, Principemque alienigenam oderant. Contra cæteris poſthabitis Regina ad vnum Caroli Cæſaris filium reſpiciebat, cuius matrimonio auguſtior Regni Britannici dignitas reddi videbatur, plurimique ob hanc cauſam inſulæ proceres diſſentientes ab eà, vel relegati, vel interfecti ſunt: nonnulliq́; voluntarium exilium conſciſcentes in longinquas emigrauere regiones, ne Hiſpanorū dominationē, ſuperbaq; paterētur Imperia, Cæſar quoq; has nuptias vehemētiſsime optabat:

Not. Solymani immanitaté in filium.

Nota de Adoleſcētis c. fa.

Not. Britāniæ motus.

vt Vxorio vinculo, tantaque affinitate opulentiſsimum Regnum Hiſpanis opibus adiungeret. Id autem ne fieret, totis viribus, Galli, Scotique procurabant: quum Cæſaris potentia nimium per ſe grauis, tanti Regni acceſſione formidabilior omnibus redderetur: Nam Italiam quoque armis oppreſſam ille tenebat, quum præter Venetos, Pontificem Romanum, & Ducem Ferrariæ, ſecundiſsimo fortunę curſu cæteri Italiæ potentatus, Genuēſis, Neapolitanus, Mediolanenſis, Florentinus, Mantuanus, ſub Cęſaris poteſtate cōſtituti eſſent: Florebatq; tum proſperis, fauſtiſq; incrementis res Hiſpana. Sena quoq; hoc tempore Cæſareis premebatur armis, variæq;, ac multæ circa vrbem pugnæ commiſſæ, cum villarum incendijs, ac agrorum fœda deuaſtatione, obijtq; anno nondum circumacto Triuiſanus Princeps ad cęlos repentino fato euolans, Dū ſacris de more in Ducarij ſacello ſummo mane intereſſet, vir ob ſingularem probitatem omnibus æque gratus, ac amabilis, quod mœrore funeris facile iudicatū eſt, tumuloq; inſigni (poſt ornatiſsimam orationem à Bernardino Lauredano And. filio habitam) in Diui Franciſci æde ſitus eternum cōquieſcit: Huic Franciſcus Venerius ad Principatum euectus ſurrogatur, nobili genere ortus, ac ſumma inter Patres authoritate: Claſsis vero Othomanica Aeſtate media è Græciæ ora profecta in Appuliam tranſijt. Beſticenque oppidum cœpit, multique ex finitimis agris, littoribusque mortales in captiuitatem abducti: Ac poſt ingentem prædam, metu And. Doriæ, qui cum quinquaginta quatuor lōgis nauibus circa Siciliam conſederat, Draguth Rais Turcicæ claſsis Impe rator ſe in Aulonæ portum recepit, inde in Corcyræ Euripū tranſmiſit, Venetis rebus nuſquàm infeſtus, Ac poſt multos, varioſque in Britannia tumultus Cæſaris filius Philippus à Regina euocatus ad eam deſponſandam in Britanniam tranſire decreuit, naualique ingēti apparatu è Calecto ſoluens (vnde breuiſsimus eſt traiectus) proſpera aura ad inſulę littus appulit, excipiturque maximis honoribus in Reginæ gratiam, ab vniuerſo populo: Londinijque illuſtri triumpho nuptiæ celebratæ ſunt, quibus interfuit publico nomine Ioannes Michael Orator Venetus, Atque ita Britanniæ ampliſsimo Regno per Maritales Thedas Hiſpanus potitur, in Italia vero circa Senas Stroccius ingentem armatorum manum ſecum habēs cū Marignani Marchione Cæſarianarum copiarum Duce acie decertauit: & cæde vtrinq; magna ædita, ad poſtremum Stroccius fœmore tragula ictus, profligatur, qua clade factum eſt, vt inſeſsis itineribus rei frumentariæ pen nuria Senenſes laborare cœperunt, diu tamen fame macerati obſidionem forti animo pertulere: omneque obſcenum eſculentorum Genus comeſtum, priuſquàm deditio facta ſit: quæ tandem poſt nonum menſem ſecuta vrbem Cæſaris poteſtati permiſit: mutatiſque pro eius arbitrio Magiſtratibus, Senenſium libertate oppreſſa, vrbi nobiliſsimæ frenum iniicitur: Et ad Septentrionalem plagam ingentes bellorum motus erant. Nam in Aquitania,

Arc. Cæſaris i Italia poten-tiam.

Fr. Venerius Dux lxxxi. 1554.

Britannia in Hiſpa. poteſtatē redacta.

Sena à Ceſare recipitur.

Aquitania,& in Morinis Galli,Hiſpaniq; magnis copijs contractis aduerſa inter ſe arma miſcebant. Agriq; ferro,& flamma deuaſtabantur: tanta partium rabie, vt omnia plena cruore, plena incendijs, cædibusq; paſsim redundarent: In Sabbaudiæ quoq; finibus Gallorum copiæ in Cæſarianos eductæ ſunt,ſub Briſachi Ducis Imperio:proſperaq; is fortuna vſus Iurea, Sētia,Caſali,Vulpianoq;,munitiſsimis oppidis expugnatis potitur,ad Mediolaniq; vſq; portas cū victore exercitu adequitauit:excedēſq; è vita per (Oppida capta à Gallis.) id tēpus Iulius Pōtifex Romanā, quā per quatuor circiter annos piè rexerat,ſedē reliquit,ſurrogaturq; eius loco in Pōtificio Apice Cardinalis ſanctæ Crucis natione Thuſcus ex oppido Pulitiano, Marcelluſq;.ij.eſt appellatus:breuiſsimūq; habuit in tanto faſtigio vitæ tēpus: Obijt enim primo, (Marcellus ii. Pontif. Maxi.) & vigeſimo die,quàm ſedere cęperat.ętatiſq; anno quarto,& quinquageſimo,Luxitq; eū Romana ciuitas,quū multa in viro ſanctitatis opinio eſſet: ſperarentq; omnes eo preſide cuncta Chriſtianæ Reip.proſpera euentura: cōſecutuſq; eſt Pōtificatū poſt Marcellū Cardinalis Theatinus ex Caraffa familia Neapoli illuſtri natus,ac annos octuaginta circiter vitę agens:Pauliq; eius nominis.iiij.appellationē ſuſcepit: Legatioq; ad eum cōtinuo à Se- (Paul. iiii. Pont. ma.) natu decreta,in qua viri ampliſsimi fuere,Fr.Cōtarenus,Car.Maurocenus Procurator,Hier.Grimanus,& Math.Dādulus Eques,iidem illi, qui à Patribus antea delecti Oratores ad Marcellū ibat:ac cū his profectus eſt Ber. (Legati ad Pont.) Nauagerius,qui Dom. Mauroceni loco ad Pontificē Orator creatus fuit: (Ber.Nauagerius.) habitaq; à Nauagerio in cōgratulatione magna ſua cū laude oratione elegantiſsima impartitum publico nomine de more eſt obſequium:cooptauitq; nouus Pōtifex in Cardinalium Collegium hos ſeptem illuſtres viros ArchiepiſcopūToletanū,Hiſpani generis,Epiſcopū Arriēſem,Epiſcopum (Septē cardinales creati.) Motulēſem ex familia Carraffa,nobilē Neapolitanū,Bernardinū Theatinū Pōtificis familiarē,Romeriū natione Gallū, Ioan. Capiſucā Romanū, ambos Rotę auditores,& Ioā. Gropperiū Germanū inſignē Thologū, interea fruſtra alijs pace tētata induciæ in quinquennium inter Hiſpanos, & Gallos ſecutę ſunt: Cęſar autē quietioris vitæ ſtudio Philippo filio è Britānia accito Imperij, ac Regnorū gubernacula publicè ceſsit: Ipſeq; è Mori- (Not. Cæſaris ceſſionem.) norū finibus(cōſtituto in Regali,Auguſtaq; ſede filio)per Aquitanicū oceanū in Hiſpaniā abire decreuit:Miſereq; ad Philippū Veneti Oratorem Mich.Surianū, vt is apud nouū Regē publico nomine reſideret: Atq; hoc (Mich.Surianus.) tēpore Bona Sforcia Sigiſmundi Poloniæ Regis mater in Italiā ad aponi in Patauio Balnea curādæ valitudinis cauſa ex Sarmatia profecta eſt,inde (Reginę Poloniæ aduentus.) poſtea Venetias,vrbē maritimā viſura acceſsit,cui frequēs Senatus,matronæq; ad cētū nobiliſsimę obuiā Bucētauro prodiere: deducitq; per mediā vrbē in hoſpiciū ad Eſtēſes ædes,affuere,& ſimul duo Cardinales Ferrarię, & Auguſtæ,inter quos ipſa media per vrbem incedere ſæpe viſa eſt: Paratam deinde triremem Regina aſcēdens in Appuliā ad Barium nauigauit,

cuius vrbis Imperium Gentilitio Arragoniæ ſtirpis iure dotale, hæreditariumque illi erat:& poſt Reginæ diſceſſum Venerius qui annum vnum, & menſes vndecim ducatum imbecillo corpore tenuerat:morbi tandem ſæuitia extinguitur:& in Saluatoris ædeſe ſpecioſo tumulo obtegitur,quē Petrus frater illi pie erigendum curauit:creaturque eius loco Princeps Laurē

Laur.Priolus. Dux. lxxxii. 1556.

tius Priolus vir prudens,ac moribus,litteriſque ornatus, qui tum conſiliariatum in quinto collegarum ordine gerebat: competitoribuſque repulſis Philippo Trono,Steph.Theopulo Th.Contareno viris ampliſsimis Principatum ipſe obtinuit:ſtatimque eius ducarij regiminis initio ciuitas peſti-

Not. peſtilētię vita.

lentia laborare cœpit:ingentemque mortalium ſtragem pernicioſa ea edidit lues:emigrātibuſque in vicinos agros,villaſque ciuibus, magna in vrbe ſolitudo facta eſt:Annonæ quoque caritate laboratum.Quum iandiu peſtilentiæ metu nec frumenta,nec alicuius generis obſonia vſpiā terra, marique in vrbem aducherentur:atque hoc tempore Paulus Pontifex in co-

Bellū incolum. Dux Aluæ.

lumnenſes,qui Romæ res nouas moliebantur:bellum mouit:illi vero Cæſaris opem implorarunt:quo factum eſt,vt eius iuſſu Dux Aluæ Hernādus cum valido exercitu in Romanum agrum irrupit:eoque fęde populato,ad portas vſque vrbis adequitauit:terrorque ingens Pontifici incutitur:ob hoſtium vicinitatem:copijſque ille vndique cōtractis rem Romanam defen

Phebus capella.

dere ſtudebat: per literaſque,& Legatos Venetus Senatus ad arma in Cæſarianos ſummenda ſæpe eſt ſollicitatus:quocirca Patres, qui Chriſtianę pietatis ſtudio Eccleſię ſemper patrocinati fuerant: Phebum Capellam à ſecretis virum ſolertem in Cęſariana caſtra ad Ducem Aluę deſtinant : per quem publico nomine Hiſpanus admonitus fuiſſe dicitur:vt Pontificis res infeſtare deſineret:nec Apoſtolicæ Sedis ditionem bello turbaret : quā ex Maiorum inſtituto Veneti nūquam exteris armis agitari paſsi eſſent:reſpōſum:belli initium à Pontifice ortum,iniurijſque affectis columnēſibus Cęſarem pro iuſtitia deeſſe non poſſe:bellum itaque Hiſpanus proſequēs oppida vrbi proxima aggreditur:atque ex his Tybur,Hoſtiamque expugnat;

Ioā.Fr.cōmēdunus.

& Pontifex aduerſis rebus permotus Ioannem Fr. Commendunum : Cephallenię,& Zacinthi Epiſcopum ad Venetos Legatum mittit : per quem eos pro Romana Sede in Hiſpanos arma inducere hortabatur : ſed Patres fœdus,quod cum Cęſare habebant:violare nequaquam ſtatuere: Gallorū itaque ille,ac Ferrarię Ducis auxilia implorauit:qui ſtatim Pontificem cōplexi ſocijs armis Cęſarianos inuadunt:ac poſt multos bellorum conatus

Cardinalis Carraffa,& Fer. Dux.Venet. accedant.

Tybur,& Hoſtia oppida recipiuntur:Cardinalis deinde Caraffa Pontificis nepos Venetias acceſsit:cui Princeps cum frequenti Senatu Bucentauro obuiam prodijt : nec multo poſt & Hercules Ferrarię Dux è caſtris ad Venetam vrbem ſe contulit:maximiſque exceptus eſt honoribus : Venetaque in Cęſarem arma concire maximis prēmijs propoſitis ſtuduit: verum conſtantiſsimi in ſeruando fœdere patres fuerē:& à Pontifice per id tempus

pus Cardinales creantur. Alphonſus Carraffa ex fratre nepos, epiſcopus Stroccius Florentinus, Epiſcopus Tolona Triultius, Legatus apud Senatũ Venetum, Epiſcopus conſentiæ, Epiſcopus Vitulotius, Alexandri Vitellij armorum ductoris filius, Epiſcopi Iſchiæ, & Nepæ, vnus Diui Franciſci generalis, & alter ex prędicatorũ ordine camerę preſes, viri doctiſsimi, interim Gallorum exercitus ſub Principis Giſę ductu cũ Pontificis copijs in campaniam Neapolitanum Regnũ verſus ſub ſignis profectus eſt: legationiſque munere pro Veneto Senatu tunc Romæ Ber. Nauagerius fungebatur: quem diu Põtifex irarum plenus ad colloquium admittere noluit: poſtea paccato animo in priſtinam gratiam redijt, & in agro Romano circa Palianum columnenſium oppidum, quod ijs eiectis, in Pontificis poteſtate erat: pugna contracta: ab Hiſpanis Duce M. Ant. Columna eccleſiaſticæ copiæ funduntur: magnãque res Romana cladem adijt: claſsis interim Turcorũ centum prope longarum nauium ex Helleſpõto digreſſa in ſuperum mare aſsiduo curſu proceſsit: & Calabrię littore, maritimaque Appulię ora fęde populata, Cariathum oppidum terreſtri, naualique oppugnatione ferox turca aggreditur: ſed cum magna cæde reiectus claſſem inde trepide in Aulonæ portum abduxit. Ingens quoque armorum incendium in Hiſpanię, Galliæque finibus inter Henricum, & Philippũ Reges ardebat, ac iuxta Pyreneos montes. Qui vlteriorem Hiſpaniã à Gallia diuidũt, ſępe pugnatum, nouiſsime Sanquintinũ munitiſsimũ oppidũ Cæſarianis obſidẽtibus ingenti equitum, peditumque numero contracto. Galli ſub coneſtabilis Imperio ad oppidi præſidium aduolarunt, eoque valida militum manu firmato, dum in caſtra ſub ſignis ad ſuos redeunt, qui non procul aberant, in Hiſpanorum equitum aliam ad Ararim fluuiũ temere incidunt, conſertoq; ſtatim prælio, acerrime vtrinque dimicatũ eſt, aduenere inde celeri incurſu ſub Ducis Branſuiſcenſis auſpicijs Hiſpanę pedeſtras, equeſtresque copię, à fronteque ac à latere in Gallorũ aciẽ illatæ hoſtẽ fatigant, cumque feroci impreſsione degrauatum loco ſummouent, mox fęda cęde proſternũt, deſideratique ſunt ſupra duodecim Gallorum millia: magnaque eorũ pars dũ fugam trepide molitur, rapaciſsimo flumine abſorpta interijt, capiturque magnus Coneſtabilis. Et cum eo in militiam profecti totius Galliæ nobiliſsimi iuuenes ſupra ducenti.

Cardinales creati.

Ber. Nauagerius.

Gallorũ clades.

FINIS.

PETRI IVSTINIANI RERVM VENETARVM HISTORIA.

LIBER TERTIVSDECIMVS.

LAETABAR tantarum rerum ſeriem ad finem iam perduxiſſe. Sed noui bellorum motus alia volumina expoſcunt: percurretque indefeſſus eos ſtilus, vt nil intactũ reliquatur quod memoria dignũ ſit. Licet mihi exigua omnino ſuppetat materia ampliãdæ Hiſtoriȩ, quũ diu Ciuitas Deorũ benignitate belli immunis ocio fruatur, finem itaque operi, & labori noſtro tertiuſdecimus liber imponet, quãdo paccatiſsima omnia in Venetis rebus conquieſcant, quicquid deinceps cõtigerit, aliquis poſt nos ſcriptor nobilis exurget, cuius eloquio res Venetæ illuſtrabuntur, quod ego præſtare non potui, qui ſponte ſuperioribus annis adſcribendum me contuli, non gloriæ cupiditate ductus, quam nullam conſequi poſſe ſpero, ob tenuem dicendi facultatem, ſed vt noſtro exemplo poſteri forſan ad concelebranda futura geſta accenderentur, veniamque à ciuibus meis peto, ſi nullo publico decreto huiuſcemodi ſcribendi prouinciã aſſumere auſus fuerim, nec id animi temeritate factum, ſed ſtudio potius glorificandæ patriæ, quod in me ſemper ardentiſsimum fuit, eorum tamen cura erit, quibus ciuitas hoc publice ſcribendi munus iniunxit, facundius omnia agere, & quæ nos inculto ſermone inchoauimus, elegantiori ſtilo perficere, ac cætera proſequi, quæ à nobis parum compte huc vſque ſcripta ſunt, ſupplebuntque in eo illi ſuo admirabili ingenio, in quo nos rudi minerua defecimus: Venetorum autem (quum hæc commentaremur) amplum terra, marique erat Imperium, nam in Italiæ ora complures inſignes vrbes, aliaque multa in montanis, in planicie, littoraliq; tractu oppida Veneto nomini parebant. Mari vero præter Hiſtriam, Dalmatiam, Illyricum, atque Epyrrhi partem, Corcyra, Cephallenia, Zacinthus, inſulæ nobiliſsimæ: & in Aegeo Creta, & in Carphatio Cyprus, duo opulẽta Regna ſub Veneta ditione erãt: quo quidem tempore tres ſummi orbis Principes Carolus Cæſar, Henricus Gallorum Rex, & Solymanus Turcorum Imperator, ampliſsima in Aſia, Aphrica, Europaque Imperia poſsidẽtes arma terra, marique miſcebant: iiſque inuicem bello digladian tibus, Veneti ſoli inter tot armorum fragores paccate agebant, eorumque à cunctis regibus, gentibus, populis ſocietas amplis propoſitis conditionibus expetebatur, tanta enim erat apud omnes Principes Veneti Senatus authoritas, & exiſtimatio,

No. Venetorũ ditionem.

exiſtimatio, vt in eam partem victoria inclinatura videbatur. Cui Veneti coniunctis armis adhæſiſſent. At illi fœdere cum omnibus pie, ſanctęque, ſeruato. Pacis ſtudia. Nemini Principum iniurij conſtātiſsime coluere: decretumque eſt hoc tempore à Senatu (vrgente rei frumentariæ inopia) vt iugera, Noualia, campi, qui late cunctis Veneti Imperij finibus neglecti, ac ſtagnantibus aquis inarati nullam diu frugem attulerant: ad culturam reducerentur, vt elaborata per multa paſſuum millia tellus Cererem humanæ indigentiæ largius ſuggereret: ne Veneta ciuitas deinceps (vt ſæpe alias euenit) Annonæ pennuria laboraret, tresque huius Agrariæ legis præfecti Frāciſcus Barbarus, Antonius Frizus, & Nicolaus Genus creantur, qui ſtatim in continentem tranſgreſsi magnam diligentiam, ſtudiumque adhibuere, vt vallium, paludium, amnium alluuione purgata. Nouus hic agrorum cultus feraciorem, vberioremque per ſingulos annos Meſſem redderet: atque ita vrbi in omnem futuræ egeſtatis euentum ſapientiſsime conſultum eſt, cæterum quum ad Gorzonum circa poleſinum locum præfecti ſe contuliſſent, paludium, & conuallium ſtagnantes aquas decreuerant ad Bronduli portum ad duo ferre millia paſſuum ab vrbe Clodia diſtantem deducere, quæ res Clodenſium ciuium animos nō parū turbauit, apparebat enim ob ingentem aquarum vim quæ ex ea deriuatione in Brundulanam maritimam oram irrumperēt, breui Clodiam in exitium ruituram, periculo aūt animaduerſo, ne vrbs finitima interiret, Senatus decreuit, vt vallium, ac paludium aquæ non amplius ad Brondulum ſed ad Atheſis fluminis Oſtium ſupra foſsiones deducerentur, in eoque Fr. Taiapetrę tum Clodiæ prætoris virtus plurimum enituit, cuius vnius ſtudium in procuranda ciuitatis illius indemnitate admirabile profecto fuit, curabant interim Veneti Italicę pacis ſtudioſi Pontificem, & Columnenſes ab armis retrahere miſſusque eſt ea de cauſa à Senatu Romam M. Antonius Franciſcius à ſecretis vir induſtrius, cuius prudentia fœlicem res ſortita eſt euentum, interea Sanquintinum à Cęſarianis expugnatum magna Gallorum cede capitur: ſequuta eſt poſtea Pax inter Pontificem, & Philippum Regem, Columnēſibusque venia data. Quorum cauſa diu in latio armis diſceptatum fuerat. Prodigiaq; eo anno terrifica Romana vidit ciuitas, tiberisque adeo ſubita aquarū excreſcētia ob cōtinuos hymbres intumuit, vt dira alluuione in vrbe, agrisq; omnia plena eſſent: ac duobus cubitis altior aqua paſsim diffuſa portentuoſum Cathaclyſmum fecerit: cuius violenta rapacitate, & impetu plurima vrbis ædificia collapſa procidere: & in agris rapta cum ſtabulis armēta. Ingensque vtriuſque ſexus multitudo ſubmerſa interijt, eandem quoque inūdationis vaſtitatem ex Arni intumeſcentia omnis pene Hetruria ſenſit, fuitque Pauli Pontificatus ad eam vſque diem & bello, & his tempeſtatibus obnoxius, curauit autem ille (quantum potuit) pacem componere, inter Henricum, & Philippum Reges, miſsique ſunt ad vtrunque oratores Caraffa,

Att. decretum.

Præfecti.

M. Ant. de Frāciſcis.

Na. prodigium.

Caraffa,& Triultius Cardinales,hic in Galliam,ille in Hiſpaniam, vt Regum animis à bello auerſis Chriſtiana res aliquandiu paccata conquieſceret: Interim Galli poſt cladem ad Ararim acceptam nouas copias contrahunt:reparatoque exercitu in hoſtes magno impetu feruntur. Venetijſque hoc tempore Principis coniunx Ducalia magnificentiſsimo apparatu inſignia publicè delata ſuſcepit,renouataque eſt indeſuetæ rei memoria,quę centum ab hinc annis inueterata penè exoluerat:nam à Paſchalis Maripetri Principatu (vt traditur) vſque ad hæc tempora Duciſſa Veneta in vrbe viſa non fuerat. Ingens itaque ad nouum, feſtumque ſpectaculum totius ciuitatis multitudo confluxit, è Dandula autem nobiliſsima familia ipſa orta eſt,Liliaque nomine appellabatur,patremque habuit Marcum Dandulum Iuriſconſultum,& Equitem virum inſignem:qui in adminiſtratione Reipu.diu verſatus ſingularem ſibi peperit,apud omnes tum ingenij, tū prudentiæ laudem,Matthæusque, hodie Dandulus Equeſtris ordinis Duciſſæ frater magna in omnium conſpectu gratia,& authoritate valet,apparatus autem huiuſcemodi fuit:Ad Barbadicas ædes,vbi Duciſſa aderat,Patres frequentes Bucentauro acceſſere:Ipſaque pallio aureo amicta,Ducaliq; Infula caput ornatum habens ingenti matronarum comitatu in apertum proceſsit,exceptaque eſt à Conſiliarijs, Celſoque Trono media locatur:Bucentauroque ad Diui Marci ripam egreſſa per forum innumerabili populi multitudine ſtipatum media inter duos ſeniores Conſiliarios Marcum Centanum, & Antonium Iuſtinianum,inſigni pompa in Ducarium tranſijt: inde aulæis, ſignis, ramentiſque auri opifices vrbis ferè omnes,ad quos ea cura ſpectat, iudicum tribunalia, per quæ Duciſſa tranſitura erat. mire exornarunt,multitudoque ingens miniſtrorum aderat. baculos manibus geſtantium,qui ex medio dimouebant turbas,& vias patentes,apertaſque reddebant.Paratæ quoq; de more in propatulo menſę, ac lautiſsima cibaria,& expoſita magni precij eminenti pulpito ſupellex,vbi Crătheræ,Phialæ,Scyphi,Abaci,aliaque multa ex auro,argentoque,vaſa,& pocula ſpectabantur: Triduoque publicè ciuitas letitiæ, & feſtiuitati indulſit: Nec ab inſtituta Hiſtoriæ noſtræ narratione alienum erit, edocere, quid Bucentaurus ſit, quando de eo mentionem ſæpe facimus, eſt igitur apud Venetos Bucentaurus nauigium maximum,atq; ornatiſsimum,nam ſtructura eius ſublimis,columnelliſque frequentioribus culta, auroque à prora ad puppim præfulgida,hoſpiteſq; inſignes,alijq; eminentioris fortunæ viri,qui ad vrbē veniunt,à Principe,& Patribus in eo excipiuntur, Ducaleq; ſolium in frontiſpicio ſuperiori tabulato collocatum eſt, vbi Princeps inter Legatos,Conſiliarioſq; medius reſidet, & circum per ſubſelia ſummus ille Patrum ordo maieſtatis,& ſilentij plenus, in inferiori autem tabulato remiges nauigium tonſis agunt,& remulco interdum dum aquæ in contrarium fluunt,tāta moles trahitur,publicúq; erigitur vexillum, & iuxta illud

Cardinales.

Noc. Apparatū de Duciſſa.

Bucentauri deſcrip.

Principis

Principis auratum ſcutum,ſummitaſque Bucentauri holoſericum, purpureumue habet operculum,funibus alligatum ne ventus rapiat, & ad puppim poſitum eſt Iuſtitiæ ſimulachrum auro fulgens, cuius dextera nudum enſem, leua autem æquilibrium tenet, Roſtrumque inſigne prominet,vt nauigij forma conſpectior ſit, dictaque Bucentaurus,à Bu, quod magnum aliquid ſignificat, & à Centauro antiquo nauium inſigni, alij Ducentaurum appellatum volunt, quaſi ducentorum hominum nauigium capax, taliſque pelagi machina inſtituta ſub Sebaſtiano Ziano Principe traditur in aduentu Federici Imperatoris Barbaroſſæ, dum ille pro componenda pace cum Pontifice, & Senatu Venetias acceſſiſſet, nonnulli recentiorem huius nauigij ſtructuram eſſe affirmant, variæque ſunt opiniones, Anciliaque hinc,ſeu ſcuta facta aiunt, quibus poſt Principum obitum tota aurea ædes ornatur. In Morinis autem hoc tempore Galli ſub Principis Giſæ ductu cum Philippo Rege bellum gerētes Calectum munitiſsimum oppidum Anglico mari poſitum armis recepere,quod ſupra ducentos annos Odoardus Britanniæ Rex eius nominis ſecundus occuparat: ſed in arce recipienda Gallorum virtus Duce Petro Stroccio plurimum enituit, nam quum ea ferè tota aquis, paludibuſque alluatur: intrepido tamen animo Galli milites in ſtagnum ſe armati proiecere: Vadoque tentato vmblico tenus ſupra aquam extantes prælium ciebant, tantaque fortitudine vſi ſunt, vt ad deditionem hoſtes faciendam ſubito compulerint.qui cum ſingulis veſtimentis abire iuſsi; Arcem Gallo tradidere: trecentaque (quod mirum dictu eſt) muralia tormenta capta dicuntur, ingenſque alius belli apparatus, pretioſæ ad hæc merces in prædam actæ: Ac tritici, hordeique incredibilis copia: Cæſique ex Hiſpanis, Britanniſque circiter ſexcenti: & plerique alij capti: Quorum quinquaginta genere, & fortuna eminentiores in Galliam ad Regem miſsi ſunt: repenſaque hac victoria clades: quam ad Ararim pauloante Gallus acceperat: Inde ad Gigneſium caſtris admotis, oppidum atroci oppugnatione fatigatum, à Gallis capitur: quod ſtatim euerſum, ſoloque æquatum eſt: Et dum hæc extra Italiam inimicorum Regum armis geruntur, trepide nunciatur: Othomanum Byzantij ingentem claſſem, & in Cilicia exercitum parare:motuſq; is ſuſpicionem Venetis iniecerat:ne Cyprum Turca inuaderet:ea propter Patres ſtatim centum triremium claſſem conflare ſtatuere,cui Thomam Contarenum procuratorem virum ingenio clarum præficiunt,curaque tuendi Imperij in Græciæ ora aduerſus Othomani arma demandata eſt, & viginti quinque triremium Gubernatores à Senatu creati, qui ſub Contareni Imperatoris auſpicijs rem maritimam adminiſtrarent. Nec hoc loco patritij viri eximia in patriam charitas ſilentio inuolui debet, nam Zacharias Valerius Benedicti filius vnam ſuis ſumptibus triremem hoc Turcorum motu armare patribus pollicitus eſt, ac ſine

Callectū Galli recipiunt.

Noc. in cem claſſem. Thomas Contarenus maris Impe.

Zach. Valerius.

vlla publica impenſa operam ſuam in bello obtulit, quo confecto poſt menſem pecunia, quam erogaſſet, ſibi reſtitueretur, Generoſitaſque animi in vno Valerio præclara, memorabiliſque hoc facto apparuit. Mittitur poſt hæc Melchior Michael Legatus Corcyram vir magna inter Patres authoritate, qui Procurator creatus fuit, dum triremem ad deſtinatam prouinciam iturus conſcendit, muniuntur quoque militum præſidijs, Cyprus, Creta, Cephallenia, Zacinthus, atque omnis Dalmatiæ ora: Sed Turcorum claſsis in altum euecta Aulonæ primum littus tenuit, inde per Siculum pelagus Lyguriæ oram petijt: Et Veneti ad Ferdinandum Imperatorem declaratum congratulandi publico nomine cauſa Ioannem Capellium Equitem, & Bernardum Naugerium Oratores miſſere. Legationem quoque Paulus Theupolus Hiſpanam habuit, qua Philippum Regem adibat, vt cum eo fœdus, ſocietatemque Senatus nomine renouaret, Profectiſque ad Ferdinandum Cæſarem Legatis. Bernardus Naugerius (vt erat facundia inſignis) elegantiſsimam apud eum orationem habuit, Et Galli, quum diu Tonuile oppidum in Morinis obſediſſent, aſsiduiſque illud oppugnationibus fatigarent, poſt longum certamen vtraque pars receptui cecinit, Galliſque Ductoribus armatis adhuc circa mœnia verſantibus, ex his Petrus Stroccius vir magnis rebus geſtis clarus tormentali pila ab hoſte emiſſa interficitur, oppidum tamen non multopoſt deditione facta in Gallorum poteſtatem venit: Atque alia Regni parte (vt varia eſt belli fortuna) Galli ſub Ducis Termes auſpicijs magna clade ab Hiſpanis profligātur: nouuſq; reparatis viribus ab Henrico Rege exercitus contrahitur: Et ferox Hiſpanus auctis copijs dimicandi ſtudio non procul ab hoſte caſtra locauit: Sed Galli dubios incertoſque martis caſus (vt ſæpe experti fuerant) reputantes, verenteſque ne ſi victi eſſent. Regnum in diſcrimen adducerent, pugna abſtinuere, eadem quoque Hiſpanos ratio à concupiti certaminis ardore reuocauit: in paccatumque vtraque pars caſtra rettulit: Et Turcorum claſſis per inferum mare in Neapolitani Regni oram profecta Surrentum oppidum ſubito acceſſu cœpit, & diripuit: vbi præda ingenti mortalium, rerumque facta, quòd diutiſsimè belli immunis regio fuiſſet: claſſem inde Turcæ abduxere: diſcordibuſque aliquandiu animis ab Othomano, Galloque commune bellum geſtum: ſocietatemque, & fœdus penè illi violarunt, dum acerbis odijs, contentionibuſque inter ſe certant: Sed Barbari Regia largitione deliniti ſolitam in bello operam Gallis amice præſtitere: magna interim, inſanabiliſque morbi vis Othomani claſſem inuaſit; qua Graſſante plurimi periere, ac infrequens turmarum internitione reddita eſt, Turcorum claſsis: ſelectiſque ex ea ſeptuaginta tantum triremibus, reliquæ Conſtantinopolim penè laceræ, atritæque rediere: Et Veneta claſsis in Illyrico conſedens à Barbarorum incurſu maritimam oram

Melchior Michael.

Legati ad Ferdinandum Cæſ.

Petri Stroccii interitus.

Claſsis Turcorū

oram tuebatur: Tumultuatumq́ue hoc tempore in Brixienſi, fuit ex Cremonenſium iniuria: Qui fluminis Olij ripas veteribus Colonis eiectis, ſibi vſurpare nitebantur, hinc ad rixas primum, poſtea ad arma recurſum: Et Brixienſes vt fluminis fines intacti manerent. ex quo agri ſui vberes redduntur: magna auri profuſione mercenarij milites ad ſua ſtipendia euocantur: Cremonenſes quoque copias contrahunt, vt controuerſias vterque populus ſuas armis diffiniat: Verum ne bellum oriretur, Et Philippus Rex, & Venetus Senatus ſuos ab armis edicto reuocarunt, alia quoque non minor controuerſia inter Henrici Galliæ, & Philippi Hiſpaniæ Regum Oratores in Veneta vrbe oborta, vterque enim Principum ſuorum potentiam dimetiens, honoratiorem locum publice apud Principem, Senatumq́ue ſibi exhiberi poſtulabat: diuque id Patres diiudicare recuſarunt, quum ad Pontificem potius hæc ſpectaret cognitio, Verum Rege vtroque inſtante: Cenſuit Senatus, quod omnium memoria ſemper obſeruatum fuerat, vt Gallus Orator Hiſpano apud Principem publicè præcederet: Nec multopoſt dum Othomanica claſsis circa, Corcyram conſediſſet, inde poſtremo velis datis in Helleſpontum abijt: Et Veneta claſsis cum Imperarore domum reuocatur: Atq; vt maria prædonibus purgarentur, qui circa Cretam, Cyprum, & Syrię littora rebus noſtris grauiter infeſti erant: quatuor Veneti maiores triremes armandas curarunt: earũq; Ducem legere Vincentium Iuſtinianum virum à primis fere annis nauahbus ſtudijs innutritum, tres quoque præfecti ſingulis triremibus adduntur, hi autem ex patritio ordine maritimas artes callentes fuere, Aloyſius Rimondus, Laurẽtius Piſo, & Marcus Delphinus, Turca interim tota Aſia arma terreſtria, maritimaq; magno ſtudio parabat: Bellumq; Ferdinando Cæſari inferre videbatur: Ad Viennęq; oppugnationem totas Regni vires Solymanus intenderat: magniq; ob id in Byzãtio belli apparatus erãt: Atq; ex Thracia, Armenia, Cilicia, Cappadocia, Meſſopotamia militũ delectus habebantur: claſsis quoq; euocatis ab Euxino, Gręcięq; littoribus remigibus, nautisq;, validiſsima inſtruitur, vt primo ſtatim vere omnia ad deſtinatam expeditionem parata eſſent, reuerſiq; ſunt per hos dies ex Auſtria Legatione Veneti Oratores, ex quibus Bernardus Naugerius ob præclaras animi dotes equeſtri dignitate à Ferdinando decoratus fuit: Torquẽq; inſignem centum auri pondo dono ab eo accepit: & duodecim pateras decem talentorum præcio Capellius alter Legatus habuit, interim quum diu inter Henricum, & Philippum Reges terra, mariq́ue bellatum eſſet: Ac per varios, æqualesq́ue prope martis caſus Gallica, Hiſpanaque res agitaretur: Pax tandem honeſtis conditionibus ſequuta ab armis vtrunque Regem reuocauit: Et Turcorum claſsis primo vere ex Helleſponto egreſſa eſt, terreſtres quoque ingentes copiæ emiſſæ: Libet quum de Turcis mentionem ſæpe facimus, eorum originem, ac admirabile incremen-

Nota tumultum in Brixiensi.

Controuerſia inter Gall. & Hiſpa. Orat.

Vinc. Iuſtinianus.

Præ ... ſi

Ceſaris munera.

Pax.

tum paucis hoc loco memorare: vt cognoſci poſſet, quonam modo Barbara, & infidelis gens in lucem per armorum gloriam emergens ad tantũ Imperij faſtigium peruenerit: quod hodie adeo late patet, vt quicquid ad orientem immẽſo cœli ambitu obtegitur, dominatorem ampliſsimis terra, marique finibus Othomanum habeat: eius autem humilia, obſcuraque (vt ſcriptores tradunt) fuere initia: nam à Caucaſi, ſiue Caſpij mõtium rupibus ea gens ex Schytarum orta genere primum in Perſidem, & Mediam tranſcendit: ibique latrocinijs addicta per multos annos ſine egregio fuit nomine: paulatim autem viribus auctis ad Helleſpontum vſque Duce Bochano viro audaci, & bellicoſo penetrare auſa eſt. Coſdroeſque Perſarum Regis Turcæ militiam ſequuti magna fortitudinis exempla bello ædidere, è Perſide poſtea egreſsi Ciliciam armis occuparunt: diuque cum Armenijs, Sarrhaceniſque bellarunt. Victorque Turca Anno Domini octogeſimo, ſupra milleſimum, vtranque gentem ſubegit. Inde temporum ſucceſſu coniuncti Mauris, Sarrhacenis, Syris, Arabibus, eiuſdem generis, ſectæque populis, Turci in Chriſtianos, qui in Orientem ad Maumethanum delẽdum Imperium tranſcenderant, varia fortuna pugnarunt: eiectis poſtea ex Aſia Chriſtianis, Turcorum nomen toto orbe celebrari cœpit, nam Sarrhacena gens. Cuius ſub Saladini auſpicijs in Chriſtianos clara geſta fuere: maiori Imperij parte ſpoliata, poſt Orientale bellum primum Turcis locũ facile conceſsit. Hiſque magnus poſtea rerum ſucceſſus fuit. Debellatique ſunt. Thraces, Cilices, Cappadoces, Meſſopotamij, vſque ad Euphratem, & Tygrim, fluuios, Tauri quoque & Amani montium Accolæ ſubacti. In Parthorum poſtea Regem Vſſoncaſſanum proſpere pluries Turcæ pugnarunt. Sed paucis interiectis diebus eos Thomiris, qui vulgo Tamberlanus appellatur. In Aſiam cum magna Tartarorum multitudine deſcendens ſuperauit: Bayſethemque Regem captum in contumeliam, ac ludibrium cauea incluſum diu tenuit. vnus tamen Othomanus Turcorum potentiã mirifice auxit: conflixitque is cum Melech Laſeraph Sultano, magnaque ędita cęde neutro fortuna inclinauit. Inde vltra Tanain, Bolgam, Boriſtenen, & Hyrcanum mare, vbi Nogays Aethiopum Rex imperat: Othomanicæ arma peruenere: omniaque ad extremas vſq; orbis Metas Orchanes, Morbaſſanus, Amurathus, bellicoſi Reges breui tempore edomarunt: Aſiaque pene omni ſubacta. Maomethus terra, marique Byzantij expeditionem ſuſcepit: vrbeque illa Anno Domini Milleſimo, quadringenteſimo, quinquageſimo ſecũdo expugnata, Greciæ Imperium per Paleologi Principis, Chriſtianæque gentis cædem ſibi fœliciſsime aſciuit: Moſcouitaſque tributarios fecit, qui inter Sarmatas, & Schytas poſiti non procul à Ripheis montibus recedunt, extenduntur que ſupra Tanais fõtes, vſque ad Hyperboreos, & Glacialem Oceanum. Nec minora Bayſethi filij terra, marique bellica fuere facinora: qui Myſiam, Thraciam, Macedoniam, & Pelopo-

Ant. Turcorũ origi nem.

Tamberlanus.

Turcorũ Imperatores.

Quo anno Byzantiũ à Turcis captũ.

neſſum deuicit. Subſecutus eſt Selynſach maximus Imperator, cuius armis Sultano Memphitico debellato, Aegyptus, Syriaque latiſsimæ prouinciæ ceſſere: Solymanusque hodie filius magnam Pannoniæ partem in Turcorum poteſtatem redegit: verſisque in Sophenum Perſarum Regem armis varia fortuna cum eo bellum geſsit, viarumque aſperitate multa paſſus eſt Solymanus incommoda, perijtque magnus Turcorum numerus, tum Perſarum armis, tum commeatus inopia: dum illi per vaſtas ſolitudines hoſtẽ fugitiuum inſequuntur, vere autem illud affirmari poteſt (quod & deplorandum eſt) ſeditiones, & bella Principum Chriſtianorum, quę longo tempore inter eos deſeuiunt, maximam Turcis commoditatem præſtitiſſe, ad propagandam eorum terra, marique ditionem: Addo etiam ad hanc ſuam fœlicitatem, militaris diſciplinæ rationem: quam gens illa exactiſsime tenet: nec ab re fuerit, de ea in medium pauca afferre: Primum omnium, quũ belli gerendi tempus inſtat, equitum, peditumque ingens conflatur exercitus. In quo varia armatorum genera cenſentur: equitesque ad octuaginta millia pręſtanti virtute Othomanica ſigna ſequuntur: Thymarciniique, hi Turcica lingua appellantur, hoc eſt ſtipendiarij, nam prædia, villas, agros, Caſtellaque, vt quisque meritis præſtat, Regis indulgentia poſsident, ſtipẽdij, & mercedis loco, feroxque hoc bellatorũ genus in prælijs habetur: quibus duo Sanzachi latino idiomate præfecti appellati, vnus Aſiæ, alter Europæ cum ſumma poteſtate præſunt. In equitatus numero ſunt & Aconyzię ſine ſtipendio Regi militantes, ſemperque agmen præcedũt: furacesq́; ac prędabundi in hoſtium res graſſantur: raptoque viuunt: ſunt & Charippi Spaigliani, & Soluphtati, ſed horum charippi pręſtãtiſsimi ex Schytis, Perſisque militiæ aſcripti, pugnantque in conſpectu Regis (dum opus eſt) inſigniter: Peditatus vero triplici acie inſtruitur. Primum Ianizari ordinem tenent. Hi impuberes, ac forma, habitudineque corporis præſtantes è Chriſtianorum prouincijs bello rapti militarem artem à pueris addiſcunt: in pugnaciſsimosque euadunt bellatores, ac quicquid vnquam à Turcis bello partum eſt, horum virtute quæſitum fuiſſe Othomanus gloriari poteſt: amiciuntur autem Ianizari breuiori veſte, & Pileo Albo, ſurſumq́; erecto, ac poſt occiput demiſſo, ſcuto, enſe, arcu, in prælijs vtũtur: vrbes oppugnãt: caſtra muniunt: omniaque militaria munera impigre obeunt: in ſecundo poſiti ordine Aſapi, imbelle hominũ genus rubeo pileo à Ianizaris diſcreti, enſe, longioreque haſta armantur. In prælijsque hoſtium equos confodiunt: cęſosque ſpoliant: poſtremo voluntariorum, ac euocatorum ingens turba: Hisque Calones, & Lixę immixti, ſupra ducenta armatorum millia exercitum conficiunt: comitantur caſtra varia opificum genera: Laniſtæ, Cerdones, Trapezitę, Caupones, Scorta, atque alia id genus hominum ingens manus, & colluuio, ne quid in tãto copiarum numero deſit. Quod earum vſui cõducat: ſed vna in ea gente præcipua laus, Imperij ſcilicet exa-

Art. Turcorum militum.

Ianizari.

Aſapi.

ctiſsima

ctiſsima obſeruatio:qua Turcæ omnes alias nationes facile ſuperant: hi vorticoſa,& profunda tranant flumina,abruptos,inacceſſoſq; ſcandũt mõtes,non armatas horrent acies,non machinas, non ferrum, inediæ, æſtus, frigoris, tolerantiſsimi ſunt:Romanaque priſca illa vere in Turcorum genere militaris diſciplinæ ratio viget,nil mirum igitur,ſi res eorum tantum ad hunc diem creuere:quantum paucis ab hinc annis nullius alterius nationis,quæ ſub cœlo eſt:Poteſt tamẽ id genus hominum vſque eo dici inuictum,quoad Principes Chriſtiani ceca rabie inter ſe diſsident: Rege vero cum exercitu in bellum proficiſcẽte:vnus ex aulæ primoribus,quos Baſſas Barbari appellant,ſummæ rei præficitur,cunctaq;(donec rex abeſt) ipſe adminiſtrat:omnium autem celeberrimus, nominatiſsimusque noſtra memoria in conſpectu Solymani fuit Ibrain, ex Acharnania Pargæ vico humili natus.Cui tantum Rex poteſtatis,iuriſque permiſerat, vt opulẽtiſſimum ſolus prope ille Imperium gubernaret,ac nulla fere hora à mutuo conſpectu vterque abſcedi poterat. Regis itaque incredibili amore comparato,ac maximis opibus aggregatis inter Othomanam gentem Ibrayn diu floruit. In aulicorum poſtea inuidiam incurrit, quorum delationibus factũ eſt,vt in affectati Regni ſuſpitionem quòd Chriſtianos nimium coleret, apud Solymanum veneritiquare priſtinæ beneuolentiæ memoria deleta, miſſo ſpiculatore in cubiculo intempeſta nocte Ibrayn dum alto ſomno preſſus obdormitaret. Regis iuſſu fęde iugulatus eſt: & Ruſten Solymani gener defuncti Ibrayn loco ſubſtitutus cuncta vnus hodie in tanto Imperio Regis nomine moderatur:& hæc de Turcis: creaturque hoc tempore apud Venetos archiſcriba maximus Ioannes Franciſcus Othobonus vir ex ciuium ordine generis nobilitate, ingenio,& memoria clarus, qui diu à ſecretis apud Decemuiros Reip. inſeruiens ſingularem tum optimi, tum ſolertiſsimi viri tulit laudem: tãtaque excellebat memoria, vt quicquid Principum Legati in curia patribus exponerẽt, Ipſe poſtea omnia(ne vllo quidem verbo omiſſo)quę audierat,perſcribens, fœliciſsime repeteret: deceſſeque per hos dies è vita vito,eodemque ferme tempore Carolus Imperator:atque eius Nurus Maria Philippi filij vxor Britanniæ Regina:nec multo poſt Reginaldus Cardinalis Pollus natione Anglus,vir literarum, ac ſapientiæ ſtudijs præſtantiſsimus. Helyſabethque Sororis defunctæ loco, quum maſcula ſtirps nulla ſupereſſet, Britanniæ Regina ab vniuerſo populo ſalutatur,ſtatimque vt liberos procrearet, ad vnum ex Regio ſanguine Principem nuptura animum adiecit: prius tamẽ Philippus legatione miſſa tentauit Helyſabeth ad connubium ſecum iungendum pellicere: vt per nuptialis Thori renouationem Britanniæ Regnum in Hiſpana gente confirmaret:quod Maria priore vxore viuente per aliquot annos(vt ſuperiori libro demõſtrauimus)ſumma cum gloria tenuerat. Sed illa Hiſpanum nomen,Principemque alieniginam auerſata,è ſua natione virum deligere curabat.

Ibrayn Baſſa. — Ibrayn ce dės. Ruſten. — Ioã. Frã. Othobonus. — Car. Cęſaris obitus. — Helyſabeth Britanniæ Regina.

rabat. Qui ſummæ rei præeſſet, atque ita Philippus Britanniæ Regno excidit dum Hiſpana illa reſpuit connubia: cæterum nouum Helyſabeth Regnum adepta ſtatim petulans mulier in Heretica labe fouenda Henrici patris ſequuta eſt veſtigia, nam Miſſarum, concionumque ſolemnia catholico ritu celebrari non permiſit: impiasque, & damnatus ſuperſtitiones, cęrimoniasq; inſtituit: facta præterea eſt omnibus poteſtas, ea religionis dogmata ſequendi, ad quæ proprio motu animi inclinarent: pęſtiferumq; hinc ortum eſt in eccleſia Dei diſsidium, & ſciſma, totumque Anglię Regnū virus illud infecit: quod vtinam latius non ſerpat, quieſcatque aliquandiu ab hęretica prauitate Chriſtiana Religio: vulgataque hoc tempore res mira totam vrbem ſtupore impleuit. Diuinaque nimirum adeſt prouidentia. Idque ex huius facti ſucceſſu manifeſto apparet, nam quum ex Mugla Hiſtriæ oppido duo pueriles ętatis inopis parentis filij eius iuſſu parua cymba piſcatum iuiſſent, atque hi iactis anchoris (vt fit) ſcapham tranquillo pelago firmaſſent, oborta ſubito magna ventorum rabie, ac ſæua, ingentiq; tēpeſtate, fractis retinaculis ſcapha in altum abripitur, puerique in ea ſoli con ſilij inopes ſine remis, ſine gubernaculo turbato, ac procelloſo mari iactabantur: totaque die, ac inſequenti nocte nauicula tempeſtuoſiſsimis agitata fluctibus incerto curſu medio pelago errauit: circumplexique ſe ſe inuicem pueri ineuitabile naufragium lamentabantur: alto tamen his ſomno preſsis, qui tacite medio tempeſtatis horrore irrepſerat: è ſummo cœlo ſtatim auxilium affulſit, nam tumidis, ſęuisq; fluctibus ſuperatis, nauicula diuina ope per cētum, quinquaginta millia paſſuum ad Veneta littora iuxta portum incolumes pueros adduxit: qui rem totam magna cum audientiū admiratione enarrarunt: adijciebantque, in illa horrida maris tempeſtate per obſcuram noctem ſe ſe veluti deambulantis, diſcurrentisque cuiuſdam per nauiculam ſtrepitum perſenſiſſe: creditumque eſt. Deorum aliquē extitiſſe, qui à cœlo miſſus ab imminenti naufragio pueros liberauit: Et Venetijs pro pace inter Henricum Galliæ, & Philippum Hiſpaniæ Reges ſequuta. Vnius diei ſupplicatio publice decreta eſt: per forumque religioſa pompa tranſiens incredibile ex auro, argentoque Vaſorum ſpectaculum præbuit, deferebanturque ea altis contignationibus manu factis, tanto numero, vt ciuitatis opulentiam omnes admirabundi obſtupeſcerent: creatique ſunt poſtea à Senatu duo oratores Ioānes Capellius, & M. Antonius Amulius, qui tum Veronę præfectus erat. Ille in Galliam, hic in Hiſpaniam, vt publico nomine congratulationem pacis cum Regibus ageret, nam vt pax diuturnior, ſanctiorque eſſet. Henricus Iſabellam filiam Philippo Regi cōiugem dedit: & Margaritham ſororem Hemanueli Duci Sabbaudiæ, cui Principatus Gallorum armis iam diu ſubactus à Rege dotis nomine reſtitutus eſt, atque ita per hæc nuptiarum lenocinia Reges deliniti pacem inter ſe perpetuam firmarunt: ex Legatis autem Ioannes Capellius in itinere ob

Not. miraculum.

Legati Veneti.

Att. nuptias.

Ioā. Capelli mors

reob

re ob æſtiuos calores febre correptus, Pariſijs diem obijt, publicaque funeris pompa à Rege decoratus fuit: Et claſsis Veneta ſub Legato Pandulpho Contareno dum maria perluſtraret, circa Dyrrhachium ſeptem Pyrratarum biremes obuias habuit, quę aliquot noſtrorum nauigia pauloante intercepta oppreſſerant: ad eam igitur iniuriam vlciſcendam Legatus conuerſus ſæuiſsimos prædones diu toto mari inſectatus eſt: illi autem in Dirrachij portum, ne in Venetorum manus inciderent: ſe ex alto recepere, in

Pand. Cõ[illegible]eni vis in pyratas.

quos tamen Venetus claſſe ad vrbem admota, impetum fecit: Et oppidani ad vim arcendam erecti arma ſtatim capiunt: vt biremibus, Pyratiſque auxilio ſint: Ea propter Contarenus Legatus ira percitus armis rẽ gerere ſtatuit: Oppidumque aggreſſus tormentis, miſsilibuſque infeſtat, crebriſq; ictibus ingens murorum ruina facta eſt: collapſaque Moſchea corruit, vbi plurimi Turcæ tam mares, quàm fœminæ periere: quare territi omnes improuiſo hoc inſultu ex vrbe effugere cœperant: nulla autem maiore vi illata, Contarenus inde claſſem abduxit: Senatus tamen, quia pacem cum Solymano habebat, quam nullo modo violare ſtatuerat. Contareni factum dãnauit: eumque ſtatim abrogata dignitate è claſſe reuocandum cenſuit, atq;

Chriſtopho. Canalis.

in eius locum Chriſtophorus Canalis ſuffectus eſt: Et Solymanus, vbi cognouit, nulla habita mutuæ ſocietatis ratione tam temere Venetum in res ſuas ad Dyrrhachium infeſta claſſe impetum feciſſe: magno animi furore commotus, armis iniuriam vindicare ſtatuerat. Sed domeſtico bello implicitus à vi in præſentia abſtinuit: Nam filij Selinſach, & Bayzethus Solymano patre iam annis cõfecto, Regni cupidine accenſi in armis erant: Illudq; vterque per cędem, & ſanguinem ante patris obitum, ſibi aſſerere tentabat, in numeris itaque equitum, peditumque copijs contractis ad conferendas

Nota diſcordiam inter Solymani filios.

manus inimici fratres in aciem deſcenderant: fauebat autem Selyn maiori natu filio Rex Solymanus, & Bayſethi partes militum vulgus, & ſelecti bellatores ſequebantur: nam Bayzethes ob amabile ingenium, Regalemq; animum Turcorũ Primoribus, ac multitudini perquàm charus erat: Selyn contra immittis, & temulentus, ineptusque ad omne Regium muñs tanto Imperio indignus ab omnibus habebatur: contentusque ipſe tamen paterno fauore certam ſibi victoriæ ſpem animo ſpondebat: Galleonumq;

Galleoni [illegible]

hoc tempore immenſæ magnitudinis nauigium, quod maximis Veneti ſumptibus ad arcendas Pyratarum incurſiones ædificarant: cuius præfectus Alexander Bono nuper creatus fuerat, Dum ſex millia paſſuum ab vrbe in anchoris ſtaret, ſuborto primis tenebris ingenti, violentoque turbine naualis magiſtri imperitia, qui illud (vt dicitur) parum exacta ratione fabricarat: abſorptum mari mergitur: nullaque arte, vi, & ingenio è profundo extrahi vnquàm potuit, incredibiliſque tormentorum, belliciq́ue apparatus iactura facta eſt: Poſt hæc litteris, nuncijſque certioribus cognitum: Solymani filios (quos ſupra memoraui) viuente patre de Regno

Regno inter ſe diſsidere:magno prælio in Aſia ad Iconium Lycaoniæ vr
bem dimicaſſe:in quo poſt atrociſsimum vnius diei, & inſequentis noctis
certamen Bayſethus fuſus, profligatuſq́, in Amaſiam Cappadociæ vrbem
duobus vulneribus ſaucius cum quingentis tantum equitibus profugit: ce Not. conflictum inter fratres
cidereq́; ex vtroq; exercitu ad quadraginta armatorum millia : ciuiliſq́ue
tunc primum in Othomana gēte ſanguis in acie effuſus: Bayſethes autem
poſt pugnam ad Sophenum Regem in Perſiam ex Amaſia ſe contulit:ex-
cipiturq́; ab eo magnis honoribus:gentiſq́ue bellicoſæ auxilio reparatis vi Not. Solymani edictum.
ribus iterum in patrem,fratremq́; ferox iuuenis arma induit : At Solyma-
nus publico edicto propoſito ingens aurum,atque ampla ijs premia obtu-
lit:qui Bayſethi filij abſciſum ad ſe caput detuliſſent:Hanc inhumanam cę
ca regnandi cupiditas in animis mortalium feritatem ingenerat,in tantūq́;
furorem prolabitur:vt poſthabito Deorum immortaliū metu, neglectaq́;
omni pietate,in pignora ſua genitorem ſæuire cogit, Et in Gallia in Regijs
nuptijs celebrandis magnificentiſsimi diuerſi generis ludorum apparatus
inſtituti:Haſtarumq́; certamina per dies octo magno populi,finitimarūq́;
gentium concurſu Pariſienſi in vrbe celebrati ſunt: Rexq́ue ipſe Henricus
equeſtri ludo clariſsima fortitudinis exempla ædidit:nam plures concerta
tores equo deiecit:Ipſe nouiſsime haſta à Scoto quodam Regulo capite di
ſfracta caſside ſaucius non multos poſt dies magno totius Galliæ mœrore Regis Gallorum interitus.
ex eo vulnere vita deceſsit:interruptęq́ue ſunt domiſtica clade ſplendidiſ-
ſimæ nuptiæ:ſolemneſq́ue ludi,& triumphi intermiſsi, qui iam (vt Rega-
lem decebat Maieſtatem) parari cœperant,verſaq́ue omnia in luctum: ſic
fatis in rebus humanis læta, triſtitiaq́ue varia commutatione miſcenti-
bus, Henrici Regis caſu per vniuerſum terrarum orbem vulgato : non de-
fuere : qui dicerent : talem illi vitæ exitum merito contigiſſe : quòd diu
Rex cum Turcis arma conſociaſſet : in fœdaſq́ue ob id clades populus Chri
ſtianus incidiſſet : Quum viri,ſenes, pueri, virgines infinito propè nume-
ro in miſerrimam ſeruitutem à gente Barbara traherentur : plurimique ex
his fame, ſiti, pedore enecti, infœliciſsime perierint: Succeſsit in ampliſ-
ſimo Regno patris loco Franciſcus filius ſextum decimum ætatis annum Fr.ii. Gallorũ Rex.
agens : ad quem Veneti duos Oratores congratulandi cauſa deſtinarunt,
Nicolaum Pontium, & Bernardum Naugerium equeſtri dignitate vtrun-
que ornatum:veneratq́ue paucis ante diebus è Prętura Patauina ad vrbem Nic. Pontius.
Pontius, qui ob rectam, prudentemq́ue adminiſtrationem fuit Pataui-
nis omnibus æque gratiſsimus, nullæq́ue rei in eo magiſtratu defuit:Præ-
torium ædificauit: Montem Charitatis ita appellatum erexit : ad quem
inſtituendum octo aureorum nummum millia vno propè die à Ciuibus
expreſsit: eo nomine vt frumenta his pecunijs opportunis temporibus coe
merentur : in totius Ciuitatis commodum : quæ ſæpe Annonæ penuuria,
ob anni, cœlique intemperiem, aliosue fortunæ caſus laborabat : Vnde

gratiſsima ciuitas Pontium Prætorem tanti muneris authorem oratione publice à Iulio Sperone habita laudatum magno optimatum, plæbiſque applauſu vexillo aureo donauit: cum hac inſcriptione: Fundatori perpetuo Charitatis: Nec multospoſt dies Priolus Princeps quum Ducatui triennio pauloplus præfuiſſet: è vita deceſsit: & funebri oratione à Leonardo Iuſtiniano Laurentij filio in ampliſsimo Gemellorum templo, vbi exequiæ, inferiæque celebrabantur: Laudatus eſt: elatum eum poſtea ad Dominici Aedem auitis tumulis ſui condidere: Eligiturque in Demortui

Hier. Priolus Dux. lxxxi. 1559

locum Princeps Hieronymus Priolus eius frater maior natu Procurator de vltra vir præter egregiam formam corporis, multa liberalitate, ac mitti, clementique ingenio: Hiſdem quoque diebus & Romæ Paulus Pontifex moritur, quem tanto odio omnes in vrbe proſequebantur: vt quod in

Nec. odiũ in Paulũ Pontif.

viuum facere non potuerint, in defunctum crudeliter exequi conati ſunt: nam in eius Cadauer violentas manus inijcere tentarunt: Illudque dilaniare, inhumatumque relinquere furibundus populus omnino ſtatuerat: id quod Cardinalis Neapolitanus defuncti Pontificis neceſſarius veritus Scrobem ſtatim intempeſtæ noctis ſilentio ingentem in Diui Petri templo effodi mãdauit: In quam Pontificis corpus ſine vllo funeris honore proiectum, humatumque ab imminenti periculo liberauit: illud tamen à furenti populo factum eſt, quòd marmoream Pontificis ſtatuam, quam Romani ciues illi antea ob tributi cuiuſdam remiſsionem grato animo in Capitolio erexerant: cæſim comminutam ad explendum odium in Tyberim deiecit: vt memoria eius deleretur, inquiſitioniſque locum incendit, magna cum Aulicorum cæde, & Cœnobium religioſorum opulentiſſimum, quod eſt ad Mineruam: parum abfuit: quin armatæ plæbis furore euerteretur: ingenſque tumultus excitatus maximo totam vrbem terrore replebat, ſed euocata militum ſub Aſcanio Corneo Duce præſidia ſtatim affuere: Quibus omnis populi motus compreſſus eſt: Et Cardinales ſedato tumultu in Vaticanum ad noui Pontificis creationem conuerſi ſe recepere: diſpoſitiſque circum Conclaue præſidijs, ne quis tumultus in perturbata ciuitate oriretur, Pontificia comitia habita: Deceſsitque è vita Hercules Dux Ferrariæ huius nominis Tertius: Alphonſumque filium

Ducis Ferrariæ interitus.

maiorem natu opulentiſsimi Ducatus ſucceſſorem, hæredemque reliquit, Et Sabbaudie Regulus Hemanuel ad ſuum in Allobrogis Principatum ex

Orator in Sabbaudiam.

Hiſpania redijt: ad quem ſtatim a Senatu Philippus Mocenicus claro ingenio Patritius Orator delectus eſt: vt Principatum antea ab Henrico Gallorum Rege ex nuptiali pactione (vt ſupra memorauimus) illi reſtitutum, publico nomine congratularetur: Inimicę quoque claſſes Othomanica, & Hiſpana diu toto mari euagatæ ſunt: nam ad Tripolim in Aphricæ littore oppugnandam ingentem Philippus Rex naualem apparatum emiſerat: Turca quoque inſtructiſsima viris, armiſque claſſe in altum prodijt. ad

inhibendos

inhibendos Chriſtianorum conatus:ſed quū nulla benegerendæ rei occa ſio oblata eſſet: per Brumales dies vtraque claſsis in hyberna conceſsit: Et Vincentio Diedo Venetiarū Patriarchæ vita functo ſucceſſor a Sena tu datus eſt, Diui Cypriani Abbas ex Triuiſana familia, Ioannes nomine, vir Sacrarum literarum, ac vitæ innocentia clarus: Et ad Alphonſum Ferrariæ Ducem decreta eſt a Patribus Legatio: vt congratulationis publico nomine munus ageretur, de nouo ad eum Principatu hæreditaria ſucceſsione delato. Qui etiam nuper cum Coſmo Florentiæ Duce affinitatem contraxerat. Lucretia eius filia matrimonio ſibi iuncta, puellaque per illos dies Ferrariam ad ſponſum venit: Et Oratores, quos ad Ducem Veneti deſtinarant, Duo claro ingenio, & virtute Patritij fuere, Iacobus Surianus, & Lazarus Mocenicus, qui inſigni comitatu, cultuque in eam Legationem profecti ſunt: Et Patres Sforciam Pallauicinum genere Inſubrem virum militari gloria inſignem, qui peditatus præfecturam gerebat. gubernatoria exercitus poteſtate largo ſtipendio, innauictorarunt: Eiuſque diſciplina bellica res apud Venetos præclare adminiſtrata eſt, domi etiam quum nimio luxu ciuitas ex longa pace opulenta laſciuiret: Marco Foſcolo vno ex ſecundę ordinis in Collegio præconſultoribus, rogationem ferente: ſumptuaria in Senatu lex lata eſt, qua immodicæ in Mundis Muliebribus, in Conuiuijs, in Sympoſijs, Peregrinisque, & prouincialibus Magiſtratibus expenſæ coercebantur: præfectique ad eam rem curandam creati ſunt. Aloyſius Amullius, & Marcus Foſcolus legis Autor: qui luxuriantes, corruptosque ciuitatis mores ſua ſolertia magna ex parte ſanarunt: Et Romæ poſt longam quatuor circiter menſium de eligendo Pontifice inter Cardinales animorum diſenſionem (adeo tunc Ecclesiaſtica res ambitione, luxuque contabeſcebat) Cardinalis tandem ex illuſtri Medicea familia gente Inſuber Pontifex creatur. Et Pij Quarti in illo altiſsimo Apice ſibi nomen aſſumpſit: Perpetua autem pace, & fœlicitate ſub tanto præſide Chriſtiana Reſpub. frui ſperet, quum virtutum omnium in benigno, ac clementi Patre clariſsimus ſplendor eluceat: Delectique ſunt ſtatim ex Senatus Primoribus quatuor hi Oratores, Melchior Michael, Aloyſius Renerius Procuratores, Nicolaus Pontius Philoſophus, & Eques, & Bernardus Naugerius Eques, qui tum Patauij ſecundo Prætor erat, vt Romam proficiſcerentur, ad congratulationem, obedientiamque nouo Pontifici publico nomine exhibendam. Sed Aloyſius Renerius priuſquam in Legationem iret, morbo correptus è vita deceſsit. Eligiturque a Pontifice Archiepiſcopus Regni Cypri in Patrum gratiam Philippus Mocenicus, qui ad Sabbaudiæ Principem Orator ibat. Iſque Quartus ex tribus Patritijs Laurentio Foſcareno, Gregorio Barbadico, & Hieronymo Triuiſano, ſacris initiatis, quos Patres Pontifici petenti hoc Sacerdotio ornandos propoſuerant. vnus delectus eſt,

Patriarchæ creatus.

Legati ad Ferrarienſem Ducem.

Sforcia Pallauicinus.

Lex ſumptuaria.

Al Amulius. M. Foſcolus.

Pius. iiii. Ponti. maxim.

Oratores ad Ponti.

Phili. Mocenic. Cypri Archiepiſcopus

Atque in eius locum ad eundem Sabbaudiæ Principem Orator creatur: Andreas Bolduus, vir grauis, & prudens, cuius Auus Antonius multas

Nota viri iuſti factum.

Legationes, ac Magiſtratus domi, foriſque prudentiſsime, & integerrime geſsit: tantaque iuſtitia fuit, quod ſileri non licet, vt dum Triumuiratum Aduocatorium gereret, Dominicum Bollanum Collegam ſuum in Senatu accuſauit, quòd is a litigatoribus pecunia corruptus Venalem Iuſtitiam haberet, quare damnatus in exilium in Cretam abijt: Creauitque ſtatim Pius Pontifex in Apoſtolica ſede conſtitutus tres Cardinales, Ioannem Medicem, Coſmi Florentiæ Ducis filium, decem, & octo na-

Cardinales creati.

tum annos, Carolum Boromeum Archiepiſcopum Mediolani ex ſorore nepotem, & Ioannem Antonium Cerbellonum Epiſcopum Fulighi: Dum autem Nicolaus Pontius, & Bernardus Naugerius vitio Oratores ad Romanum Pontificē creati fuiſſent, ijs ſe Magiſtratu abdicare iuſsis. Hier.

Legati.

Grimanus, & Hieronymus Zanemoui Legati ſuffecti ſunt: & cū his Marcus Ant. Amulius eques Romam eſt profectus, pro Rep. Legationem iniūctam Aloyſij Mocenici loco apud Pontificem obiturus. Atque alia a Senatu in Hiſpaniam ad Philippum Regem Legatio decreta eſt, ad quam in eundam Andr. Baduarius, & Auguſtinus Barbadicus, duo illuſtres Senatores eliguntur: vt nuptias amico Regi publico nomine gratularentur, quæ

Not. deſcriptionē ſitumque orbis.

antea (vt diximus) inter eum, & Gallorum Regem factæ fuerāt. Sed quum de totius orbis gentibus ſermonem ſæpe facimus, non ab re fuerit, ſi in hac Hiſtoriæ parte nouæ terræ a nobis deſcriberentur, quas Luſitani, Hiſpanique per quam vaſti Oceani ambitum nauigantes, nō multis ab hinc annis inuenere: Primuſque Chriſtophorus Colūbus natione Lygur ad nouas querendas terras ignota ſulcare maria auſus eſt: Sed ad rem melius cognoſcendam orbis ſitus pauci exponendus: De quo ab antiquis Coſmographis, Strabone, Ptolomeo, Plinio accurata mentio facta eſt, multa tamen illis loca ignota fuere: quæ noſtra ętate curioſa mortalium induſtria per inſanas nauigationes Iberico, Athlātico, Indicoq; mari adinuenit: Terra enim ſita eſt in medio mundi vndiq; cęlo ſubiacens, ac ſuo pondere immobilis. Diuiditurq; vniuerſus orbis in tres partes Aſiam, Aphricam, & Europam, magnaq; in his terrarum ſpatia ſub immenſi cęli ambitu ad Antipodas vſq; (ſi qui ſunt) inuoluūtur, illúdque (vt Sacræ literę atteſtant) Deus in principio creauit, nec ab æterno ſecūdū falſam Philoſophi opinionē, cęleſtis machina illa vnquā fuit, i qua duo ſūt poli, vnus Auſtralis, ſiue Antarticus, alter Borealis, ſiue Arcticus, qui nunquam occidens, ſemper conſpicitur: quē nos incolimus, & ex quinq; Zonis media, quę inter Tropicos eſt, nimio caloré exuſta, parū apta creditur habitationi: duæ quoq; extremę frigoribus dānatę, reliquę aūt duę, quę mediū inter Torridā, & Gelidā ſitū obtinēt, temperatę ſunt, & humanę vitę accōmodatiſsimę ſub his ducta in Auſtralē polū linea, Cucinū, Canariā, & Fortunatas Inſulas per trecēta millia

paſſuum

paſſuum inuenere:atque hinc ſoluentibus aliæ terrę ad occidentem ſolem in Oceano obiectæ.Mari paulominus per decies cẽtena millia paſſuũ emenſo, vbi populi liberali aſpectu auro, gẽmis culti,quibus abũdãt, eaſq; vrinatores ẽ profundo eruũt:& Luſitani ex Olyſponẽſi littore in Indiã nauigantes dirigũt proras per Auſtrũ,vt in Vincẽtij Quirini cõmẽtarijs legitur,qui de Indię, & Colocuth rebus multa memorauit:tãtoq; maris curſu ꝓcedũt, vt ſub ęquinoctiali circulo circa Indiã cõſiſtũt:ea aũt latiſſima ꝓuincia ad mare poſita eſt,ſummitq; initiũ ab oſtio maris Perſici,& terminũ habet ad Taprobanę littus,lõgitudoq; eius p ducẽta quinquaginta millia paſſuũ extenditur:latitudo per decẽ millia coarctatur:maritimaq; oĩs ora arenoſa, ĩportuoſaq; eſt,Habet quoq; India multa Regna,quarũ partẽ Mauri,partem Idolatræ, gẽtileſq; poſſidẽt:qui varios ac cõplures Deos adorãt:eſt & Cathaium Indię alia pars vſq; ad Bactras iter Gedroſiã,& Indũ fluuiũ, vbi Pręianes ille(vt dicitur)potentiſſimus Rex Chriſtiana pietate ĩbutus imperat: primũ aũt ad latus maris Indici eſt Armuſi Regnũ,a Mauris ĩhabitatũ:in quo vnionũ,gẽmarũq; magna copia,Cõbai quoq;,& Pegũ Maurorũ fuſci coloris hominũ loca viſunt: vbi Lacha naſcitur:nec procul hinc Batacalla gentiliũ Sedes.Piperq; abunde hoc in loco colligitur,atq; in eodẽ maris tractu eſt Regnũ memorabile Colocuth.Cui Rex Idolatra potẽtiſſimus dominatur. Hoſtiſq; acerrimus Luſitanis:in hoc Regno Colocuth,qđ antiquis ĩcognitũ fuit: naſcunť Aromata: quę Zinzari appellãtur: in ora ẽt quę dicitur Malacha, ſub Torrida Zona poſita, verſaq; in polũ arcticũ,ſub extremo fere terrę globo,naſcunť Nuces Muſcatę:Indiciſq; alijs inſulis Gariofoli, Cinamomũ,aliaq; precioſa Aromatũ genera,quę oĩa Mauri primũ mercatores magno eorũ quęſtu in Aegyptũ ſup Camellos deferebãt:& ea per Venetos miſſis Alexãdriã maioribus triremibus in Italiã vehebãtur: Luſitani poſtea Indiæ Emporia,ac nouas terras frequentare cœperũt.Vnde per aſſidua cõmercia ditiſſimis mercibus aſportatis Luſitaniæ Regnũ perquàm opulentũ redditũ eſt: in India etiã Hydaſpes, Iaxartes,Gangeſq; fluuij celebratiſſimi labuntur.Admirandaq; in ea,ac pene fabuloſa de incolis,de feris,de voluchribus,Elephantiſq;,& Rhinocerotibus, varijſq; animaliũ generibus memorãtur,quę ſiquis noſcere cupiat,ad Plinianã naturalis Hiſtoriæ lectionẽ ſe cõferat. Nos hæc pauca ſummatim dixiſſe ſufficiat:& Veneti hoc tẽpore Vincentũ fidelẽ à ſecretis virũ grauẽ,& prudẽtem Florentiã miſſere. Qui apud Coſmã Ducem Senatus nomine reſideret. Philippi quoq; Regis claſſis anni principio ſub vice Regis Siciliæ Imperio in altũ prodijt,e Melitaq; inſula ſoluẽs ad Tripolis oppugnationẽ in Aphricam trãſmiſit,quo motu Turcæ & ipſi cẽtũ, & quadraginta triremiũ claſſem eduxere,traditaq; ſunt per hos dies in Diui Marci tẽplo Sforciæ Pallauicino exercitus Gubernatori per manus Principis Imperatoria ſigna:ac magna populi frequentia Sforcia argenteũ Scæptum manu geſtans per forum tranſijt, cõcelebratoq; eo die magnis laudibus Pallauicino creditũ eſt bellicoſi, prudentiſq; Ducis auſpicijs omnia Veneto Imperio proſpera eſſe euẽtura:& Hiſpana claſſis in Aphricã profecta poſt multa cũ Mauris, Arabibuſq; fęlici ſucceſſu

India.

Colocuth

Indię fluuii.

Claſsis Hiſpana. Claſsis Turcorũ.

laude, ob præclarã in litterario florentiſsimæ Achademiæ Agone liberorum inſtitutionẽ, & in Aphrica quum Turcę per tris fere mẽſes Hiſpanos in Gerbi oppido varijs oppugnationibus fatigaſſet, cruẽta vtrinq; certamina cõmiſſa ſunt, nã modo ad mœnia Turcæ ſubeuntes è munitionibus cum cæde repellebãtur, modo deiectis propugnatoribus eas pene occupabãt, eruptiones interdum in hoſtium caſtra ab Hiſpanis magno ĩpetu fiebãt, cum fędavtriuſque partis ſtrage, poſtremo fame, & ſiti in extremum vitę diſcrimẽ Chriſtiani adducti, ex obſidentium manibus pugnãdo ſe eximere tentarunt, erumpẽteſque ſubito ex oppido ſupra mille, & quingenti fortiſsimi bellatores Duce Aluaro intrepidi, cõſtantiſq; animi viro in Turcas ĩpetum fecere, qui primo congreſſu fuſi, fugatiq; in caſtra reijciuntur, ſed Baſſa Draguth nomine ſuos cohortatus ingenti armatorum multitudine noſtros aggreditur, trucidatiſq; eorum plurimis, cæteri in oppidum male habiti ſe recepe. Aluaruſque multis vulneribus affectus capitur, poſtero die Hiſpani amiſſo Duce deditionẽ fecerunt, ingreſſiq; Turcæ oppidum ex militibus ſaucios, ægroſq; trucidant reliquos captiuos faciunt, diſiectiſq; demum munitiõibus, ac oppido ſolo ęquato ex Lybiæ littoribus cum victrici claſſe abiere, Aluariq; Ducis pium, inſigneq; facinus memoratur, qui priuſquã ex oppido cum hoſte parata acie dimicaturus erumperet, aduocata concione cruci affixi Domini ſignum manu geſtãs cõmilitones ſuos hortatus eſt, vt quãdo graui Turcorum obſidione ad ſummã rerum oĩum inopiã deueniſſent, nec vſpiã auxilia in tantis malis apparerent, ferro ſibi viã ad ſalutẽ cõparandã facerẽt, eriperentq; ſe ab ĩminẽti inedię, ſitiſq; calamitate, vel fortiſsime cadẽdo nomĩa ſua ęterna, ac animas beatas redderẽt, in cęlum enim ex hoc terreno carcere pro fide extincti euolaturi erãt, hæc pauca ille affatus, cum hoſte eo euẽtu (quẽ ſupra attigimus) cõflixit, magnumq; per id tẽpus hæreſeos virus ex Germania, Britãniaq; paulatim ſerpens Galliã inuaſit. Totaq; fere ea pͥuincia infecta ab antiquo Chriſtianæ pietatis ritu defecit, multique ex infima plæbe, atq; honeſtæ cõditiõis viri varijs ſuperſtitionibus imbuti Lutheri delirium ſequebãtur, in quos ad extirpandam tantam fidei labẽ varijs cruciatuum generibus publice animaduerſum eſt, ſed nec ſuppliciorum metus peruerſos inſanẽ gẽtis errores cõpreſſit. Debachãtiumque hæreticorum inſanabilis furor erat, nouique aliqui motus quotidie per totum fere orbẽ emergebant, pernitioſiſsimaque religionis diſſidia, ob idq; optimus Pontifex cõcilium ſæpe euocare conatus eſt, vt tantis Chriſtianæ Reip. malis aliquo modo occurrẽs gregẽ ſuum diſperſum, errantemque pius Paſtor ad rectã ſemitam reuocaret, quod ſperamus Dei optimi Maximi clementia euẽturum, euulſaque hac praua radice reformabitur Dei eccleſia, nuncijsque, & literis poſtea cognitum eſt. Luſitanos ingẽti claſſe parata ex Olyſponenſi littore ſoluiſſe, proſperaque aura peruagato immenſo Oceani ambitu ad Combai vrbẽ inſignẽ Perſico mari poſitam perueniſſe, eam autẽ quum illi aggreſſi fuiſsẽt, vi, & armis expugnatam ſubegere, ex qua Turca æmulo excluſo ſoli deinceps Luſitani Indiæ Emporia frequentabunt, vnde

Gerbi à Turcis recepta.

Not. Aluari facinus.

vnde Aromata omnia in eorum erunt poteſtate: Ingentem poſt hæc admirandamq́ue ingenioſisſimus artifex Bartholameus Campi naualem machinam conſtruxit, vt Galleonum è profundo pelagi extraheret, quod exacto iam anno nocturnus turbo (vt ſupra memoraui) medio mari demerſerat, moleſque multis aſſeribus ſeſquipedalibus, bipedalibusq́ue compacta erat, cum frequentioribus tubis ad euomendam maris aquam, eiusq́ue longitudo quinquaginta cubitis conſtabat, altitudo triginta, latitudo quindecim, & fibulis, clauisq́ue ĩnumerabilibus tigna craſsiſsima ſupra, & infra duorum pedum interuallo mira firmitate reuinciebantur, ingens ad hæc rudentum, funiumq́ue quadruplicibus maioribus ſpiris ĩtextorum copia parata erat, ferreiq́ue vnci, ac hami, quibus ſubligacula innecterētur ad erigēdum aliquo modo ex profundo abyſsi Galleonum, depreſſaq́ue eſt machina altis fluctibus ad perpendiculum circa Galleoni latera, ſed incaſſum omne ſtudium impēſum, operis tamen eximia ſtructura immortalem artificis cunctis ſeculis memoriam redđet, cui non ingenij, fęlicitas defuit. Sed occulta quædam fati vis obſtitit, quo minus res præclara ad exitum perduceretur, & Romę quum Pōtiſex. M. Ant. Amulium, qui apud eum pro Repu. oratorem agebat. Veronæ Epiſcopum declaraſſet, id ęgerrime Senatus ferens quod per legem, vetusq́ue ciuitatis inſtitutum fieri non poterat, ſtatim Epiſcopatu ſe abdicare Amulius à patribus iuſſus eſt, ac Hieronymo Superantio ſucceſſore ei ſuffecto ex legatione domum reuocatur, Ioannes Frumētus quoque à ſecretis vir ingenio clarus Romam ad Pōtificem miſſus eſt, vt ſua Sanctitas Amulij electionem ad Epiſcopatum Veronenſem annullaret, quandoquidem ex antiqua legis cōſtitutione oratores donec legationis munere publice funguntur, nullum a Romano Pontifice aut eccleſiaſticum, aut ſæculare beneficium cōſequi poſſunt. Quo quidem facto Pontifex non parum doluit, grauēq́ue ſibi a Senatu iniuriam illatam fuiſſe arbitratus eſt. Qui indicta cauſa Amulium e legatiōe reuocatum tanta ignominia affeciſſet, a quo omnis culpa abeſſet, nec ille quicquam aduerſus Leges, & Patrias conſtitutiones egerat, quum ſponte ipſe ſua Pontifex Veronenſem Epiſcopatnm Amulio inſcio. & inuito contuliſſet, atque ut eius Dignitati conſuleret, multum laborauit, litterasq́ue quod nulla unquam hominum memoria contigit, manu propria ſcriptas ad Senatum miſit, Quibus ſummus Orbis Chriſtiani Princeps Venetos orabat, ut Amulius uir innocentisſimus ad priſtinam dignitatem reſtitueretur, atque ita re in Senatu magnis contentionibus iactata Patres in Pontificis gratiam decreuere, ne Amulius Roma amplius abſcederet, quòd ſi forte ĩitinere eſſet, iuſſus eſt, vt eadem cōfeſtim hora rediret. in ſolitoq́ue Legationis munere apud Pontificem publico nomine perſeueraret, donec Succeſſor ſuus ad Vrbem accederet, quingentis præterea aureis nummis a Patribus donatus eſt. atque ita exiſtimationem ſuam Amulius fortunæ iniuria pene uiolatam magna ſua cum laude retinuit, Romamq́ue reuerſus a Pontifice magno gaudio excipitur.

REGISTRVM.

† †† ††† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn
Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

AAa BBb CCc DDd EEe FFf GGg HHh IIi KKk LLl MMm
NNn OOo PPp.

Omnes ſunt duerniones præter P P p qui eſt ternum.

VENETIIS Apud Cominum de
Tridino Montisferrati.
M D L X.

IN libro Primo carte 6.præpoſtere præclare egregie car.7. clarum.Illuſtręque. car.10. qui illic ſacris,
car.11. miniſtri vt viderunt. antennisque.
car.12. in Rep.primarius.
car.14. fratrib⁹collegis, immaniſsimos, ſi qua vnquam
car.14. Video. V. maiuſculo. (fuit,
car.15. Hunnus,inſrent coniūctim proponite animis.
car.27. & Iac. Daurum.

In libro Secundo.

car.32. Interitus car.33. Lintribus,opportuna, 35.alia
car.43. & Inſulſa petitio tua, (ue
car.44. hęc illa, vt ille, io magna diſſenſione,
car.46. & hæc veſtro principi,
car.48. Claramōtius, Romualdus.c.58.ſubiecit, coma
car.59.ademiſſe fertur,longa pace,car. 60.hoſtis côtē-
car.61. Sueuræ Ducem, (tus,

In libro Tertio.

car.62. Inſule I. maiuſculo.
car.65. in portum ſudę, facinoroſorum minis,
car. 70. aciem explicat.
car.71. ad ſuppl icium trahebantur, affeciſſet,
car.72.eligebantur. multitudinem animi, ſaniorē, inſtitutionem,
car.73.ne ampliſsima, nouiſsime,cocco, iodicat,
car.75. ex quo Chriſtianorū, reſpirandi, propere
car.76. ſuſcepta 77.in margine Bizantii amiſsio,
car.78. Dandulo præfecto, & eam fere, diuque æquis, ſine &,
car.78. ita exhauſtnm, 80.ab armis retraheret,
car.81. Apocriſarius ſuis,præter cętera, 82. telorum,
car.84.Hunni,Pānones,86. Venetorū,vigor elanguit,
car. 89.in ſubſidium terræ ſanctæ,eminentiorique,

In libro Quarto.

car.95.indigne tulit, car.124.tunc Principes,
car.105. abſens io Hetruria, 125. miſſa ſunt,
char.106. piſcatore muſſante,
car.110.cauſari exiſtimant,motum terræ generari,
car.113.cum ipſa naui, 115. ſtudio reparant, Sanutus in margine.
car.117.variisq́; prodigiis 119.Brati vido, 121.loculo

Io libro Quinto.

car.128. hæc innictis.
car.132. tramcs anguſtus,134.Inde chium ſeparatim,
car.134.& baſtarum certamina,136.gentium delectu,
car.139. Deletaque prope,
car.145.propius ſubeunt,150. ſunt affecti,
car.153. ignauo ca quodam, 155.nam eas Venetus.

In libro Sexto.

car.178. Spectaculisque, maxime inſignis,
car.183.io iuridicundo, nos fore quandoque,
car.185. in ſontes ſeparatim, illud, ſimplici.i.
car.187. Thomas Mocenicus,
car.192. perdomaodam erectus, 193.perſequimini,
car.199.nam innumerabili, 201. iniuſſu coniunctim
car. 201. morę impatientes, 203. claſsis aduentum, adortus,
car.204. Brixiæ appropinquarat, 205.metandi viam,
char.206. planitiem, 207. tormentorum ictibus,
char.208. ad Terentianum,

In libro Septimo.

car.218. Hetruſchi exercitus.
car.223.eo autem decedente,
car.224. in Remp.animo, 225.qui per padi,
car.228.declararat, 229.lacu,
car.332.montes tridentinatum, 235.in Piceuno,
car.237. diſcrimine.adiungatur, 238.fame,
car.241.circa hæc loca, 251. Oppidanis, miſsi,
car.252.circūens, 259. geſtas,
car. 261. Soceri, 165. Piſani mors io margine,
car.266.moa &,propere,congreſsi,
car.267. ſedula, 268. aſcendens,
car.270.erexiſſent, 271.centum,
car.263.rem diſtulit, 275.ſemidirutam, 278.eſt,
car.283.clade, 284.moreretur,dubitamus, 281. in margine Vrſ. Iuſtiniani.
car.300.ad adiacentes. 302 ioteritura,
car.303.iuuare,& reſtitucre, præfectum,
car.307.Recognitioma, 310.Boliani cœli,
car.316.ſtupuere, 317.rem thuſcam, 298. opulentiſsima ſimplici.p. 322.ad Caſtagnarium,
car.327. Foſſa vicennam, 328.ſperari poterat,
car.331. circa portas,
car.335. potiri, 305. deſcendiſſet, 306. coriolanus, & arces.
car.307.Regina, ac Cypriis.
car.348. Tarrifluminis, 351. cederent,
car.357. Cæſare Borgia, 354. voluiſſent, 357. duos oratores,
car 360.Balleonas.Recepere, 361.annumerantur,
car.361. Andreæ Venerio,
car.363.annitebatur, 364.cum Paulo,
car.365. Fatue. 289.ooeratiæ dux,
car.370. conieciſſet, 372.addiſcere, 373. circūens,
car.377 hæc vrbs, 381.immiſsiq́;.384. liberabit,
car.386.ex irrito incepto, 389.ille e Peruſia, io margine a car.60.rixę 72. ſaniorem.
car.396.perfidia, 401.poteſtatem redit,
car. 402.Graſſantis vi morbi,
car.405. Imperatorias artes, 406.morū.407. Cardoni
car.428. Genua expulſi, 430.fœdaq́;, cum ope,
car.431. precioſiſsimis ſpoliis, 438 afficiuntur,
car.434. tranſcenderunt, 440. ſinus cuſtodiam,
car 442. penuriam, 447.ad hybernandum,
car.456.veer, 459. hiatibus,
car.460.nobiliſsimis, & atteſtarentur. triumphales,
car.461.munire, 462.ex ſotore.
car.462.irrumpentes, 464. quiſquis ille fuerit,
car.457 ſceleſtus, 468. habebant,
car.469.Calabriæ littora, & equitum Alam,
car.470. ſoperioribus anois expetebatur,
car.477.incommoda, 478. hi vorticoſa:
car.479.apparet. oppido.

BIBLIOTECA NAZ.

c. 2.